THESAURUS
HYMNOLOGICUS

SIVE

HYMNORUM CANTICORUM SEQUENTIARUM COLLECTIO AMPLISSIMA.

CARMINA COLLEGIT, APPARATU CRITICO ORNAVIT,
VETERUM INTERPRETUM NOTAS SELECTAS
SUASQUE ADIECIT

HERM. ADALBERT. DANIEL,
PHILOS. DR. SOCIETATIS HISTORICO-THEOLOGICAE LIPSIENSIS SODALIS.

TOMUS QUARTUS,
SUPPLEMENTA AD TOMUM PRIMUM CONTINENS.

LIPSIAE
SUMPTIBUS J. T. LOESCHKE
MDCCCLV.

OXONII — J. H. PARKER.
PARISIIS — FRID. KLINCKSIECK.
ROMAE — JOS. SPITHOEVER.

Prolegomena.

Scriptores fere ubique omnes si ex usu antiquitus tradito hoc faciunt, ut, quem quisque in lucem editurus est librum, eum vel utilitate argumenti maxime commendatum, vel ob communem hominum necessitatem dudum desideratum praedicet: non immerito sperare egomet mihi videor, fore, ut eae causae, quae ad edenda Thesauri Supplementa me adegerint, nemini longius repetitae videantur aut artificiosius exornatae. Etenim primum amor ille carminum veteris ecclesiae in me non tantum permansit, sed etiam increvit, ut desinere in illis elaborare nunquam potuerim, ac nunc cupiam provectioris quoque aetatis fructum aris iisdem consecrare, quibus quatuordecim abhinc annis studia dedicavi. In quo si meo animo potius, quam ceterorum necessitati consulere multi me existiment, ii meminerint, hunc poeseos ecclesiasticae amorem, cum primum Thesaurus in lucem prodiit, angustis finibus circumscriptum, nunc per multorum animos late regnare, et proinde doctrinam christianam plurimum profecisse in retegendis divitiis regionis, cuius venas ante hos quindecim annos a paucis duntaxat erui coeptas videbamus. Opes hac in parte adhuc effossas ut diversis locis collectas in Thesauro nostro deponeremus, haec additamenta instituimus, quae quidem multis non ingrata futura esse non temere speramus.

Ex ipsa re apparet, materiam Supplementorum necessario esse genere duplicem. Namque erant et iis hymnis, quos integros in tom. I. et II. proposuimus, supponenda, quae inde ab illo tempore vel criticorum vel interpretum curis studiisque ad eosdem illustrandos prolata sunt; et multa nova addenda, prout quaeque vel necessaria vel commoda videbantur. Sed hac de re copiosius exponendum est. In Thesauri vol. I. II. carmina 882 sunt recensita, sed ex his multorum initia tantum vel fragmenta exhibita. Quae quidem res quum multorum iudiciis minus commoda videretur, non nullis etiam in-

tegros eorum carminum textus mihi non in promptu fuisse suspicantibus, a quibusdam, qui „collectionem amplissimam" absoluta significatione quam latissime patere vellent, acriter vituperata est. Et huic numero miratus sum accedere Monium, qui quidem inter ea, quae primo volumini suae collectionis praefatur, haec habet: „Dass man die Texte der Lieder, die man in eine Sammlung aufnimmt, vollständig mittheilen soll, wird wohl jeder zugeben. Bei einer *collectio amplissima*, wie sie Daniel liefern wollte, scheint es kaum durch Ersparung des Raums zu entschuldigen, dass er von vielen Liedern nur die Anfänge gab. Wenn es auch Niemand bestreitet, dass nicht alle lateinischen Kirchenlieder in Form und Inhalt vollkommen sind, sondern auch manche einen geringen Werth haben, so darf man diese doch nicht ganz übergehen, weil sie zur geschichtlichen Entwicklung der Hymnologie gehören. Die Hymnendichtung umfasst bis zu Ende des Mittelalters einen Zeitraum von elfhundert Jahren, in welchem sie mancherlei Veränderungen erfuhr, auf alle diese Entwicklungen muss die Geschichte der Hymnologie Rücksicht nehmen und eine allgemeine Hymnensammlung darf die Beispiele gesunkener Dichtung nicht ausschliessen. Bei einer Auswahl hängt dagegen Manches von subjectiven Ansichten ab, was der Sache nachtheilig werden kann."

Qui non ignorabunt, maximam ubertatem ecclesiasticorum carminum in singularum dioecesium atque regularum monasticarum liturgicis libris exstantem, infinitatemque orituram, si etiam privatae devotioni destinata carmina addantur, atque adeo universa poesis christiana colligenda proponatur: ii non potcrunt non videre, collectionem carminum ecclesiasticorum omnibus numeris complendam immane opus fore, et per grandium voluminum mirum quantam seriem protrahendum, accessuris insuper ex quavis bibliotheca orbis christiani, quae nova diligentia examinetur, novis et inexspectatis additamentis. Atque ita tantum abest, ut Monii collectio sit absoluta, ut in ea desideretur magnus numerus vel eorum car-

minum, quae neque in codicibus ms. non occurrisse credibile est, nec iustum in ulla collectione, ne in minore quidem, deesse.*) Et certe in secundi voluminis et tertii praefationibus V. D. illud in me non animadvertisset, quum tom. II. p. III. ipse dicat: „Die Gränzen dieses Werkes erlaubten nicht einmal alle Marienlieder aufzunehmen, die ich in Handschriften nachgewiesen.“ Sub finem autem praefationis haec ait: „Während dem Drucke dieser beiden Bände fand ich durch fortgesetztes Sammeln mehrere Lieder, die ich vorher nicht hatte, und manche andern, die zur Vergleichung mit den Texten dieses Werkes hätten dienen können. Es ist jedoch für den Gebrauch des Buches unbequem, Nachträge zu geben, wozu voraussichtlich im dritten Bande wieder andere kommen würden, weshalb ich vorzog, die neuen Quellen zurück zu legen. Gelehrte Männer aus England und der Schweiz boten mir auch ihre gesammelten Hymnen als Beiträge an, welche freundliche Mitwirkung ich dankbar angenommen hätte, wäre dadurch der Umfang dieses Werkes nicht über die Gebühr ausgedehnt worden; ich ersuchte sie deshalb, ihre Sammlungen besonders herauszugeben, was bei ihrer Gelehr-

*) Ex Hymnis: Acterne rerum conditor, Somno refectis artubus, Consors paterni luminis, O lux beata Trinitas, Nunc sancte nobis spiritus, Rector potens verax Deus, Rerum Deus tenax vigor, Te lucis ante Terminum, Aurora iam spargit polum, Magnae Deus potentiac, Vox clara ecce intonat, Iesu corona celsior, Ales diei nuntius, Lux ecce surgit aurea, Corde natus ex parentis, Cultor Dei memento, Inventor rutili, A solis ortus cardine (Sedulii), Hostis Herodes impie, Agnoscat omne saeculum, Salve festa dies, Nocte surgentes, Ecce iam noctis, Magno salutis gaudio, Rex Christe factor omnium, Sanctorum meritis, Ave maris stella, Gloria laus et honor, Festum nunc celebre, Audi iudex mortuorum, Gaude visceribus, Exultet coelum laudibus, Iste confessor. Virginis proles, Pange lingua gloriosi corporis mysterium, Sacris sollemniis iuncta sint gaudia, Alleluia dulce carmen, Salvete flores martyrum, Ut queant laxis etc. Ex Sequentiarum numero: Eia recolamus, Grates nunc omnes, Natus ante saecula, Ioannes Iesu Christo, Festa Christi, Concentu parili, Summi triumphum regis, Petre summe Christi pastor, Laurenti David, Congaudent angelorum, Stirpe Maria regia, Omnes sancti Seraphim, Deus in tua virtute, Clare sanctorum, Virginis venerandae (quae habentur in vetustissimis Notkeri codicibus), Dixit Dominus ex Basan, Psallite regi nostro, Coeli enarrant, Victimae paschali, Laudes crucis attollamus, Iucundare plebs fidelis (de Evang.) etc.

samkeit der Hymnologie nur zum Vortheil gereichen kann. Diese Thatsachen bestätigen aufs neue, was ich in der Vorrede zum ersten Bande bemerkte, dass dieses Werk ein unvollkommener Versuch ist." Ad quae etiam adiiciendus locus praefationis ad part. III. p. V: „Zu diesem Werke wurden einige hundert Handschriften von mehr als fünfzig Bibliotheken benützt, wobei ich jedoch ausdrücklich bemerke, dass diese Quellen nicht erschöpft sind und sich daher noch viele Nachträge ergeben werden, wenn man mit grösserer Musse die Handschriften durchforscht, als mir es möglich war." Denique Monins modum multorum carminum initia tantum exprimendi vel sedes indicandi, illum in me quidem reprehensum, in neutro voluminum posteriorum repudiavit, ut iam in solo secundo volumine CIV carminum initia vel fragmenta tantum ediderit.

Deinde collectionis omni numero completae, ut nequit fieri multis de causis, ita non est absoluta necessitas. Verum est illud quidem, ipsos viliores fetus poesis ecclesiasticae historicis non spernendos esse et ad illustrandam totam aevi illius indolem pondus habere: at nemo a me impetrabit, ut ea in parte pauciora exempla et quasi longorum ordinum capita sufficere infitier. Certum praeterea illud est, doctrinae christianae exoptatum esse conspectum quam maxime completum universae poesis christianae: at iis viris, qui in hoc genere operam navantes suis viribus rem perscrutari consuevere, initia et indicia fere prorsum sufficiunt. Itaque haud dubie consideratione dignum est consilium proferendi in medium copiosi indicis. Adhuc incertus sum, num horum Supplementorum ambitus — et haec de ambitu quaestio gravissima est nostris temporibus — mihi sit concessurus, ut eiusmodi elenchum ad calcem apponam.*)

*) Sane vero haec spes firmatur I. T. Löschkii nomine, qui cum Thesauri tria volumina sua fecisset, de his quoque Supplementis maxime sollicitus est. Magnus enim est in viro optimo literarum promovendarum ardor aeque atque sacrorum hymnorum infucatus amor.

Ab illa penitus diversa est ea quaestio, num ego, versatus toties in bivio eligendi et disceptandi, quae carmina integra essent exhibenda, quae per initia tantum, rectum iter ubique secutus sim. Et hic quidem non dubito profiteri, non ubique illud mihi contigisse. Per initia expedita sunt multa graviora exempla, quae completa habere quivis hymnologiae studiosus desiderabit. Sic permulta Supplementis relicta erant. Fines ecclesiasticae observantiae in universum observati sunt, non tamen anxie et angustiore animo. Ita reverentia antiquissimis ecclesiae carminibus haud deneganda, in inferioribus saeculis necessaria ratio habita publici favoris et aestimationis effecit, ut hinc illinc positos limites egressus sim. Atque id minima cum dubitatione feci, ubi fieri poterat in gratiam carminum, quae populi in ore aliquando vixisse veri simile videretur.*)

*) Finibus per titulum Thesauro statutis, id quod iam in tom. II. factum est, eo quoque excessum videtur, quod nunc etiam Breviarii Romani hymni, post annum 1500 inserti, multaque exempla poematum saec. XVI. et XVII. recepta sunt. Verum inter haec potissimum sunt multa carmina, quae notissima gratissimaque circumferuntur; et illam quoque novam copiam hymnorum ecclesiae Romanae recipere tandem non ab re esse visum est. Ille Vir Doctus, qui de Thesauro iudicium tulit in l'Univers 1842. No. 65., inde cognoscet, verba Prolegomenorum nostrorum: spreto Breviario Romano, non ex nostri animi sententia se interpretatum esse: „Ce travail jusqu' à présent est donc presque en entier une oeuvre de patience, de critique et de confrontation des manuscrits et des leçons diverses. Nous croyons que sur ces points nous aurions encore à louer; seulement, nous nous demanderons pourquoi l'éditeur professe un dédain si complet, et un dédain qui s'exprime si laconiquement pour le Bréviaire romain. Spreto Breviario romano est une excellente raison et concluante dans ses yeux sans doute; mais nous eussions désiré qu'il en exprimât au moins les motifs. Nous n'avons pas intention de transformer en articles de foi les décisions littéraires des commissions romaines, et nous savons qu'elles se peuvent tromper tout autant que d'autres, lorsqu'il s'agit de la correction de textes qui n'ont rien de sacré que l'usage auquel l'Eglise les a appliqués et la pieuse intention des auteurs; mais nous l'avouons, nous avons toujours remarqué au sein de ces commissions tant de science et tant de sagesse, une étude si approfondie et une connaissance si parfaite des matières qu'elles décidaient, que nous aurons toujours de la peine à leur préférer d'autres témoignages, et surtout des témoignages exprimés d'une certaine façon. Nous engageons donc notre éditeur a vouloir nous bien éclairer sur les motifs de sa réprobation, et à se persuader qu'une telle autorité a assez de valeur pour mériter d'être discuté de ceux qui la re-

Hactenus de hymnorum delectu. Quod ad dispositionem attinet, traditionem ecclesiae in Thesauro secuti sumus, minime tamen id habentes propositum, ut eius vindicem ubique ageremus Ea de re in praefatione tomi I. sententiam meam ita exposuisse mihi videbar, ut dubitationi aut errori locus non relinqueretur, p. VII sq.*), praesertim quum ipse non semel in adnotationibus traditionem in dubium vocavissem. Verum tamen Monium, id quod valde doleo, plus uno loco vidi opinari, me de nominum, quae hymnis praefixa sunt, veritate plane certum esse, et e. g. nihil unquam dubitare, quin Carolus Magnus hymnum Veni creator panxerit. Quam Monii iniquitatem ea de causa commemoro, ut novos errores praevertam. Nunc enim hymni dispositi sunt ex antiquitate codicum, vel ex aetate eorum scriptorum, apud quos certa est illorum eaque prima mentio, quo iuxta illam, quam Thesaurus ducem sumpsit ecclesiae traditionem, persequeremur aliam viam, et eam in re hymnologica haud inopportunam. Si commemoro, saeculi adscripto numero aetatem primae sedis, non poetae indicari, ea supervacanea diligentia videri potest; sed venia sit experto improvisum de sereno coelo nimbum, si iam cautus sudo non audet deambulare, nisi secum ferat quo pluviam defendat. — In Sequentiis ordinis chronologici observatio non obscuris de causis minus neces-

pousscnt.“ — Nihil enim voluimus aliud quam significare, in diiudicando dc antiquis hymnorum formis Brcviariis Romani, qualc nunc est, parcum vel nullum csse usum.

*) — — „Hymni quomodo disponendi essent diu multumqne mecum reputavi, coque in negotio animus (libere enim fatendum est) saepe diversissimas in partes distractus est. Quum ad liquidum perduci non possct quaestio, quo quisque hymnus tempore compositus esset, temporum rationem sequi nobis non licuit. Quare tutissimum atque optimum duximus, pront παράδοσις ecclesiastica, suum cuique poetae tempus assignare, itá hymnos disponere idque dnabus de causis. Primum quod homines critici clamitare solent, quae illa traditione ad nostram aetatem pervenerint, ea fere omnia a vero plus minusve abhorrere, id ipsum si quidquam aliud in controversiam vocandum est. — Iam addamus alteram causam, cur in adornandis carminibus eam qnam diximus instituti rationem secuti simus. Nam omnes qui in studiis hymnologicis versantur non possunt quin inquirant, qnae cuique poetae carmina traditione tribuantur.“

saria visa est; earum dispositio alium in modum, quem non displiciturum speramus, instituta est.

Sed iam tempus erit rationem reddere lectoribus de subsidiis ad haec Supplementa in usum vocatis; ac primum quidem de fontibus codicum manu scriptorum dicendum, quos in itinere auctumno anni superioris in Helvetios facto vidi ac nactus sum.

Est in insula Rheni, prope celeberrimam illam cataractam, spectabile monasterium Ordinis S. Benedicti, quod a limpido flumine muros alluente nomen duxit Rhenoviae. Fundatum per Alemanniae dynastas saeculo VIII. quum brevi insignis evasisset per sanctam S. Fintani vitam (cuius et ipsa ossa in ecclesia adservantur) exinde doctrinae christianae sedes permansit. Cognito igitur ex Calmetii indice, in bibliotheca Rhenoviensi exstare plures codices ms. hymnologorum studiis dignissimos, ex saec. XI., X., atque ex IX. et VIII. oriundos, magna cum expectatione illuc migravi. Et profecto spem non fefellit eventus. Plurcs codices illorum saeculorum quod ego sciam nondum collati, a me inspecti sunt maxime idonei, quibus genuina multorum hymnorum forma agnoscatur vel ostendatur saeculum. Praetermittere autem non possum, quin gratissimo animo singularem commemorem humanitatem, qua aditus ad illas opes concessu ac beneficio Reverendissimi Abbatis mihi patefactus est; nec magis possum comem hospitalitatem, qua Rev. Conventus me recepit, digne laudare.

Tum, quamquam non dubitavi, quin Monius qua solet diligentia codices bibliothecae San Gallensis in operis sui usum converterit, facere tamen non potui, praeclarissimam S. Galli filiam venerabilemque matrem cum omnis doctrinae tum poesis ecclesiasticae Germanorum ut praeterirem. Neque consilium illud labefactatum est eo, quod libris meis itinerisque armamentis praeter spem morantibus ipsa fortuna me retinere velle visa est. Nimirum tanto magis mihi opus erat, ut Virorum Doctorum San-Gallensium comitas facilitasque desideriis meis quasi obviam procederet, et gravissima summaque rei

capita mihi designaret. Nec profecto quidquam mihi defuit. Et praecipue hoc loco Rev. Decanus Greith mihi nominandus est; cuius insignem doctrinam quum ex eius libris docti homines cognitam habeant, quas ego ei dico gratiae pro virili parte conferant velim, ut sincerae benignitatis, quae in illo par est doctrinae, fama usque pervolet orbem. Atque ille fuit, qui diligentem et attentum me fecit in P. Branderi Catalogo Sequentiarum, multis nominibus consideratione dignissimo, et de tribus codicibus ms. memorabilis illius cantionis: Nunc incipiendum est, me informavit. Praeterea non nullos de rarissimis codicibus libelli Sequentiarum Notkeri inspexi, non ut scripturae varietatem conferrem, sed quo certam sententiam de eorum primaeva dispositione et de materia eius libelli, si fieri posset, mihi constituerem.

Alia aliorum benignitate per literas mecum communicata sunt. Uti triste est observantibus, praeter commune omnium hominum peccatum etiam privata vitia hereditate propagari, ita iucundum videntibus bonitatem caritatemque per genera hominum vivere. Non est meum exponere, ut Georgius Thilo, Phil. Dr. et Gymnasii Numburgensis Collega, b. patris industriam et doctrinam domesticas quasi virtutes habeat: sed praedicandum est, quod eadem benignitas, qua pater erga me semper usus est, in filium transiit. Cuius rei nova testimonia mihi afferuntur. Vir doctissimus enim, quum mense Iulio huius anni Bernam se conferret, ut in bibliotheca eius urbis codices philologicos inspiceret, facillimum se praebuit mihi roganti, ut Codicem No. 455 (Sinner I. p. 161) vellet invisere. In quo codice, originem trahente ex saec. IX. necdum collato, multi insunt hymni antiquitate et argumenti gravitate insignes. Varias lectiones inde collectas in Appendice huius voluminis prudenti lectorum iudicio trado. Inde, quae ego adversus audaciores coniecturas dixi, saepissime esse comprobata laeto animo profiteor.

Porro alius vir, cuius iam de Thesauro merita grato

animo praedicavi, Supplementis quoque se benevolum praebuit; Custodem dico Caesareae Bibliothecae Aulicae Vindobonensis, Antonlum Schmid, cuius benignitatem ego satis extollere nequeo (Thes. II. p. 385). Quum enim e Monii libro Hymnum Luricae nunc primum editum recepissem, textus huius singularis carminis adeo corruptus fecit, ut lectionem codicis Vindobonensis nondum collati adiicere animum inducerem. Quam ob rem spectatam Schmidii benignitatem solllcltavi, cui lectores scripturae varietatem in Appendice oblatam debent.

Medium inter codices et libros locum obtinet opus quod mihi Gedano transmisit Rev. Schnaasius, qul vir cantus sacri materiam acerrimo studio prosequitur: Responsoria, quae annualia in veterl ecclesia de Tempore, Festis et Sanctis cantari solent. Additls etiam qulbusdam aliis communibus canticis uti in Indice omnia cernere licet. Norimbergae MDLVI. 150 fol. In fine: Norimbergae apud Gabrielem Hein. Ioan. Petrei generum. Anno 1557. Ei libro in 68 foliis chartaceis addita sunt scriptls literis alia responsoria et hymni cum notis musicis. Haec collectio singularem curam efficit eo, quod multi cantus pro novae doctrinae indole retractati, alii insunt novi a poetis lutheranis in modum priscorum hymnorum conditi. Eum librum in Thesauro breviter Libri Norimbergensis nomine signavimus.

Inter vetera Breviaria denuo collata haec indlco: Breviarium iuxta ritum et ordinem almae ecclesiae Constantiensis, studiose et pervigili cura elaboratum. In fine legitur: Psalterium, Hymni, Breviarium Commune Sanctorum iuxta chorum ecclesiae Constantiensis diligentissime emendatum: Erharti Radolt viri solertis mira imprimendi arte: qua nuper Venetiis, nunc Augustae Vindelicorum excellit nominatisslmus. Explicit feliciter. Anno Domini MDXVI. — Alia Breviaria, quae nactus sum merito viri, qui quasi alter pater huius operis habendus est, nna cum hoc infra memorabuntur. Hoc loco id tantum addo, his in Supplementis me attentum fuisse in eorum ordinum monastlcorum Breviaria,

qui non recepto textu correcto Breviarii Romani textuum traditionem aliquam repraesentant. Horum scripturae literarum diversitate distinctae variis lectionibus adiunctae sunt. Quatuor ordinum elegimus Breviaria: Breviarium Ordinis Praedicatorum, Parisiis 1643 (D); Horae Diurnae Fratrum B. Virginis Mariae de Monte Carmelo etc., Venetiis 1759 (Ca); Breviarium Praemonstratense etc., Virduni 1741 (P); Breviarium Cisterciense, Parisiis 1752 (Cs).

Iam si transimus ad ea subsidia, quae ab anno 1845, quo tertium volumen Thesauri in lucem prodiit, literae germanicae, gallicae, anglicae obtulerunt, primo loco dicendum est opus Francisci Iosephi Monii (Lateinische Hymnen des Mittelalters aus Handschriften herausgegeben und erklärt. Erster Band. Lieder an Gott und die Engel. Freiburg 1853. Zweiter Band. Marienlieder. 1854. Dritter Band. Heiligenlieder. 1855). Hic vir, magni nominis inter eos qui investigant literas Germanorum vetustas, opere suo: Lateinische und griechische Messen, 1850, iam demonstravit, quam studiose ecclesiasticam quoque antiquitatem exploraverit. Etiam Hymnologiam magnis muneribus ditare voluit. Tria Monii volumina amplectuntur 1215 Hymnos, Sequentias, Antiphonas, Tropos, quae partim publicae, partim privatae devotioni inservierunt. Multorum aliorum initia et sedes exhibuit. Quoniam Monio propositum fuit ea tantum carmina recipere, quae in aliquo codice ms. ipse legisset, opus eius certis finibus circumscriptum fuit, unde elucet, illius viri opus et Thesaurum decurrere per campos ex parte diversos, partimque alterum altero suppleri. Numerus codicum ms. Germaniae, quos Monius in usum suum vocavit, centenarium superat; in quo complures sunt etiam saeculorum IX., X. et XI., quorum eximium est pretium. Itaque, etsi aperte fateor, me non semper consentire cum eis sententiis, quae Monio in scriptura codicum examinanda et hymnis explicandis principes sunt, ea diversitate non attenuatur gratus animi mei affectus erga insignem virum, cui tam multa nova

et gravia debemus, qui multa carmina scitu dignissima primus edidit, aliorum criticis studiis vere prima fundamenta iecit, rebus plurimis et gravissimis lumen attulit. Eandem gratiam ex intimo animo Monio habere non desistam, quam alio ei loco professus sum (Cod. Lit. IV. p. 31.) Tanto aegrius tuli — celare id nolo — quod opus Monii ubique tam acre acerbitatis virus evomit, ut cum eruditorum hominum velitationibus vel decertationibus (quarum iura et ipse mihi reservo) conciliari nequeat atque adeo partim e partium, quae in ecclesia Christi sunt, studio emanasse videri possit. Haec omnia eo tantum consilio attingo, ne iusta defensio, quae his in Supplementis necessaria lege Monio adversatur, videatur non posse conciliari cum ea reverentia, quam adversus virum doctrina et meritis insignem me habere professus sum.

Iam ante Monii opus prodierunt: Kirchen- und religiöse Lieder aus dem 12. bis 15. Jahrhundert. Theils Uebersetzungen lateinischer Kirchenhymnen mit dem lateinischen Text, theils Originallieder aus Handschriften der k. k. Hofbibliothek zu Wien von Joseph Kehrein, Paderborn 1853. Auctor libri desudando in campo Hymnologiae optime meritus iam ante Thesaurum editum operam collocavit in eo, ut veterum hymnorum scientiam divulgaret studiumque excitaret. (Thes. I. Prol. p. XXIII.) Etiam opus modo indicatum non exiguam opem tulit in aliquot hymnis saec. XII., quos Thesaurus non habet.

Etiam libro Cl. Frantzii: Geschichte der geistlichen Liedertexte vor der Reformation, Halberstadt 1852, aliqua debemus et quaedam iudicia ex eo recepimus. Sane quidem hic liber non eruditis hominibus scriptus est, et quo oculo auctor carmina considerat aestimatque, is ab nostro diversus est.

Librum utilissimum ad cognoscendas rationes metricas: Christ. Theoph. Schuch de poesis latinae rhythmis et rimis praecipue monachorum. Donaueschingae 1851, harum rerum studiosis commendatissimum esse volumus.

Magnas translationum numerus, qui post Thesaurum in lucem venit, documento est, studium veterum cantionum ecclesiasticarum incrementa capere. Quae curae eo magis exoptatae nobis accesserunt, quod passim additamenta et explicationes oblatae sunt, velut in b. Schlosseri egregio libro factum esse vidimus. Ex hoc genere memoramus: Lateinische Hymnen und Gesänge, deutsch unter Beibehaltung der Versmasse, mit beigedrucktem lateinischem Urtexte, von G. A. Königsfeld. Bonn 1846. — Lauda Syon, altchristliche Kirchenlieder und geistliche Gedichte, lateinisch und deutsch, von K. Simrock. Cöln 1850. — Die Kirche in ihren Liedern, von I. Fr. H. Schlosser. Mainz 1851. 52. 2 Bde. — G. M. Pachtler. Die Hymnen der katholischen Kirche, Mainz 1853. — Kauffer. Jesus-Hymnen. Sammlung altkirchlicher lateinischer Gesänge mit freier deutscher Uebersetzung. Leipzig 1854.*) — E numero translationum non germanicarum memoramus: I. M. Neale. Mediaeval Hymns and Sequences. London 1851. Delectus est translatorum carminum quadraginta quinque, e quo numero triginta quatuor primum anglice reddita sunt. Haec Supplementa aliquot specimina illarum versionum felici ingenio conditarum exhibebunt. Et nobis peculiare quoddam commodum in eo opere occurrit, quum in notis singulis carminibus praemissis non pauca invenerim vere et acute animadversa.

Et quoniam sic ad externos populos ventum est, primum de Gallis agemus, inter quos alacre veterum hymnorum studium habitat, cui ego eximiam debeo illam benevolentiam, qua et Thesaurus exceptus est in Fortunati et Adami de S. Victore patria, et plus una salutatio rerumque scitu dignarum communicatio inde amice mihl transmissa. Ex operibus gallicis imprimis utilis fuit liber Viri Doctissimi Edélestand du Méril, cui inscriptum est: Poésies Populaires Latines antérieures au

*) Collectiones post Thesaurum editas: Auswahl der schönsten geistlichen Lieder älterer Zeit in ihren originalen Sangweisen. München 1845. 48. 2 Thle. — Lieder der Kirche, deutsche Nachbildungen altlateinischer Originale. Schaffhausen 1846, non inspexi.

douzième siècle. Paris 1843. Sane quidem in appendicibns Thesauri non nullas spicas habemus inde decerptas; sed nunc demum plenam messem facere potuimus. Prorsum nova autem hausimus ex eiusdem auctoris opere 1847 in lucem edito: Poésies Populaires Latines du moyen âge, quod quidem Germaniae hymnologi, non excepto Monio, parum adhibuerunt.

Denique si quaeritur, quae sit patria devotissimi studiosissimique antiquitatis christianae amoris, felicissimaeque in eadem exploranda doctrinae: haud dubie Britannia dicenda est. Quo rerum sacrarum earumque antiquarum ardore hymnologia, id quod facile suspiceris, non mediocriter adiuta est. Iam in praefatione Thesauri eorum studiorum principia nobis fuere attingenda; verum ex illo tempore mirum quantum increverunt. Stephensonii operis: Latin Hymns of the Anglosaxon church doleo mihi nihil suppeditasse praeter ea quae Monius inde in suum librum transtulit. Illius quidem libri nulla iam videtur esse copia; certe ego frustra operam dedi ut eum acquirerem. Sed ad manum habui egregium opus Richardi Chenevix Trench; Sacred Latin Poetry. London 1849; quae collectio unum et septuaginta carmina inde ab antiquissimis temporibus usque ad finem saeculi XVI. continet. Quaecunque recepta sunt, ea videmus docte atque eleganter illustrata. Et summam laudem meretur scientia et ars, quibus adumbravit ingenia singulorum poetarum christianorum. Duorum aliorum operum auctor est doctissimus Iohannes M. Neale, cuius nomen omnibus hymnologis et rerum liturgicarum peritis, omnino omnibus amatoribus priscae ecclesiae celebratissimum est. Is biennio post Trenchii librum edidit: Hymni Ecclesiae e Breviariis quibusdam et Missalibus Gallicanis, Germanis, Hispanis, Lusitanis desumpti, et a. 1851; Sequentiae ex Missalibus Germanicis, Anglicis, Gallicis aliisque medii aevi collectae. Quodsi hoc loco memoramus, inter Nealii Sequentias primum editas esse

multas scandinavicarum quoque dioecesium*), inde apparet, Nealii labore et studio doctrinam hymnologicam factam esse europaeam. Nos autem, si doctorum hominum universitas pro publico munere Nealio gratiam habet, altero privato insuper eidem devincti sumus. Etenim, quibus erga me uti solet Vir Doctus, benignitas et comitas, eiusdem ubertatem doctrinae solam habent comparem. Singulare decus horum Supplementorum in fronte secundi voluminis est Nealii Epistola de Sequentiis, quae ipsius Sequentiis fuit praefixa, at nunc ab Nealio in Thesauri commodum denuo recensita et aucta est. Simul scripturam veterum Breviariorum Sarisburiensis et Aberdonensis, atque optima scituque dignissima quae ex Hispaniae et Lusitaniae libris hausit, mihi communicavit, atque omnino ex ubere scientiae hymnologicae rivo tanta copia ad nos permanavit, ut hoc quoque loco Nealio uti sinceras ita maximas gratias merito agam.

Postquam ita officio satis fecimus, restat ut post quatuordecim annos ex intimo animo repetamus, quae olim praefationi primi voluminis Thesauri subscripsimus:

Faxit autem Dominus ecclesiae christianae O. M., cuius honorem omnes hymni celebrant, quem cantica praedicant et sequentiae cum antiphonis laudibus certatim extollunt, ut hic etiam studiorum nostrorum fructus ad salutem ecclesiae christianae valeat. Offerimus opus nostrum tanquam donum omnibus quicunque nomen Christi sancte solunt, offerimus sanctissimo redemptori pro unitate atque amabili ecclesiae concordia sacrificium neque aliud quid ex intimo animo precamur, nisi ut ipsi quoque sentiamus illud quod de sanctissimo patriarcha scriptum legimus: Respexit Dominus ad munera eius.

*) Aliae Sequentiae scandinavicae in quibusdam fasciculis egregiarum ephemeridum: „The Ecclesiologist" excusae sunt.

Scribebam Halis in Paedagogio Regio
die XIII. Iulii MDCCCLV.

Herm. Adalb. Daniel.

PARS PRIMA

HYMNI.

Saeculum Quartum et Quintum. *)

Deus creator omnium.

Thes. I. p. 17. Add. II. 381. Vespertinus.

Mone I. p. 381: *Vielleicht kannte Augustin diesen Hymnus, denn er führt diesen Vers an, conf. 4, 15, ohne jedoch die Quelle zu nennen.* In capite, quod excitat V. D.,

*) Quae cum Ambrosii hymnis splendeant, non possum quin loci opportunitate ita abutor, ut adiiciam praeclarum Trenchii de Ambrosio iudicium p. 81 sq. — After being accustomed to the softer and richer strains of the later Christian poets, to the more ornamented style of a Bernard or an Adam of St Victor, — to the passionate sinking of himself in the great objects which he contemplates, that marks the first of these great poets of the Cross — to the melodies long drawn out and the abundant theological lore of the second, — it is some little while before one returns with a hearty consent and liking to the almost austere simplicity which characterises the hymns of St Ambrose. It is felt as though there were a certain coldness in them, an aloofness of the author from his subject, a refusal to blend and fuse himself with it. The absence too of rhyme, for which the almost uniform use of a metre, very far from the richest among the Latin lyric forms, and one with singularly few resources for producing variety of pause or cadence, seems a very insufficient compensation, adds to this feeling of disappointment. The ear and the heart seem alike to be without their due satisfaction. Only after a while does one learn to feel the grandeur of this unadorned metre, and the profound, though it may have been more instinctive than conscious, wisdom of the poet in choosing it; or to appreciate that noble confidence in the surpassing interest of his theme, which has rendered him indifferent to any but its simplest setting forth. It is as though, building an altar to the living God, he would observe the Levitical precept, and rear it of unhewn stones, upon which no tool had been lifted. The great objects of faith in their simplest expression are felt by him so sufficient to stir all the deepest affections of the heart, that any attempt to dress them up, to array them in moving language, were merely superfluous. The passion is there, but it is latent and represt, a fire burning inwardly, the glow of an austere enthu-

nihil invenio quod ad hymnum pertinere possit: contra conf. IX, 12 apertissima fit carminis mentio: *Deinde dormivi et evigilavi et non parva ex parte mitigatum inveni dolorem meum* (Monicae matris) *et ut eram in lecto meo solus, recordatus sum veridicos versus Ambrosii tui: Tu es qui creator omnium, Polique rector vestiens Diem decoro lumine, Noctem soporis gratia, Artus solutos ut quies, Reddat laboris usui, Mentesque fessas allevet, luctusque solvat anxios.* Itaque cum Confessionum liber circa a. 400 conscriptus sit, Hymnus „Deus creator" antiquissimo firmatus testimonio inter omnes, sine ulla dubitatione tribuitur Ambrosio. Monius fortasse locum conf. 4, 12 confudit cum alio de Musica 6, 9, in quo hunc hymnum designari non ambigunt Maurini: *Sed ego puto, cum ille a nobis propositus versus canitur Deus creator omnium nos et occursoribus illis numeris audire et recordabilibus recognoscere et progressoribus pronuntiare etc.*

Cod. Rhenov. CXI. sc. 10 (R). Brev. Aberd. (Ab). Mone (Hs. zu Stuttgart 101. 15. Jahrh. mit der Bestimmung: In hieme hymnus. Die Hs. der Stadtbibliothek zu Trier 1418 aus dem 8. Jahrh. hat nur den Anfang mit der Bestimmung: Sabbato. Hs. zu Freiburg 66. 15. Jahrh. Hs. zu Karlsruhe o. N. 15. Jahrh. mit der Melodie. M). Stephenson p. 3 (S).

11. M. voti reos. *Reus voti, ein Mensch, der schuldig ist, sein Gelübde zu erfüllen.* Favent scripturae votis Cod. Thomasii Vatic. 82. R. S. aliique: tamen nunc Monio adstipulor. Puto Ambrosio obversari locum Virgil. Aen. 5. 237: *Taurum constituam ante aram voti reus.* Cf. Macrob. Saturn. 3, 2. 15. M. *castus mit betonter Arsis kann stehen.* Cf. Illuminans altissimus v. 19. 17. Iam in Addendis ad Tom. I. correximus vitium. Legendum est profunda. R. et cum profundum clauserit. S. Ab. profundo. 20. S. fidei luceat. 23. M. castis. Tuentur lectionem nostram vetustiores. 27. M. nec. et sane in carminibus Ambrosii raro negligitur lex elisionis. S. dolum. 28. M: *suscitet haben alle, der Sinn verlangt aber excitet.* Miror Monium, nam suscitandi vox est propria et in hac re usitatissima. Cic.

---

siasm, which reveals itself indeed, but not to every careless beholder. Nor do we presently fail to observe how truly these poems belonged to their time and to the circumstances under which they were produced — how suitably the faith which was in actual conflict with, and was just triumphing over, the powers of this world, found its utterance in hymns such as these, wherein is no softness, perhaps little tenderness; but a rock-like firmness, the old Roman stoicism transmuted and glorified into that nobler Christian courage, which encountered and at length overcame the world.

Tusc. 4. 43. Catull. ad Gell. 78. 4. Plaut. Mostell. 2, 1, 25. e. a. 31. M. *Vielleicht besser numen.* Non necessariam duco mutationem. Hincmarus de una et non trina Deit. p. 529 ed. Sirm. excitat textum vulgatum: Christum rogemus et Patrem Christi, Patrisque Spiritum: Unum potens per omnia fore precantes Trinitas.

17. Cs. et 23. Cs. castis P. refrigeret. Radulphus de can. obs. 13: Hunc hymnum fratres Minores et alios plures male omittunt, quia authenticus est et multum pulcher.

16—24. Ambros. exhort. virg. 11. p. 293: ed. B. Dormiat caro tua, vigilet fides, dormiant illecebrae corporis, vigilet cordis prudentia.

Iam surgit hora tertia.

Thes. I. p. 18. Add. III. p. 281. Ad Tertiam.

Augustinus de natura et gratia (a. 415) c. 63: *Quem spiritum memoratus Episcopus (Ambrosius) etiam precibus impetrandum admonet .... ubi in hymno suo dicit: Votisque praestet sedulis sanctum merere spiritum.* Monius antiquissimum hymnum praetermisit.

Aeterne rerum conditor.

Thes. I. p. 15. Add. II. 381. III. p. 281. Matutinus.

Augustinus Retractat. (a. 427) 1. 21. *In hoc libro dixi in quodam loco apostolo de Petro quod in eo tanquam in petra ecclesia fundata sit, qui sensus etiam cantatur ore multorum in versibus beatissimi Ambrosii, ubi de gallo gallinaceo ait: Hoc ipsa petra ecclesiae canente culpam diluit.* Miramur Monium praeclarissimum hymnum, in multis membranis obvium omisisse.

Cod. Rhenov. III. sc. X (R). 11. Trench. errorum: *A preferable reading to the more commonly received errorum, which might have so easily supplanted it, but which it, the rarer word, would scarcely have supplanted. In the parallel hymn of Prudentius we find a corroboration of this reading:*

Ferunt vagantes daemones,	*Invisa nam vicinitas*
Laetos tenebris noctium,	*Lucis, salutis, numinis,*
Gallo canente exterritos	*Rupto tenebrarum situ,*
Sparsim timere et cedere.	*Noctis fugat satellites.*

Repugnat omnium codicum auctoritas. 25. R. labentes 32. R. ora solvamus.

8. Cs. P. Ca. a nocte noctem. 11. Cs. P. Ca. errorum. 25. P. Ca. labentes. 27. Cs. Ca. labes cadunt. 32. Cs. P. Ca. vota solvamus.

Addimus hymno locum Ambrosii in Hexaemero (circa annum 389 conscripto) 5. 24: *Est etiam galli cantus suavis in noctibus, nec solum suavis sed etiam utilis, qui quasi bonus cohabitator et dormientem excitat et sollicitum admonet et viantem solatur, processum noctis canora voce protestans. Hoc canente latro suas relinquit insidias, hoc ipse lucifer excitatus oritur coelumque illuminat: hoc canente moestitiam trepidus nauta deponit omnisque crebro vespertinis flatibus excitata tempestas et procella mitescit: hoc canente devotus affectus exibit ad precandum, legendi quoque munus instaurat: hoc postremo canente ipse ecclesiae petra culpam suam diluit, quam priusquam gallus cantaret negando contraxerat. Istius cantu spes omnibus redit, aegris levatur incommodum, minuitur dolor vulnerum, revertitur fides lapsis, Jesus titubantes respicit, errantes corrigit.* Hymnus supra scriptus vel ex Hexaemero depromptus, quod Bedae placet, vel Ambrosius in Hexaemero carmen suum latius expressit. Utcunque est, omni dignum est observatione, Ambrosium in hymnis et in reliquis scriptis iisdem uti vocibus ac sententiis.

Veni redemptor gentium.

Thes. I. p. 12. Add. In natali Domini.

Prima hymni mentio obvia est in sermone S. Augustini 372 si quidem non in suppositis est: *Hunc nostri gigantis excursum brevissime ac pulcherrime cecinit B. Ambrosius in hymno quem paulo ante cantastis.* Sequitur fragmentum allocutionis quam habuit Coelestinus Pontifex ad episcopos anno 430 Romae, ut Nestorii haeresin profligarent, congregatos apud Baluzium Nova Collect. Concil. p. 379: *Recordor beatae memoriae Ambrosium in die natali Domini nostri Iesu Christi omnem populum fecisse una voce Deo canere: Veni redemptor gentium, ostende partum virginis, miretur omne saeculum, talis decet partus deum. Nunquid dixit: talis decet partus hominem? Ergo sensus fratris nostri Cyrilli, in hoc quod dixit* θεοτόκον *Mariam, valde concordat: Talis decet partus Deum.* Porro carmen commemorat Faustus Reg. in epistola ad Gratum Diac. (Bibl. PP. Lugd. VII. p. 553. sq.): *Nos verum Deum et verum hominem nullo modo ambigimus confitendum. Accipe etiam in hymno sancti antistitis et confessoris Ambrosii, quem in natali dominico catholica per omnes Italiae et Galliae regiones persultat ecclesia: Procede de thalamo tuo geminae gigas substantiae* *). Sequuntur loci Cas-

*) Coelestini ac Fausti sententiis rite perpensis non vero similis apparet Merati sententia: „Et quidem Romae non ab anti-

siodori duo. In Psalm. 8. conclus. 11. p. 32. ed. Garet.: *Quale enim rogo est genus pietatis, ut ille angelorum dominus usque ad formam servi venire dignatus fuerit; ut mors cum auctore suo diabolo vinceretur, qui mundum suis vinculis tenebat obnoxium? Unde beatus Ambrosius hymnum Natalis domini eloquentiae suae pulcherrimo flore compinxit, ut pius sacerdos festivitati tantae dignum munus offerret. Ait enim: Procedens de thalamo suo pudoris aula regia, geminae gigas substantiae, alacris ut currat viam, et cetera quae supra humanum ingenium vir sanctus excoluit.* In Psalm. 71. 6. 11. p. 228: *Haec si pura mente consideres, haesitationem de partu virginis non habebis. Illud enim ingens miraculum, ut sine aliqua dubitatione credi possit, exemplo duplici comprobavit. Hinc Ambrosii ille quondam ecclesiae candela mirabili fulgore lampavit dicens: Veni redemptor gentium, ostende partum virginis, miretur omne saeculum, talis decet partus Deum.*" Pseudo-Ildephonsus in libro contra eos qui disputant de perpetua virginitate S. Mariae (Bibl. PP. Lugd. XII. p. 568): *Et ideo, quia non fuit huiusmodi partus sacratissimae Virginis Mariae, ut isti asserunt, canit et orat beatissimus Ambrosius: Veni, ait, redemptor gentium, ostende partum virginis, miretur omne saeculum, talis decet partus Deum. Non enim ait, ostende conceptum virginis, sed partum: ut istos revincat erroneos, quod talis et tantus est, qualis Deum decet, et in quo miretur omne saeculum. Plus enim in partu, ut ita dicam, aliquid declaratur, quam in conceptu. Quia in partu tota incorruptio ostenditur virginis, in conceptu vero non aliud quam quia virgo sine coitu gravidatur. Poterat namque ut isti volunt, si lege*

---

quo tempore, sed sero Hymni cani coeperunt; neque enim in ullis Romanis Ordinibus, et ne in illo quidem, quem Benedictus Canonicus S. Petri tribuit Guidoni de Castello, qui postea a. 1143 Pontifex Romanus fuit et Coelestinus II. appellatus, mentio aliqua fit Hymnorum recitandorum in Officiis, quae describit. Hinc et ex aliis coniecturis infert Grancolas lib. I. c. 23, post XII. duntaxat saeculum Romae Breviario Hymnos insertos fuisse. Radulphus Tungrensis, plerosque eorum, qui sua aetate dicebantur, recenset, et sunt fere iidem cum illis, qui hodie recitantur; ita ut nemo negare possit, per ea tempora, XIV. scilicet saeculo, Hymnos in Breviario contentos fuisse. Coniicit tamen Grancolas, id ab Haimone, Franciscanorum Generali praestitum fuisse, cum Romanum officium, Gregorio IX. iubente anno 1240 recognovit et concludit, quod etiamsi prioribus saeculis aliqui Hymni inserti fuerint Breviario Romano, certissimum tamen esse, quod XII. saeculo in Ecclesia S. Petri nulli recitati fuere; et cum Uldaricus in Consuetudinibus Cluniacensibus Hymnorum Romanae Ecclesiae mentionem facit, de singularium aliquarum Ecclesiarum Hymnis loqui voluisse."

humana nasceretur ex ea, demum vel in partu corrumpi, ita ut ipse conceptus homo foeminae intacta corrumperet viscera. Sed quia in partu omnino fuit corrupta, probatur ex hoc quia et in conceptu. Et ideo Beatus Ambrosius non ignarus tanti mysterii exoptat ut ostendatur partus virginis, quem isti ignorant, ut in utroque monstretur virgo, quia si esset ut isti asseverant beata virgo Maria, non esset ut partus eius esset talis ut deceret Deum, quia communis esset. Et si communis esset lege caeterarum mulierum, sub maledicto esset, sub quo pariunt omnes filiae Evae. Et ideo non esset in quo miraretur omne saeculum, sed in quo, et cum quo lugeret, quod absit, omnis mundus. Nunc autem quia, claustrum pudoris permanet, ut iste testatur, in partu corrupta non est. p. **569**: *Idcirco quatenus cessent fratres nostri a talibus, et canant nobiscum fideliter cum sancto Ambrosio: Veni redemptor gentium, ostende partum virginis, miretur omne saeculum, talis decet partus Deum. Talis ubique qualem Christi confitetur ecclesia, et non qualem isti autumant et confugiunt sibi mendose. Non in quo confundatur pudor virgineus: sed in quo miretur omne saeculum et conlaudetur Deus.* p. **570**: *Sed venite cum gaudio, et videte procedentem Dominum planissima fide, tanquam sponsum de thalamo suo: non ut isti garriunt, doloribus virginea membra corrumpentem, nec genitale matris secretum violantem; sed divinitus exultantem ut Propheta canit: Et procedentem libere de aula ventris, tanquam sponsum de thalamo suo: quia parvus factus est ei uterus clausus. Cuius nimirum egressus a summo coelo fortis narratur ad currendam viam et recursus usque ad sedem patris* *).

Cod. Rhenov. III. sc. X (R). Brev. Constant. (C). Mone I. p. 42. (Reichenauer Hs. 91 aus dem 9. Jahrh. A. Hs. zu München Clm. 17027 aus dem 10. Jahrh. B. Hs. zu Stuttgart. Brev. 101. 15. Jahrh. Hs. zu Karlsruhe 14. Jahrh. Hs. zu Lichtenthal aus gleicher Zeit. Hs. zu Freiburg 66. 15. Jahrh. Hs. der Stadtbibliothek zu Trier 1404 aus dem 8—9. Jahrh. C.) M.

M: *Diese Strophe (Intende qui regis Israhel, super Cherubin qui sedes, appare Ephrem, coram excita potentiam tuam et veni!) ist fast wörtlich aus Psalm* **79, 2. 3.** *genommen, welche Stelle als Antiphone zum ersten Adventssonntag gebraucht wird, wie Daniel angibt (auch schon im gallikani-*

*) Loci ex Patribus transscripti primo ostendunt, iam saeculo quinto medio hymnos Ambrosii a plebe cantatos esse, praecertim per Italiae et Galliarum fines. Dein hoc memoratu dignum est, quod disputationibus dogmaticis argumenta e carminibus sacris arcessuntur, ut in Nestoriana lite ad Ambrosium geminae substantiae gigantem canentem confugisse videmus.

sehen Messbuch) der aber diese Strophe nicht für ächt hält, weil sie Cassiodor nicht anführt, was aber hier kein haltbarer Grund ist. Denn in der ersten Strophe wird gefleht, Christus möge zur Erlösung der Juden erscheinen, in der zweiten zur Erlösung der Heiden (gentes). Diese Stellung und Verbindung ist der Bibel gemäss (Matth. 10, 5. 6. 15, 22. 24. Acta Apost. 13, 46.) also nothwendig und darf nicht fehlen. Als der Unterschied zwischen den Juden- und Heidenchristen keine praktische Bedeutung mehr hatte, mochten Handschriften und Ausgaben die erste Strophe weglassen, aber darauf darf man kein Gewicht legen. Die Kirche betet noch jetzt für die Bekehrung der Juden und Heiden, die beiden Strophen haben also noch jetzt ihre praktische Bedeutung. Athanasius versteht diese Psalmenstelle auch von Christus, denn er sagt: ὁ θεὸς λόγος ὡράσθητι. Monii argumenta paucis satisfacient. Commendatur stropha antiquissima Alexandrini et Vaticani auctoritate: sed inde a saeculo octavo nusquam reperitur, nisi in Cisterciensium breviariis, quos tamen in rebus liturgicis vetustatis amatores novimus *). Contra nemo non intelligit, stropham Veni redemptor gentium grande et aptum exhibere carminis exordium, nec tam vili pendet Cassiodorum et Coelestinum, qui initium carminis excitare videntur. Itaque adhuc sub iudice lis est. 4. Verba ita collocanda sunt: T a l i s d e c e t p a r t u s D e u m. Sic metrum exposcit, ut docet M., sic Coelestinus, Cassiodorus atque Ildephonsus. A. C. d e o *nach deutscher Rection.* **10.** M. C. c l a u s t r u m p e r m a n e t, ut est apud Ildephonsum et legitur in vetustissimis membranis. **11.** C. M. v i r t u t i s. **13.** M. p r o c e d i t e t h a l a m o s u o. Sic legitur in una membrana de Lichtenthal saec. **14.** B. et Alexandrinus p r o c e d a t. A. p r o c e d e n s e. Trench. p r o c e d i t e. *This line is commonly read, and appears in the Bened. edition, Procedens de thalamo suo, but I have not been able to admit it in that form into the text; and this because there is not a single other instance in the genuine hymns of St. Ambrose, of a line beginning with two spondees; invariably the second foot is an iambic.* Fortasse huic pugnae Colophona addit Cassiodorus, qui legebat p r o c e d e n s d e t h. s. **15.** B. g e r m i n e. C. g e m i n a. **16.** R. A. o c c u r r a t. Cassiodorus et Beda: u t c u r r a t. **22.** R. A. B. M. t r o p a e o s. t r o p h a e o c i n g e r e. Hanc scriptionem codicum auctoritate commendari certum. Reliqua argu-

*) Recte Menardus ad Greg. Sacr. p. 550: Patres Cisternienses nihil antiquius habuerunt, quam in divinis laudibus id cantare, quod magis authenticum iuveniretur.

menta, desumpta a sententiae sensu et apta significatione suadent alteram quam in textum recepit Trench.: *This reading, though supported by inferior MS. authority, I must yet think preferable to the more commonly received Carnis tropaeo accingere. Had we the words carnis tropaeum alone, they might be iust capable of explanation and iustification, such as that which Clichtoveus gives: Christus per carnem assumptam debellato diabolo victor evasit, ipsamque glorificatam carnem demum coelo intulit. But accingi tropaeo it seems impossible to believe that St-Ambrose wrote, especially as the presence of the word is so easily explained on the supposition that as the more familiar word it displaced the rarer stropheum — this strophium or stropheum being a girdle or belt worn about the loins.* (στρόφιον *dimin. of* στρόφος, *from* στρέφω.) *It needs not to observe how full are the Latin hymns, and the earliest the fullest, of Greek words: nor has the objection of some, that it would be strophium and not stropheum, any force, as the Latin Christian poets continually violate the quantity of the Greek words which they use. It needs but to refer to such well-known examples as paraclitus,* (παράκλητος,) *and paraclisis,* (παράκλησις.) *See Daniel v. 1, p. 14.* Confirmat quoque scripturam Fulgentius in Sermone de S. Stephano: *Christus sempiternae Deitatis maiestate servata, servile cinctorium carnis assumens in huius saeculi campum pugnationis intravit.* Imago qua incarnatio Christe cum cingulo comparatur, fluxit opinor e loco Joann. **13**, **4**: *et cum accepisset linteum praecinxit se.* Nam et illud linteum humilitatis et amoris erat sicut ipsa incarnatio. Ita Gregorius in hymno Rex Christe v. **19**: *tegmen salusti carneum.* **24**. R. A. B. G. M. p e r p c t i, quod recipiendum. **26**. C. M. s p e r a t. *Die Form spirat ist aus der Bauernsprache der ältesten Handschriften stehn geblieben, wahrscheinlich weil sie auf spiramen v. 10 bezogen wurde.* At s p i r a r e, uno codice excepto, ubique cum legatur, tenendum est. Et sane eleganter dictum est: nox spirat lucem, quippe quae antehac tenebras spiravit et umbras. **27**. C. i n t e r p o l a t. **28**. G. f i d e s q u e. — M. ex codice Stuttg. saec. **15**. hanc adnectit doxologiam: D e o p a t r i s i t g l o r i a e i u s q u e s o l i f i l i o, c u m s p i r i t u p a r a c l i t o, e t n u n c e t i n p e r p e t u u m. *Sie steht der Zeit des Ambrosius näher als die Doxologie bei Tomasi und Daniel.* At debet nobis V. D. argumenta. Ceterum in hoc doxologiarum capite vix ac ne vix quidem certi quid emergit.

4. Ca. P. t a l i s d e c e t **7**. Ca. P. f a c t u m c a r o **24**. Ca. P. p e r p e t i.

4. Affert M. locum Leonis Serm. 21, 2: *talis nativitas decuit Dei virtutem et Dei sapientiam Christum.* Addo alium eorundem sermonum de nativitate Christi: *Quod nova nativitate natus sit, conceptus a virgine, natus ex virgine, sine paternae carnis concupiscentia, sine maternae integritatis iniuria, futurum hominum salvatorem talis decebat ortus.* Ut mihi videtur, Leo carmen Ambrosii recogitavit. 10. M. confert locum Hymni de S. Agnete, quem Ambrosii esse putat. v. 10: claustrum pudoris auxerant. 11. M. *Unter virtus ist hier Christus verstanden, welcher Dei virtus heisst (1 Cor. 1, 24.) und vexilla virtutis sind eine Gleichstelle zu vexilla regis, d. h. Christi.* Et acceptus erit Monio locus ipsius Ambrosii de fide II. p. 447: *Verbum dicitur, Dei virtus dicitur, dicitur Dei sapientia.* Adde p. 453. Sed codices favent scripturae virtutum, quod cod. Friburg. saec. 15. recte explicat miraculorum. Nec concedimus Monio: *vexilla miraculorum kann man wohl nicht sagen.* Est praeterea alia loci interpretatio, ab Ambrosio haud aliena. Ambros. de interpr. Job. I. p. 655: *Nondum venerat Christus cui soli servabatur magnarum praerogativa virtutum, quia ipse est virtutum principium.* 12. 14. Ambros. de instit. virg. II. p. 257: *Christus vas per quod descenderet elegit, templum pudoris.* ib. p. 272: *Puriorem carnis suae generationem reperire non potuit, quam ut aulam virginis dedicaret.* 13. M.: *Nach diesem Verse hat E (cod. Lichtenth. saec. 14.) eine divisio, was sich auf ihre Ueberschrift bezieht: ad vesperam in Nativ. Domini; der zweite Theil des Liedes wurde also zur Mette oder zu den laudes gesungen.* 15. Ambros. de fide p. 508: *Moris est in divinis scripturis geminam in Christo significare substantiam.* Trench: *the giants of Gen. vi. 4, were, according to the interpretation of the early Church, geminae substantiae; the sons of God from whom they were born (ver. 2) being understood as Angels, who formed unions with the daughters of men. This passage so understood must be brought into connexion with Ps. xviii. 6, (Vulg.) xix. 5, (E. V.) before we can enter into the full meaning of this line. In the double substance of the giants, thus born of earth and of heaven, Ambrose sees a resemblance not se remote but that he may use it, to him who in like manner was of twofold nature, divine and human. Perhaps he would hardly have dared trace an analogy, had he not been emboldened thereto by the words of the Psalmist, referred to above, in which he saw an undoubted reference to the earthly course of the Lord. In a passage from his treatise De Incarn. Dom., c. 5, he unfolds his meaning at full: Quem* [*Christum*] *quasi gigantem*

Sanctus David propheta describit, eo quod biformis geminaeque naturae unus sit consors divinitatis et corporis: qui tanquam sponsus procedens de thalamo suo exsultavit tanquam gigas ad currendam viam. Sponsus animae secundum Verbum: gigas terrae, quia usûs nostri officia percurrens, cùm Deus semper esset aeternus, Incarnationis sacramenta suscepit. 22. M.: *Die Auferstehung des Fleisches ist die Trophäe Christi, der Tod des Fleisches jene des Teufels, daher sagt Augustin. sermo 263, 1. trophaeo suo diabolus victus est. Eine ähnliche Stelle bei Prosper de provident. v. 444:*

— et de carne novum referentem carne trophaeum.

Paulini Nol. natal. 11. 654 bei Muratori anecd. I.

corporeum statuit coelesti in sede trophaeum.
vexillumque crucis super omnia sidera fixit.

Wie hier mit caro, corpus und crux, so wird trophaeum auch mit spina und gloria verbunden, wird aber mehr in alten als in neuen Liedern gebraucht. Die Griechen stellen die Worte τρόπαιον κατὰ δαιμόνων *als christlichen Gegensatz des heidnischen Ausdrucks* τρόπαιον κατ' ἐχϑρῶν *auf. Eusebii hist. eccles. 5 praef. Es wurde damit der alten Volkssitte eine christliche Bedeutung gegeben wie den mythologischen Namen. Daher kommt auch* τρόπαιον τοῦ σταυροῦ *schon in den Constit. apost. 8, 12 vor, und Euseb. orat. in Constantin. 9 nennt es* σωτήριον τρόπαιον, μέγα τρόπαιον, σωτήριον σημεῖον, *weil der Teufel damit in die Flucht geschlagen wurde. Justin. dial. cum Tryph. c. 90 nennt es auch* σημεῖον τοῦ σταυροῦ, *was im Lateinischen häufig durch signum crucis ausgedrückt wird. Bei Goar rit. Graec. p. 405 steht:* τρόπαιον ἡμῖν κατὰ τοῦ διαβόλου τὸν τοῦ σταυροῦ σου τύπον δέδωκας. *Tertullian. adr. Marcion. 4. 20. cum ultimo hoste morte praeliatus per trophaeum crucis triumpharit. In diesem alten Gedankenkreise bewegt sich obiges Lied, denn die Stelle hat folgenden Sinn: Christus, der Gott dem Vater als Schöpfer gleich ist, hat mit der Auferstehung des Fleisches die Schwächen unsers Körpers umgeben und mit ewiger Kraft gestärkt (weil der auferstandene Leib nicht mehr stirbt, sondern ewig lebt). Ambrosius braucht manchmal den Infinitiv mit dem Particip wie die Griechen den Aorist, nämlich als historischen Infinitiv.* Dolemus in omnibus dissentire. C i n g e r e non est Infinitivus, sed Imperativus Passivi „werde gegürtet, gürte dich." Porro non resurrectionem corporum tangit poeta, a materia carminis prorsus alienam, sed incarnationem Christi. Iam Clichtoväus verum vidit: *Christus per carnem assumptam debellato diabolo victor evasit.* Quam sententiam expressit Ambr. de fide p. 488: *Suscepit carnem. ut quasi homo vinceret.*

25—28 M. *nox ist die Nacht des Judenthums nach Matth. 4, 13—16. und des Heidenthums, welche durch die Taufe (illuminatio) verschwand. Die Taufe wurde illuminatio genannt, weil die Ungetauften in der Finsterniss der Seele sitzen. Athanas. in ps. 138, 21. 1 Thess. 5, 5. nox interpolet bezieht sich auf den Teufel, denn Gregor. Naz. or. 38. p. 617. sagt vom Teufel:* ὁ διὰ τὴν λαμπρότητα ἑωςφόρος, σκότος διὰ τὴν ἔπαρσιν γενόμενος. *Ebenso orat. 42, p. 679. Gregor. M. moral. 4, 6. antiquus hostis dies est, per naturam bene conditus, sed nox est, per meritum ad tenebras delapsus. Der Sinn des Liedes ist: Juden- und Heidenthum hoffen in Christo auf ein neues Licht, das die Finsterniss des Teufels nicht verfälschen, sondern welches durch beständigen Glauben leuchten soll. Den Ausdruck braucht ebenfalls Ambros. hexaem. 1, 10. sine interpolatione noctium dies perpetuus ille remunerationis aeternae futurus est.* Nobis poeta hanc canit sententiam: Ad Christum usque sedebat populus in tenebris. Iam Christus nascitur, iam tenebrae lucis radio illustrantur et ita, ut vetusta illa nox lucem iterum offuscare nequeat*).

Saeculum Sextum.

Illuxit orbi iam dies. De Epiphania.

Illuxit orbi iam dies
Corusca tot miraculis,
In quo recurso tempore
Signis Deus se prodidit.

Mitis benignus arbiter
Haec cuncta fecit provide,
Humana mens ne falleret,
Sed se colendum crederet.

Rogatus est ad nuptias,
Aqua replevit hydrias,
Sermone Christi concite
Mutavit unda originem.

Stupent fluenta gignere.
Natura quae non contulit,
Pallor ruborem parturit
Et vina currunt flumine.

Johanne Baptista sacro
Implente munus debitum
Jordane mersus hac die
Aquas lavando diluit.

Non ipse mundari volens
Ex ventre natus virginis;
Peccata sed mortalium
Suo ut fugaret lavacro.

*) Quam magni habitus sit hymnus: Veni redemptor ab hominibus medii aevi luculenter ostendit historia, quam refert Chronic. Hildesheim. a. 1315 (Pertz. Monum. VIII. p. 869). Item ordinavit (Otto Episc.) duas faculas annis singulis per totum Adventum ob reverentiam hymni Veni redemptor in choro nostro in perpetuum ad Completorium incendendas et ardendas et cui libet scolari in eodem completorio praesenti etiam unde cunque venienti unam similam per propositum nostrum tribuendam.

Dicente patre „quod meus
Dilectus hic est filius"
Sumensque sanctus spiritus
Formam columbae caelitus.

Hoc mystico sub nomine
Micat salus ecclesiae,
Persona trina consonat,
Unus Deus per omnia.

Debetur carmen Monio I. p. 77. *Hs. der Stadtbibliothek zu Trier No. 1418 des 8. Jahrh. in einer Hymnensammlung. Ein altes und seltenes Lied, denn es ist aus dem 5. Jahrh. und ich habe es sonst nicht angetroffen. Dieser Hymnus hat die genaue metrische Form wie: Illuminans altissimus, aber nicht die gedankenreiche Kürze, wodurch sich die Lieder des h. Ambrosius auszeichnen. — Vs. 12 kommt auch in dem Hymnus des Sedulius vor. Ich halte jedoch obiges Lied, weil es metrisch richtiger ist, für älter als den Hymnus des Sedulius.* Accedit aliud quid ad antiquitatem carminis comprobandam. Celebrat Epiphaniam uti baptismum Christi et virtutum eius natalem; contra magorum nulla iniicitur mentio. Quod cum antiquissimi temporis, tum orientalis ecclesiae vel Ambrosianae iure dixeris indicium. Nam ecclesia Romana a saeculo quinto medio adorationem per magos factam una cum baptismo et miraculis celebrare consuevit. Superat carmen Sedulii, immo Prudentii aetatem. Porro si Sedulius mutuatus est verba mutavit unda originem, haec ipsa imitatio, ut est apud hymnographos, insinuat carminis auctorem celebratissimum. Neque amplius de Ambrosio dubitandum est hymni parente, si meditamur locum Cassiodori in Psalm. 74, v. 8. 11. p. 241. ed. Garet. *Vinum in divinis scripturis significat coeleste mysterium, sicut in illis hydriis factum est: ut latices fontium ruborem vini, mutata qualitate, susciperent; quem natura non habuit. Unde beatus Ambrosius in hymno sanctae Epiphaniae mirabiliter declamavit, splendidissima luce verborum.* Sane editores Maurini intelligunt Hymnum: Illuminans altissimus, sed disputatio eorum satis imbecilla est. Exscriptis verbis Cassiodori (quae ad carmen supra scriptum pertinere nemo non videt) haec habent: *Ex hymnis autem duobus, quibus mysterium Epiphaniae etiam nunc habetur, alter, quem in eius diei officio canit ecclesia, Sedulii est, alter vero in Breviariis ordinis Cisterciensis, nec non in postremis Ambrosianorum operum editionibus exstat. In quem cum aptissime quadrent citata verba Cassiodori, non dubitavimus eundem inter legitimos tanti doctoris foetus admittere.* At nos vehementer dubitamus. Iam novimus carmen in quod verba Cassiodori optime quadrant, nec moramur priores Ambrosii editores a critica diligentia satis alienos. Si rem ad vivum resecamus, Maurini duos tantum noverunt Epiphaniae hymnos: alter Sedulii est, ergo

necesse est ut Cassiodorus respiciat alterum. Itaque nobis persuasum est, Monium Ambrosii carmen feliciter investigasse: et ipse, opinor, huic sententiae plaudet. Nam quod desiderat aliquo modo poeticam Ambrosii virtutem, non tanti ponderis est ut argumentorum molem divellere queat.

1. Illucescendi vox frequens est in antiphonis ecclesiae festivis. Brev. Const. in Epiphania: *Dies sanctificatus illuxit nobis, venite gentes et adorate Dominum. Brev. Rom. in Nativitate Domini: Hodie illuxit nobis dies redemptionis novae etc.* 2. In codice coruscat. 19—24. Ambros. de sacram. I. p. 353. *Ergo quare descendit Christus, nisi ut caro ita mundaretur, caro quam suscepit de nostra conditione? Non enim ablutio peccatorum suorum Christo necessaria erat, qui peccatum non fecit: sed nobis necessaria erat, qui peccato manemus obnoxii.* Exposit. Ev. Luc. II. p. 1307: *Baptizatus est ergo dominus non mundari volens, sed mundare aquas.* Comparata hymni „Aeterne rerum" cum Hexaemero necessitudine et hoc consensu firmatur sententia, Ambrosium carmen confecisse. 26. In codice deest vox dilectus.

Bis ternas horas explicans. Orabo mente Dominum.

Thes. I. p. 23. Ad Sextam.

Iam in Thesauro demonstravimus, Hymnum: Orabo mente Dominum, commemoratum ab Cassiodoro, ignoratum a Garetio ac Maurinis, partem esse hymni: Bis ternas horas explicans, qui legitur apud Thomasium. Nunc alium investigavi Cassiodori locum a Maurinis practermissum, quo sententia redditur ut puto invicta. In Psalm. 118 (119) v. 164 II. p. 404 ed. Garet. *Septies in die laudem tibi dixi super iudicia iustitiae tuae. Si ad litteram hunc numerum velimus advertere, septem illas significat vices, quibus se Monachorum pia devotio consolatur, id est Matutinis, Tertia, Sexta, Nona, Lucernario, Completoriis, Nocturnis. Hoc et sancti Ambrosii hymnus in sextae horae decantatione testatur.* Iam cum Cassiodoro conferas hymnum:

Nos ergo nunc confamuli
Prophetae dicti memores
Solvamus ora in canticis
Prece mixta Davidicis.

Ut septies diem vere
Orantes cum psalterio
Laudesque cantantes Deo
Laeti solvamus debitum —

neque amplius dubitabis, quin Ambrosio certissimis de causis tribuendum sit carmen: Bis ternas horas explicans.

Saeculum Sextum.

Hymni qui commemorantur in Regula Aureliani Arelatensis Episcopi († 555).

(L. Holstenius Codex Regularum II. p. 95—114.)

— — Ordinem etiam quo psallere debeatis, in hoc libello iudicavimus inserendum.

In primo die Paschae ad tertiam ter Kyrie eleison, psalmi duodecim: id est, quatuor fratres binos psalmos et alleluiaticum tertium dicant. perdictis psalmis Kyrie eleison et antiphonas sex, lectiones tres: una de actibus Apostolorum, alia de Apocalypsi, tertia de Evangelio hymnus: Iam surgit hora tertia, et capitellum; deinde Kyrie eleison. Sic in omni opere Dei tertia vice Kyrie eleison dicite, antequam incipiatis: et psalmis perdictis et capitello perdicto. Ad sextam idem numerus psalmorum, antiphona una, hymnus: Iam sexta sensim volvitur, lectio Evangelii, et capitellum. Ad nonam ipse ordo teneatur: hymnus: Ter hora trina vôlvitur. Ad lucernarium directaneus parvulus; id est: Regna terrae cantate Deo, psallite Domino. Alia die: Laudate pueri Dominum. antiphona tria, hymnus: Hic est dies verus Dei, et capitellum; quem hymnum toto pascha ad matutinos et ad lucernarium dicite. Ad duodecimam inprimis directaneus parvulus: Sol cognovit occasum suum. Sex fratres binos psalmos cum suis alleluiaticis dicant, antiphona tria, lectiones duas, unam de Apostolo, aliam de Evangelio. Ad nocturnos Paschales ipso numero omnia dicite, sicut in duodecima designavimus. Ad matutinos inprimis directaneum: Exaltabo te Deus meus et Rex meus. Inde: Iudica me Deus; et: Deus Deus meus ad te de luce vigilo, cum alleluia. Deinde: Confitemini Domino, cum alleluia. inde: Cantemus Domino, et ipsum sic. postea: Lauda anima mea Dominum. Laudate Dominum quoniam bonus est psalmus. Lauda Jerusalem Dominum. totos tres cum alleluia, deinde benedictio dicenda est. Post benedictionem: Laudate Dominum de caelis. Cantate Domino canticum novum. Laudate Dominum in sanctis eius: cum alleluia. Magnifica anima mea Dominum, aut cum antiphona, aut cum alleluia. hymnum: Gloria in excelsis Deo, et capitellum. Et complete matutinos ipso ordine toto Pascha. Sic omni die Dominico, et omnibus maioribus festivitatibus, in quibus ab opere vacabitis. Quotidianis vero diebus ad nocturnos inprimis directaneus dicatur: Miserere mei Deus secundum magnam misericordiam tuam: deinde psalmi decem et octo. Antiphona tria parvula, lectiones Apostoli aut Prophetarum duae, et

capitellum. Completis nocturnis dicite matutinos. In aestate, id est, post Pascha usque kalendas Octobris ipse ordo erit. Sexta feria vero post nocturnos duae missae fiant in aestate, in hyeme tres. Nam Dominica omni tempore et in aestate et in hyeme post nocturnos sex missae fiant. Si vero evenerit ut tardius ad vigilias surgatur, quantum Abbati visum fuerit, tantum legatur. Quando signum fecerit, qui legit sine mora consurgat, ut canonicus missarum numerus possit impleri. A kalendis vero Octobris alii nocturni addendi sunt. ad primos dicendum est; Miserere mei Deus secundum magnam misericordiam tuam. ad secundos: Miserere mei Deus, miserere mei, directaneus dicendus est, psalmi decem et octo: lectiones duae de Prophetis, aut de Salomone. Hymnus ad primos nocturnos: Rex aeterne Domine. Ad secundos: Magna et mirabilia. Post dictos, quia noctes crescunt, quotidie ad librum facite missas tres. Unus frater legat paginas aut tres aut quatuor, quomodo mensura fuerit libri. si minute scriptus, aut maiori forma, ternas paginas; si minor, quatuor: et fiat oratio. iterum legat tantum, fiat alia oratio. tertio legat idem tantum, et surgite. dicite antiphonam de psalmis in ordine, postea responsum, deinde antiphonam. Iterum legat alius frater: et sic impletis tribus missis dicite matutinarios canonicos; id est, primo canticum in antiphona, deinde directaneum: Iudica me Deus. Deus Deus meus ad te de luce vigilo. Lauda anima mea Dominum. Laudate Dominum quoniam bonus est psalmus. Lauda Jerusalem Dominum. Inde: Laudate Dominum de caelis. Cantate Domino canticum novum. Laudate Dominum in sanctis eius. in antiphona dicite hymnum: Splendor paternae gloriae. alia die: Aeterne lucis conditor, et capitellum, et Kyrie eleison duodecim vicibus. Omnibus diebus quotidianis ita impleatur: Post matutinos ad primam duodecim psalmi dicantur: hymnus: Fulgentis auctor aetheris; lectiones duae, una de veteri, alia de novo testamento, et capitellum. Post haec omnes lectioni vacent usque ad horam tertiam. de reliquo vero diei spatio faciant opera sua, secundum illud quod Dominus dixit: Pater meus usquemodo operatur, et ego operor. Et illud Apostoli: Operantes manibus nostris. Et: Qui non operatur non manducet. Quia scriptum est: Viae otiosorum stratae sunt spinis. Et: servum inutilem proiicite in tenebras exteriores. Quotidianis igitur diebus ad tertiam duodecim psalmos dicite, antiphonam, hymnum: Iam surgit hora tertia. lectionem et capitellum: Fiat Domine. Ad sextam sit ipse numerus psalmorum, antiphona, hymnus: Iam sexta sensim volvitur,

lectio et capitellum. Ad nonam ipso ordine dicendum: hymnus vero: Ter hora trina volvitur. Ad lucernarium omni tempore et festis et quotidianis diebus inprimis directaneus, postea antiphonae duae: tertia semper cum alleluia dicatur. hymnus una die: Deus qui certis legibus. alia die: Deus creator omnium, et capitellum. *)

Iam sexta sensim volvitur.

Thes. I. p. 40. Ad sextam.

Notum est Hymnum a nonnullis Ambrosio adsignari. Quae sententia, si non extra dubitationem est, commendatur quodammodo v. 17—20. Nam Ambrosius multus est in Abrahami laude, qui sanctam Trinitatem hospitio exceperit. De Cain et Abel p. 197 ed. B: *tres videt, unum adorat.* De fide resurrect. p. 1159: *Trinitatem in typo vidit — tres suscipiens, unum adorans — — tres videt sed unitatem veneratur.* Tamen, cum alius Hymnus ad Sextam (VI.) multis de causis tribuatur Ambrosio, an duo de eadem hora composuerit carmina

*) Notum est et in regula S. Benedicti monachis proponi Ambrosiana inter officium recitanda. Ita c. 9 nocturnis horis adsignatur Ambrosianum, c. 12 matutinis dominico die, c. 13 matutinis privatis diebus peragendis, c. 17 vesperarum commemoratur Ambrosianum. Sed nihil hoc nomine evinci docent viri docti. Rambach Anth. I. p. 60: „Die Benennung Ambrosianische Hymnen, die in Kirchenschriften häufig vorkommt, kann hier am wenigsten etwas beweisen, da sie von allen, dem A. in Rücksicht des Silbenmaasses nachgebildeten Hymnen gebraucht wird, so dass in der Mönchregel des h. Benedict statt Hymnus sogar nur Ambrosianus (Ambrosianum) steht.“ Quod ad sequiores aevi scriptores, Rambachium haud moramur: at mirifice errat in S. Benedicto. Bene novit, distinguit hymnum et Ambrosianum. Testimonio est caput regulae XVII: „Tertia, Sexta et Nona eodem ordine celebretur: id est versus, hymni earundem horarum, terni psalmi, lectio, et versus, Kyrie eleison; et Missae sunt. Si maior congregatio fuerit. cum antiphonis; si vero minor, in directum psallantur. Vespertina autem synaxis quatuor psalmis cum antiphonis terminetur; post quos psalmos lectio recitanda est, inde responsorium, Ambrosianum, versus, canticum de Evangelio, litaniae, et oratio Dominica; et fiant Missae, Completorium autem trium psalmorum directione terminetur. Post quos hymnus eiusdem horae.“ Disposuit igitur S. Benedictus septem horis septem hymnos. Ex horum numero tres, dico ad Nocturnum, Matutinum ac Vesperam ab Ambrosio confecti sunt. Nec video quid in his a vero simili recedat. Hymnos nomine haud expressit Benedictus. In regula Benedicti Anglosaxonica, quam S. Ethelwoldus saec. X, composuit, commemorantur hymni: Iam lucis orto sidere, Nunc sancte nobis spiritus, Rector potens verax Deus, Rerum Deus tenax vigor, O lux beata Trinitas, Te lucis ante terminum, Christe qui lux es et dies.

dubitandum esset, nisi vetustorum hominum fuisset consuetudo, hymnos ad omnes horas mutare in Quadragesima. Et profecto Hymnus supra scriptus apte convenit passionis dominicae memoriae.

Adiiciatur scripturae Thesauri Arevalus.:

6. et mente. 24. rogandum. Est in Thes. vitium typographicum. 29. et nos. Neale: *Mihi videtur ex aliquo novatore plurimas tulisse correctiones.* Sane carmen plurimis Mozarabum hymnis politius est: at, si Ambrosium putamus auctorem, ex illa virtute nulla nascitur suspicio.

Ter hora trina volvitur.

Thes. I. p. 41. Ad nonam.

Hoc quoque carmen non indignum est quod ad Ambrosio profectum esse credatur. Atque insunt voces Ambrosio acceptae ut v. 12. serena lumina e. a.

Hic est dies verus Dei.

Thes. I. p. 49. Add. Paschalis.

Cod. Rhenov. 111. saec. X (R). Arevalus (A). Mone I. p. 222 sq. (Hs. von St. Peter zu Karlsruhe 47 mit der Melodie 14. Jahrh. Andere Hs. daselbst 15. Jahrh., eine dritte Hs. des 14. Jahrh., drei Hss. des 14. Jahrh. zu Lichtenthal. M.) Codices Monii sequioris aetatis sunt, quam ut magni aestumari possint, sed, si non in omnibus probanda, tamen non omittenda. Viri Docti sententia: Der Hymnus wird in zwei alten Hss. bei Tomasi mit Recht dem h. Ambrosius zugeschrieben, er hat seine kernige Behandlung, auch die ihm eigne Wendung mit der Frage vv. 7. 8., verglichen mit Illuminans altissimus 27. 28. Seines Alters wegen ist aber dieses Lied mit manchen Verderbnissen auf uns gekommen, die sich nur durch Vergleichung der ältesten Handschriften verbessern lassen.

1. Ambr. in Psalm. 43. I. p. 887: *Cum igitur omnes dies Deus fecerit, huic tamen diei prae ceteris divini operis praerogativa delata est, quo peccatum omne sublatum est. Hic ergo est dies, quem illuminavit sol iustitiae.* 16—20. Ambr. de inc. dom. II. 716: *Nam quae erat causa incarnationis, nisi ut caro quae peccaverat per se redimeretur.*

2. R. A. M. sancto serenus. recte. 5. M. perfidis. *perditis alle obigen Hss. und Daniel* (etiam R. et A.), *ein Fehler, der sich Jahrhunderte lang in den Hss. fortgesetzt hat. Perfidi sind die Juden, der Sinn ist: durch die Aufer-*

stehung können die Juden von der Gottheit Christi überzeugt werden. Caeci v. 3. sind die Catechumenen, und illuminans bezieht sich auf ihre Taufe, die an Ostern stattfand. Die Verse 11. 12 betreffen die übrigen Sünder, von den kleinsten bis zu den grössten, weil sie alle an der Erlösung Theil nehmen können. Diese dreifache Abstufung war zur Zeit des Ambrosius ganz an ihrem Platze, als aber die Judenchristen und erwachsenen Täuflinge seltener wurden, verstanden die späteren Abschreiber diese Beziehungen nicht mehr und machten Fehler in den Text. Haec omnia argutius quam verius prolata sunt. Retinemus cum libro Oxoniensi et Rhenoviensi scripturam vulgatam quae optimum fundit sensum. 7. A. quo nos. 9. quo. 7. M. solvet. *die richtige Lesart, wie auch No. 56 (Illuminans altissimus) 27 das Futurum steht. Das Praesens solvit ist aus den Hss. in der lingua rustica entstanden, welche i für e setzen und umgekehrt.* **10.** R. quaesivit fide. A. Jesu brevi adquirit fidem. M. brevi quaerit. *Das Praesens scheint mir das Einfachste, weil auch das Particip des Praesens voraufgeht; und v. 22 mit 10 zusammenhängt, wie v. 23 mit v. 7.* Legere malim: quaesivit. **11. 12.** M. Iustosque — praevenit. *Iustus ist wieder nur die Form der lingua rustica für den Plural, wie sie in den alten gallicanischen Messen oft vorkommt. Dadurch entstand die falsche Lesart in v. 12 pervenit und ihr Text hat diesen Sinn: Der Schächer wurde durch die Verzeihung Christi gerechtfertigt (iustus) und kam mit voraneilendem Schritt (praevio gradu) in das Reich Gottes. Ambrosius will etwas Anderes und mehr sagen: Iusti sind die Altväter in der Vorhölle, ehe Christus diese befreit hatte, war der Schächer schon im Paradiese. In diesem Sinne ist praevio gradu kein störender Beisatz mehr, sondern eine Steigerung, wonach der grosse Sünder noch vor den Gerechten in den Himmel kam. — In dieser Steigerung liegt eben der grosse Trost, den A. durch das Beispiel des Schächers den Sündern geben will, deshalb setzt er sie auch in der folgenden Strophe fort.* At primo praetermisit M. molestam nasci ταυτολογίαν vocum praevio gradu ac praevenit significatione. Accedit quod antiquissimi codices legunt iustus., R. et codex Thom. Al. 11 praevenit, mendose opinor, propter vocem vicinam praevio. Neque verba praevio gradu dissuadent textum vulgatum: optimum exhibent sensum, latronem omnibus fidelibus antecessisse et quasi viam stravisse. Denique verborum structura „praevenire aliquem praevio gradu in locum aliquem," non ea est, quae placere possit. A. Iustoque brevior gradu — pervenit. Sensus: via iusta et recta

ad regnum Dei est poenitentia diuturna et bonis operibus plena. Latro breviori via vel per compendium ad Deum venit.*) 13. R. obstupent. A. hoc opus stupent. 17. Codices Monii dividunt hymnum, ita ut ab v. 17. incipiat altera pars. 22. A. ut culpam quaerat gratia, recte opinor. 27. M. iam mortua est vita omnium. *Alle bekannten Texte* (etiam R. A. moriatur vita hominum) *haben moriatur vita omnium gegen Sinn und Versmass. Das Praesens kann nicht stehen, denn einem Osterliede ist der Tod Christi vorausgegangen, der Coniunctiv moriatur ist durch die andern Subiunctive entstanden, ich setzte das Perfect, wodurch diese beiden Verse mit den folgenden 31. 32 in der Construction eine Parallele bilden, wie in dem Inhalt.* Quod ad metrum, Ambrosium semper servasse elisionem non tam certum est, quam quod certissimum. Nec magis idoneum est argumentum a sensu depromptum. V. 17—32 poeta quasi loquentem facit angelum (1 Petr. 1. 12) salutem per Christum paratam ita admirantem ut in adspectu crucis et latronis poenitentis totum percurrat redemptionis mysterium, iam ante mundum conditum a Deo decretum. Sequitur ut etiam v. 19. legatur tollat. Et recte. Sic Thomasius, Oxoniensis liber et omnes codices Monii. Similiter v. 30. tenendum est resurgant, legendum 32. gemat. 30. R. resurgunt. M. resurgent. 32. A. M. gemat. *Diese kurze Wegwerfung des Bösen braucht A. auch in dem Hymnus auf den heil. Laurentius: vorate, si coctum est, iubet.* At illa verba Laurentii e legenda eius deprompta sunt. — Adiiciunt non nulli doxologiam: Gloria tibi Domine etc. Sed recte Monius: *Die Doxologie wird zwar von Hincmar de non trina Deitate Opp. ed. I. 548. dem A. zugeschrieben, aber mit Unrecht, denn A. hat keine betonten Hymnen gemacht.***)

*) Frequens est in hymni pia latronis ad Christum conversi commemoratio. Minus notum est, passim Sancto ἀγνώστῳ celebrari festum. Romae in ipsa Parasceve Domini in una ecclesia (S. Quirico) commemoratur „S. Disma il buon ladro“ Porro ad manum est Officium S. Boni Latronis XXIV. Apr. expressum Matriti 1810 (Omnipotens, et misericors Deus, qui justificas impios, te súpplices exorámus; ut nos benigno intuitu, quo Unigénitus tuus beátum tráxit latrónem, ad dignam pœnitentiam próvoces, et illam, quam ei promísit, tribuas nobis, glóriam sempitérnam. Per eúmdem Dóminum nostrum ...) Et in Directorio Sanctae Fidel de Bogotá 1844 du 24. Apr. saltem in Cathedrali festum celebratur dupl. S. Boni Latr.

**) Hincmarus de non trina Deit. quinque doxologias affert ut Ambrosionas p. 548. — *In quorum hymnium conclusione sanctae Trinitati semper unam et aequalem gloriam refert dicens:*

Rex aeterne Domine.

Thes. I. p. 85. II. p. 382. Paschalis.

Beda de Metris p. 1380 ed. Putsch. *Rhythmus est verborum modulata compositio, non metrica ratione, sed numero syllabarum ad iudicium aurium examinato, ut sunt carmina vulgarium poetarum. Et quod rhythmus per se sine metro esse potest, metrum vero sine rhythmo esse non potest, quod liquidius ita definitur: Metrum est ratio cum modulatione, Rhythmus est modulatio sine ratione. Plerumque tamen casu quodam invenies etiam rationem in rhythmo, non artificii moderatione servatam, sed sono et ipsa modulatione ducente, quem vulgares poetae necesse est rustice, docti faciant docte. Quomodo ad instar iambici metri pulcherrime factus est hymnus ille praelarus:*

Rex aeterne Domine
Rerum creator omnium
Qui eras ante saecula
Semper cum patre filius,

et alii Ambrosiani non pauci. Item ad formam metri trochaici canit Hymnum de die in diem per alphabetum:

Apparebat repentina etc.

Probavi in Thesauro scripturam: O rex aeterne Domine. Sed nusquam reperitur in libris vetustis. Neque Cassander vera protulit cum carmen admodum rarum esse contenderit. Ex Ordinario Turonensi 1450 cantatur ipsa Dominica Paschali.

Splendor paternae gloriae.

Thes. I. 24. sq. Add. II. p. 381.

Praeter regulam Aureliani carmen ut Ambrosianum commemoratur apud Bedam de Metris p. 1387 ed. Putsch.

---

*Praesta pater piissime,
Patrique compar unice,
Cum Spiritu paraclito
Regnans per omne saeculum.*

*Deo Patri sit gloria
Eiusque soli Filio
Cum Spiritu paraclito
Et nunc et in perpetuum.*

*Laus, honor, virtus, gloria
Deo Patri et Filio
Una cum Sancto Spiritu
In sempiterna saecula.*

*Gloria tibi Domine
Qui surrexisti a mortuis,
Cum Patre et Sancto Spiritu
In sempiterna saecula.*

*Christum rogemus et Patrem,
Christi Patrisque spiritum
Unum potens per omnia,
Fove precantes Trinitas.*

Metricum iambicum tetrametrum recipit iambum locis omnibus, spondeum locis tantum imparibus, quo scriptus est Hymnus Sedulii. A solis ortus cardine. Sed et Ambrosiani huc maxime currunt: Deus-creator omnium, Iam surgit hora tertia, Splendor paternae gloriae, Aeterne rerum conditor et ceteri perplures, in quibus pulcherrimus decore est compositus hymnus beatorum martyrum, cuius loca cuncta imparia spondeum, iambum tenent paria. Cuius principium est: Aeterna Christi munera Et martyrum victorias Laudes ferentes debitas Laetis canamus vocibus.' Recipit hoc metrum aliquoties, ut scribit Mallius Theodorus, etiam tribrachum locis omnibus praeter novissimum. Documento est: Geryoneae (male pro geminae) gigas substantiae Alacris ut currat viam. Ambrosiana carmina apud Bedam quoque carmina ab ipso Ambrosio intelligas. Commemorat sex hymnos Ambrosianos, e quorum numero quatuor extra omnem dubitationem Ambrosium patrem agnoscunt. Itaque haud immerito colligitur, et duo alia carmina, aliis intermixta: Splendor paternae gloriae et Aeterna Christi munera ab Ambrosio esse confecta. Accedit Hincmarus de una et non trina Deitate p. 528. S. *Aliquando* (Ambrosius) *totos tres sanctae Trinitatis personas singillatim efferens, unius deitatis sanctam Trinitatem esse demonstrat dicens: Splendor paternae gloriae etc.* Et adiicit tres priores strophas. Item primum versiculum excitat p. 548. Cf. et vv. 21—24. 28—32.

Cod. Rhenov. 34. saec. 9. (R. 1) in quo tamen hymnus prae vetustate in plurimis strophis paene evanuit. Cod. Rhenov. 111. saec. 10. (R. 2). Brev. Aberdon. (Ab). Brev. Const. (C). Mone I. p. 373 sq. (Hs. zu Stuttgart Brev. 101. 15. Jahrh. ad Laudes. In der Hs. zu Trier 1418 des 8. Jahrh., worin nur der erste Vers steht, ist der Hymnus bestimmt fer. 2 ad matutinos. Hs. zu Trier, Stadtbibliothek 1404. 9. Jahrh. für die Feria 2. Hs. zu Freiburg 56. 14. Jahrh. Hs. von St. Peter zu Karlsruhe 15. Jahrh. mit der Melodie. Hs. zu Lichtenthal 14. Jahrh. ad laudes M.)

4. Hincm. M. diem dies. *Der Vers entspricht dem v. 2., demnach musste die Lesart gewählt werden.* C. dies dierum uti in Trevirensi saec. 8. et Oxoniensi saec. 8. (Thes. I. Proll. p. XI sq.) et in aliis. Fundit scriptura sensum idoneum neque ego extra dubitationem putaverim, utrum poeta scripserit diem dies an dies dierum. 9. R. 1. 2. M. C. et patrem, quod recipimus. 14. M. dentes. *der, Plural ist vorzuziehen, weil er v. 13. und 15. steht.* Non idoneum videtur argumentum, ut dentes pro dente commendet. 18. Ab. fidei, quod probat Nealius. 21—24 apud Hincmarum de una etc. p. 528: Christusque nobis sit cibus, potusque noster sit fides: laeti bibamus sobrie

ebrietate spiritus. 29. M. provehat. R. 2 (ut cod. Oxon.) protegat. Insuper M. pro cursus legere malit cursum. 30. M. *Dieser Vers ist verdorben: totus stört den Sinn und scheint aus den folgenden Versen hieher gezogen.* Tamèn ad unum omnes codices in hoc versiculo consentiunt. Hincmarus de una et non trina Deitate p. 528. 548. eandem scriptionem profert: Aliquando Patris et Filii personarum tantum mentionem faciens dixit: Aurora cursus provehat, Aurora totus prodeat, In Patre totus Filius, Et totus in verbo Pater. Accedit quod vv. **31. 32.**, ut mihi videtur, expostulant vocem totus in antecedentibus commemoratam. Itaque hunc suadeo sensum: Aurorae instar totus prodeat Deus et Pater et Filius. Si magis placet coniectura, ego legerim aurora tandem.

4. P. Cs. diem dies 9. Cs. Ca. P. et patrem 13. Cs. P. confirmat 14. Cs. Ca. P. dentes 30. P. cum luce nobis.

1. Ambros. de fide II. p. **415**: *Prophetae dicunt: Splendor est enim lucis aeternae etc. Vide quanta dicantur: splendor, quod claritas paternae lucis in filio sit.* **23. 24.** Ambros. de sacram. II. p. **370**: Unde et apostolus ait (Eph. **5, 28.**): Nolite inebriari vino, sed implemini spiritu sancto. Vino enim qui inebriatur vacillat et titubat, spiritu qui inebriatur radicatus in Christo est. Et ideo praeclara ebrietas, quae sobrietatem mentis operatur. De Noe et arca I. p. **272**: Et poculum inebrians quam praeclarum est. Quae sit ista ebrietas? Inebriamini, inquit, non vino, sed spiritu implemini.

29. M. „Aurora ist gewöhnlich ein Beiname für Maria, weil sie als leibliche Mutter dem leiblichen Sohne voraufgeht.“ (e Cantic. **6, 9.**) Sed hoc nostrum carmen vix ac ne vix quidem Mariae laudes meditatur.

Saeculum Septimum et Octavum.

Hymnorum, qui in septimi vel in octavi saeculi codicibus primo commemorantur, delectus quadripartitus est.

Primum, praetermissis quae iam supra leguntur, ea carmina exhibemus, quae in vetustissimis Thomasii membranis reperiuntur. Dico Vaticanum 82 atque imprimis Psalterium Reginae Sueciae, in quo, quod pauciores quidem habentur hymni sed vetustiores et ii ferme, de quibus exstat mentio in priscis ecclesiae monumentis. Immo solos Ambrosianos hymnos in eo exhiberi non dubitavit Thomasius. Probabile

est in utroque codice contineri hymnos qui Italis illo aevo erant acceptissimi. (Th.) *)

Porro adiunximus membranae Oxoniensis cantica (cf. Thes. I. Proll. p. XI. sq.) in Francorum et Alamannorum finibus pervulgata. (O.)

Accedunt hymni feriales, quos Monius legit in codice Darmstadtensi (O.) ac Trevirensi saeculi octavi. (Tr.) **)

---

*) Ea Thomasii, libri Oxoniensis et Mozarabum carmina quae leguntur in Thesauro non repetuntur nisi quid adsit quid adiiciatur.

**) Mone I. p. 372. Damit man den nach Zeiten und Orten verschiedenen Gebrauch der Hymni feriales mit den gedruckten Brevieren und Hymnensammlungen vergleichen könne, so füge ich die Reihenfolge jener Hymnen aus einigen alten Hss. bei, denn dies kann auf den Zusammenhang dieser Hss. mit jenen Kirchen führen, wo dieselbe Ordnung stattfand, und man wird durch solche fortgesetzte Vergleichungen auf die ursprüngliche Reihenfolge der Tageshymnen kommen.

Die Hs. zu Darmstadt No. 2106 aus dem 8. Jahrh. hat folgende Ordnung der Hymnen für die Tagzeiten. Ad primam. Iam lucis orto sidere. ad tertiam. Nunc sancte nobis spiritus. ad sextam. Rector potens, verax deus. ad nonam. Rerum deus tenax vigor. ad vesperam. Lucis creator optime. item ad vesperam. O lux beata trinitas. ad completorium. Christe qui lux es et dies. item ad completorium. Te lucis ante terminum.

Die Hs. der Stadtbibliothek zu Trier No. 1418 des 8. Jahrh. hat eine vierfache Anordnung.

I. Hymni dominicis diebus. ad nocturnos. Primo dierum omnium. ad matutinos. Aeterne rerum conditor. ad primam. Iam lucis orto sidere. ad tertiam. Nunc sancte nobis spiritus. ad sextam Rector potens verax deus. ad nonam. Rerum deus tenax vigor. ad vesperam. Lucis creator optime. Für die Complete ist kein Hymnus angegeben, sondern dafür steht der Hymnus zur Nocturn, der für die Complete oder Vesper der Vigilie gezählt ist.

II. Hymni ad nocturnos. Feria 2. Somno refectis artubus. feria 3 Consors paterni luminis. feria 4. Rerum creator optime. feria 5. Nox atra rerum contegit. feria 6. Tu trinitatis unitas. sabbato. Summae deus clementiae.

III. Hymni ad matutinos. Feria 2. Splendor paternae gloriae. feria 3. Ales diei nuntius. feria 4. Nox et tenebrae et nubila. feria 5. Lux ecce surgit aurea. feria 6. Aeterna coeli gloria. sabbato. Aurora iam spargit polum.

IV. Hymni ad vesperas. feria 2. Immense coeli conditor. feria 3. Telluris ingens conditor. feria 4. Coeli deus sanctissime. feria 5. Magnae deus potentiae. feria 6. Plasmator hominis deus. sabbato. Deus creator omnium. Ausser dem Sonntag hatten nach dieser Hs. die übrigen Wochentage jeder nur 3 besondere Hymnen für die Nocturn, Matutin und Vesper.

Die Hs. derselben Bibliothek No. 1404, aus dem Uebergang

Accedunt hymni qui in Antiphonario Benchoriensi exstant. (Muratorii Anecdota ex Ambr. Bibl. Codd. IV. p. **119—159.**) Quod ad libri antiquitatem atque originem, ipsum faciamus loquentem Muratorium, qui pretiosi κειμηλίου repertor est atque editor. „Ex Codice MS. Ambrosianae Bibliothecae num. **10.** Lit. C. descriptum per me fuit hoc Opusculum. Mutilus est liber non uno in loco; vetustatem autem illius ad Annos paene mille ascendere conjeci, charactere ad Saxonicum accedente, literisque nonnullis minio distinctis. Celebre autem olim fuit in Ultonia Hiberniae provincia Benchorense, sive Banchorense Monasterium diversum ab altero Benchorensi Coenobio in Wallia Angliae provincia sito. — — Ad usum itaque insignis illius Monasterii in Hibernia siti fuit Antiphonarium nunc a nobis evulgatum. E. Bobiensis autem Coenobii Bibliotheca in Ambrosianum transiit Codex cura amplissimi Cardinalis Friderici Borromaci. cui Bibliotheca illa suum ortum debet, Urbs, et Archiepiscopatus Mediolanensis, omnesque Literati plurimum aeternum, debebunt. Neque mirum, quod in Bobiensi Coenobio monumentum hoc adservaretur. Celeberrimi huius Monasterii institutor fuit S. Columbanus Abbas, qui ut Jonas Bobiensis Monachus in eius vita narrat, non alibi Monachorum albo

vom 8. zum 9. Jahrh., beginnt ihre Abtheilungen mit dieser Ueberschrift:

I. Incipiunt hymni . . . . Das Weitere ist abgeschnitten, es sind aber die Sonntagshymnen, wie der Schluss der Abtheilung anzeigt. (ad primam), der Titel ist weggeschnitten, aber es ist der Hymnus: Iam lucis orto sidere. hymnum ad tertiam. Nunc sancte nobis spiritus. So geht es fort wie in der ersten Abtheilung der vorigen Hs. und schliesst: hymnum in dominica ad vesperam. Lucis creator optime. Diese Hs. hat wie die vorige keinen Hymnus zur Complete, aber auch keinen zur Nocturn.

II. Hymni ad vesperum. Ist die obige Abtheilung IV bis zur feria 6, dann folgt zu derselben feria 6: item alium ad vesperum. Der Anfang fehlt, es ist aber der Hymnus: Tu trinitatis unitas. feria 7. Summae deus clementiae.

III. Hymnum in die dominico ad matutinos. Aeterne rerum conditor. feria 2. Splendor paternae gloriae. Dann geht es fort wie oben die Abtheilung III.

Obschon diese beiden Hss. in Trier gebraucht wurden und beinahe gleichzeitig sind, so stimmt die Reihenfolge ihrer Hymnen doch nicht ganz überein, woraus man ersieht, dass sie für verschiedene Kirchen bestimmt waren. Als gemeinschaftliche Doxologie (τριαδικὴ ᾠδή, wie sie schon Andreas von Kreta zu Anfang des 7. Jahrh. nennt, Triodion K K, 2) giebt die Darmstädter Hs. von der Prim bis zur None die Endstrophe: Deo patri sit gloria, die andern haben gewöhnlich den Schluss: Praesta, pater piissime etc.

nomen primum dederat, quam in Monasterio, cuius est Vocabulum Banchor, illo nempe, quod in Hibernia situm fuisse diximus. Proinde inter Bobienses et Benchorenses Monachos magna in posterum quoque necessitudo intercessit, ac amoris commercium. Et quamquam excogitare non possimus, ab ipso S. Columbano delatum in Italiam Antiphonarium istud fuisse, quum ibi quaedam habeantur, quae aliquot dumtaxat post eius mortem annis contigere; attamen ab eius discipulis, proximisve Successoribus id factum non immerito opinor. Quando autem in usu Benchorensium fuerit hocce Antiphonarium, coniicere possumus ex ipsius postremis lineis, ubi Memoria Abbatum nostrorum exhibetur.“ Commemoratur enim tanquam vivus, ut videtur, Cronanus Abbas, quem circiter annum 636 vixisse tradunt. — „Quae tamen ita dicta velim, ut non putem propterea, Codicem ipsum, quo sum usus, ad eam ipsam aetatem esse referendum, quum exemplar in Ambrosiana adservatum, et certe vestutissimum, ex antiquiore tamen Codice describi subinde per Monachos Bobienses, sive Benchorienses potuerit.“ — Itaque cantionibus Italorum, Francorum, Alamannorum sacris miscentur Celtarum carmina atque ecclesiae Britannicae veteris hymnodia memoratu maxime digna, propria indole atque virtute insignis. (B.)

Denique ne desit Hispaniae christianae concentus, Mozarabum carmina adiecimus, vel e Thomasio atque Actis Sanctorum in Thesaurum translata, vel nuper addita ex Arevali Breviario, suppeditante ea in „Hymnis ecclesiae“ Nealio Doctissimo, cui opus Arevalianum quod est inter rariora, ad manum erat. (M.)

Tandem non nulla carmina aliorum scriptorum fretus auctoritate, hisce saeculis tribui.

Habes igitur largum priscae hymnologiae proventum. Numerosa est eorum carminum cohors, quae ad horas canonicas cantantur vel vocantur diurna: satis amplus numerus hymnorum de tempore, haud exiguus numerus Sanctorum ac praesertim Martyrum decantans honores, perpauci Beatam Virginem celebrant. Sunt qui per totum orbem Christianum peragrasse videntur, sunt quos singulis ecclesiae provinciis peculiares existimaris. Haud pauci ad posteriora quoque saecula pervenerunt: multos suppressit ea vicissitudo et mutatio, quae ab hymnologicis rebus minime aliena est. Succrevit priscae hymnorum stirpi nova progenies, quae magna ex parte in ecclesiasticis officiis obtinuit, ut vetustiorum cantionibus praeferatur.

Mediae noctis tempus est.

Thes. I. p. 42. Ad nocturnum.

Descripsit carmen Thomasius e Psalterio Reginae Sueciae (T). Contulimus in Thesauro libri Oxoniensis scripturam (O): nunc tripartitum adest ac novum testium patrocinium. Legitur, quod antea ignoraveram, in Antiphonario Benchoriensi (B). Deinceps carmen deprehendi in vetustissimo Codice Rhenoviensi 34. sacc. IX. (R). Continet Psalterium venerandae antiquitatis, cui haec adiecta sunt: „Incipiunt Hymni S. Ambrosii, quos S. Benedictus in diversas horas decantandas ordinavit.“ Sequitur primus Mediae noctis tempus est „Dominicis diebus ad Nocturnum“, dein Splendor paternae gloriae, prae vetustate offuscatus vel erosus. Reliquos prorsus abstulit temporis iniuria. Nuper Nealius ex Arevali libro quintam promulgavit scripturam eamque singularem. Nam Breviarium Arevali Mozarabicum hymnum praebet longiorem Jesu defensor omnium, cuius partem efficere videtur carmen supra scriptum:

Jesu defensor omnium,
Protector et mirabilis;
Sueta noctis advenit,
Et nos sopori dediti.

In tuo, Christe, Nomine,
Qui custos et defensor es,
Evigilemus spiritu,
Ut mereamur lampades.

Cantores tui, Domine,
Quos jubes nocte surgere
Ad invocandum Nomen tuum
Quod nobis es laudabile:

Quem omnis terra metuit
Pro tanta magnitudine,
Sequamur in laude tua
Quod pie, Sancte, poscimus.

* * * *

Clamor in nocte factus est:
Jesus ingressus januis
Evigilantes provocat
Intrare sancta regia.

Gaudebit sponsus virginum,
Ingressus in cubiculo,
Ubi coronae Martyrum
Refulgent ante Dominum.

Mercedem tantae gloriae
Daturus es credentibus:
Quod nobis sitit animus
Ut mereamur consequi.

Medio noctis tempore
Prophetica vox admonet
etc. *)

---

*) Ad v. 20. Nealius haec adnotat: „Notandum hic et saepius in Officii Mozarabici Hymnis eam linguae Latinae corruptelam inveniri, ex qua casus ablativus pro accusativo vel nominativo paullatim in usum venit: donec in hodierna Hispanorum et Lusitanorum lingua fixum teneret locum: ut calle, arvore, commodo pro callis, arbor, commodus.“ (cf. v. 26.)

Sed sententia, unum hymnum ab Arevalo exhiberi, difficilis est ad credendum. Mitto carminis ambitum, si lacunam expletam cogitas, amplissimum, ab Mozarabum consuetudine alienum. Gravius est quod parabola decem virginum bis a poeta exponitur. Hymnus qui priorem locum obtinet et totus est in virginum pompa, parabolam exposita, addit 29—32 paraeneticam clausulam. Posterior hymnus, quem norunt ac distinguunt Thomasius, liber Oxoniensis, vetustissimus Rhenoviae codex ac Antiphonarium Benchoriense, multis exemplis exponit mediae noctis sacramenta, in quorum numero est virginum prudentium ac fatuarum historia. Equidem mihi non fingo poetam, qui in uno eodemque carmine vv. 17—24 et 53—64 cantare potuit, vel qui magno interiecto intervallo eandem cantilenam requirit. Coaluerunt in libro Arevali duo hymni nocturni, quorum uterque virgines proponit, in unum, quod librariorum incuria saeplus accidit. cf. Thes. I. p. 67. 91.

1. R. O. tempore. A. medio — tempore. 3. B. deo. 4. A. et filio. 9. A. medio noctis tempore. 10. T. unius quoque. B. quocum v. a. R. quocumque. Legendum quo cum. A. pergens v. a. 11. T. Aegyptnm mortem. B. Aegypto mortem. A. Aegypto mortem inferens. 13. B. Iustis hora. A. Iustus et salus. 14. B. et quos idem. A. se victus, Neale in qua devictus. 15. A. fuit. 18. B. T. tantorum. B. diro funere. 21. O. B. vero. 22. B. laetamur. A. laetentur. 23. A. hostem prosternentes. 24. O. B. R. A. defensi, quod recipiendum. 25. A. noctis medio tempore. 26. A. per voce evangelica. 29. A. occnrrent. 31. A. cl. gest. l. 33. A. at stultae foris. 34. A. exstinctos. B. lampades. 35. B. ianuas. 36. B. A. clausae — regiae. 37. B. T. A. quare vigilemus. 38. T. splendidas manus. A. stantes lumine splendidi. 39. B. adventui ut. A. ut adveniente Jesu. 41. R. O. noctisque mediae. A. medio. B. noctisque medio, quod tenendum videtur. 43. A. pro Christo vincti. Fortasse legendum detrusi, propter metrum et locum Ambrosii infra excitandum. 44. A. laudantes resoluti sunt. 46—48. A. resolve Christe vincula, nostra relaxa crimina, in te sancte credentium. 48. B. sancte. 50. B. futuri — gloria. A. venturae — gloriae. 51. A. ut aeternis m. B. addit doxologiam: Gloria patri ingenito, gloria unigenito, simul cum sancto spiritu in sempiterna saecula.

Puto hymnum ab Ambrosio cantatum esse non solum

propter Rhenóviense testimonium vel Alexandrinae membranae auctoritatem, nec non propter metricas leges in plurimis saltem observatas, sed motus praecipue loco ipsius Ambrosii in Psalm. **118.** I. p. **1072** sq. Proponantur quae gravissima sunt: *Docet te propheta, quomodo teneas Dominum Jesum. Media nocte, inquit, surgebam etc. — — tempus est poenae, quod ex lectione divina possumus edoceri. Non enim otiose Dominus Deus noster, cum posset quocunque momento primitiva Aegyptiorum extinguere, hoc tamen tempus dolori et luctui peccatoris opportunius indicavit. Sic enim scriptum est, quia media nocte primogenita Aegyptiorum liberi ab exterminatore interempti sunt. — — Non otiose Paulus apostolus et Silas trusi in carcerem, cum in nervo pedes haberent, media tamen nocte surgebant mentis vestigio — subito media nocte terrae motus factus est grandis ita ut omnium vincula soluta sint. Surgendum igitur nobis est. Solet sponsus media venire: cave ne te dormientem inveniat, cave ne facem tuam non queas somnolentus accendere* — — Minime fortuito factum est quod Ambrosius eadem exempla affert atque carmen supra scriptum. Utebatur in plurimis typo quodam vel formula docendi, quam amat exponere et in hymnis et in libris suis. cf. p. 4. Aliis poetis aliae mediae noctis exempla accepta sunt, uti Benchoriensi Petrus angeli ministerio solutus. Act. **12.**

In media nocte. M

Surgentes ad te, Domine.
Atrae noctis silentio,
Vigiliis, obsequiis,
Patrum sequemur ordinem:

Quem nobis dereliquerant
Iure hereditario,
Ministrantes excubiis,
Tibi, Sancte Paraclite.

Pari cum patre clarus es
Cum Christo subtilissimus,
Multis modis spiritus
Et mysticus agnosceris.

Fragili carne conspice
Quos ille antiquissimis
Suis decepit artibus
Tuis trahe virtutibus.

Grex tuus tibi deditus
Nullo teratur crimine,
Quem tuo, Christe, Sanguine
Voluisti redimere.

Oves errantes provide,
Pastor bone, piissime;
Ad aulam celsitudinis
Tuis reporta humeris.

Tabefactus et saucius
Abscedat Princeps daemonum,
Perdat praedam de faucibus
Fur importunus, rabidus.

Exultet Christus Dominus,
Psallat chorus Angelicus:
Laudes sonent in organo:
Ter sanctus dicant Domino.

Legitur carmen in libro Arevali (A) atque in membrana Bibliothecae Trevirensis No. 1407 saec. IX apud Moninm I. p. 310 (T). — 4. T. sequentes. 7. T. obsequiis 9—16 leguntur tantum in T. 18. T. teneatur. 21. A. praevide. 25. T. insatiata rabies. 31. T. sonant. 32. T. dicat. Addit T. doxologiam: Gloria patri Domino etc.

In hora dimidii noctis. ***B.***

Noctis tempus exigemus
Christe in tuis laudibus,
Misereāris omnibus
Te ex corde precantibus.
Qui regnas in saecula.

Ad Nocturnum. ***B.***

Jesu clementer visita
Nocte orantes media,
Qua divina potentia
Petri solvisti vincula.
Qui regnas in saecula.

Deus qui coeli lumen es. Pater qui caelos contines.

Thes. I. p. 66. Matutinus.

Solus continet Hymnum liber Oxoniensis. Iam correximus in Addendis ad Tom I. vitium. v. 13. legendum est noctis.

Aeternae lucis conditor. O.

Thes. I. p. 39. Matutinus.

Luce meridiana clarius est, poetam imitatum esse Ambrosii carmen: Aeterne lucis conditor.

Deus aeterni luminis. Th. O.

Thes. I. p. 68. Matutinus.

Brev. Arevali ad Laudes: Omittit tertiam stropham. 14. tibi altum vides thronum, sed legit Nealius cum Thomasio sempiterno throno sedes. 20. prima es an. 25. deo. 27. Ille versus excidit in A: Nealius per coniecturam in te.

Ad v. 8. haec adnotat Nealii diligentia: Ex hoc con-

stat, hymnum hunc ante A. D. DCC scriptum esse, quippe qui Spiritus S. a solo Patre processionem tam luculenter declaret.

Ad Matutinum. ***B.***

Deus subveni omnibus
Te ter sanctum laudantibus,
Unumque confitentibus
Sacris hymnorum cantibus.
Qui regnas in saecula.

Ad Matutinum. ***B.***

Gallorum Christe cantibus
Te deprecor sonantibus,
Petri ob quondam fletibus
Nostris intende precibus.
Qui regnas in saecula.

Ad Matutinum. ***B.***

Deus qui pulsis tenebris
Diei lucem tribuis,
Adventum veri luminis
Tuis effunde famulis.

Hymnum dicat turba fratrum.

Thes. I. p. 191. Matutinus.

Beda de re metrica p. 1379 sq. ed. Putsch: *Metrum Trochaicum tetrametrum, quod a poetis graecis et latinis frequentissime ponitur, recipit locis omnibus trochaeum, spondeum omnibus praeter tertium. Currit autem alternis versiculis, ita ut prior habeat pedes quatuor, posterior pedes tres et syllabam. Huius exemplum totus est hymnus ille pulcherrimus:*

Hymnum dicat turba fratrum, hymnum cantus personet,
Christo regi conviventes laudes demus debitas.

In quo aliquando et tertio loco prioris versiculi spondeum reperies, ut factor coeli, terrae factor, et orbis, purgat leprae morbos.

Ad Cassandrum usque carmen integrum penitus ignoratum est: ille ex vetustissimo codice, regulam Benedicti cum hymnis continenti, evulgavit. Hunc secuti sumus in Thesauro. Sed exstat hymnus, proh dolor, mutilus in Antipho-

nario Benchoriensi Hymnus S. Hilarii de Christo, atque videtur supplementis nostris consentaneum, addere venerandae membranae varietatem.

1. fidelium. 2. concinentur. 10. Gabrielis. 11. — — eris credere. 15. cum 23. aquam. 24. mero retentis, recte opinor. 27. discumbente. 29. quibus. 32. grassantur offerentes, quod recipimus. 33. 34. omissi sine lacunae indicio. 36. grassantur. 45. Anna. 46. quod. 49. surgens. 50. videret. 55. quos. 56. ianuis clausis. 59. baptizari. 63. concinit: sequentia desunt. 66. canentes. 67. concinemus. 68. regem saeculo. 69. qui in illum recte credunt. Adnectit doxologiam ἄμετρον: gloria patri ingenito, gloria unigenito, simul cum sancto spiritu in sempiterna saecula.

Quod ad Hilarium, Pictaviensem vel Arelatensem carminis auctorem, certi quid evinci nequit. Muratorius l. c. p. 125. in hymno maiorem desiderat elegantiam, ut eum Hilario adscribat. Rambach I. p. 53: *Diese Angabe hat nicht die geringste gültige Auctorität für sich.* Hoc unum mihi exploratum est, hymnum veteris esse prosapiae eorumque in cantuum numero, qui a priscis Christianis in conventibus antelucanis recitabantur. Omnino, si carminis meditamur versum ut ita dicam principalem ac repetita vice recurrentem (Refrain): ante lucem fratres concinamus Christo Domino, annunciemus Christum saeculo, sponte memoriae obversatur locus Plinii, quod Christiani essent soliti stato die ante lucem convenire carmenque Christo quasi Deo dicere. Neque cum nota sit ecclesiae Britannicae atque Hibernicae cum Asiae minoris ecclesiis necessitudo, incredibilis est hymni ad monasterium Benchoriense migratio.

Hymnum Apostolorum. B.

Dic Dominico.

Precamur Patrem
Regem omnipotentem,
Et Jesum Christum,
Sanctum quoque Spiritum. Alleluia.

Deum in una
Perfectum substantia
Trinum . . . . .
. . . . . .

Universorum
Fontis iubar luminum
Aethereorum
Et orbi lucentium.

Hic enim dies
Velut primogenitus
Coeli ab arce
Mundi olim micuit.

Sic verbum caro
Factum a principio
Lumen aeternum
Missum Patre saeculo.

Illeque proto
Vires adimens Caho,
Tum improviso
Noctem pepulit mundo.

Ita aeterno
Iste hoste subacto
Polum nodoso
Solvit mortis vinculo.

Tenebrae super
Ante erant abyssum,
Quam radiaret
Primus dies dierum.

Haec quam prodiret
Vera lux mortalia
Contexit alta
Corda ignorantia.

Eodem die
Rubrum, ut aiunt, mare
Post tergum liquit
Liberatus Israhel.

Per hoc docemur
Mundi acta spernere
Et in deserto
Virtutem consistere.

Summerso saevo
Cicni canunt aemulo
Certatim Deo
Laudes Duci igneo.

Sicque crepti
Nequam iubemur fretis
Laudare Deum
Explosis inimicis.

Et sicut ille
Lucis fuit initium,
Ita et isti
Salutis exordium.

Loquatur primus
In tenore diei
Secundus vero
In calore Fidei.

In fine mundi
Post tanta mysteria
Adest Salvator
Cum grandi clementia.

Tamque aperte
Elementa praetendunt,
Quam vatum hora
Lucide concelebrant.

Natus ut homo
Mortali in tegmine
Non deest coelo
Manens in Trinitate.

Vagit in pannis
Veneratur a Magis
Fulget in stellis
Adoratur in Coelis.

Statura vili
Continetur praesepi,
Cuius pugillo
Potest orbis concludi.

Primumque signum
Portendit discipulis
Aquae conversae
In sapore nectaris.

Tum per Prophetam
Completur ut dictum:
Saliet claudus
Ut cervus perniciter.

Planaque fatur
Absoluto vinculo
Lingua mutorum
Imperante Domino.

Surdi sanantur,
Caeci, atque leprosi,
Fune retroso
Suscitantur mortui.

Totidem panes
Quinque dividit virum
Saturaturis
Procul dubio millibus.

Post tantas moles
Divinae clementiae
Exosus ille
Stimulo invidiae

Qui invidere
Et odire animam
Pro inimicis
Prorogans . . . .

Adversus eum
Initur consilium,
Qui magni dictus
Consilii est nuncius.

Accedunt ei
Ut latroni cum gladiis
Furem aeternis
Tradituri aestibus.

Tandem humano
Traditur iudicio
Mortali Rege
Damnatur perpetuus.

Cruci confixus
Polum mire concutit,
Lumenque Solis
Tribus obtendit horis.

Saxa rumpuntur,
Velum scinditur templi
Vivi consurgunt
De sepulchris mortui.

Conrosum nodis
Annos fere millibus
Extricat senis
Inferni feralibus.

. . . . . . to-plaustum
. . . . . osa soboles
Abjecta mali morte
Saeva ultrice.

Quemque antiquum
Paradiso incolam
Recursu suo
Clementer restituit.

Exaltans caput
Universi corporis.
In Trinitate
Locavit Ecclesiae.

In hoc caelitus
Iubet portas Principes.
Regi cum sociis
Eternales pandere.

Errantem propriis
Evehens certissimam
Supernis ovem
Humeris ovilibus.

Quem exspectamus
Adfuturum Iudicem
Iustum cuique
Opus suum reddere.

Rogo quam tantis
Talibusque donariis
Vicem condigne
Possumus rependere?

Quid tam mortales
Temptamus micrologi
Narrare, quivit
Quae nullus edicere?

Solum oramus
Hoc, idemque maximum.
Nostri aeterne
Miserere Domine. Alleluia.

Secundum locum obtinet canticum in Antiphonario Benchoriensi, proxime insequens carmini: Hymnum dicat turba fratrum. Et sane antiquissimum est, fortasse in orientali ecclesia natum atque e graeco in latinum translatum. Immo titulus innuere potest hymnum apostolicae ecclesiae, redemptoris

gloriam enarrantem, qui postea amplificatus est vel accessionibus interpolatus.

33. Legendum quum. 46. Cycni qui certatim canunt Moses ac soror eius. 53—56. Fortasse legendum iste. Sensus: Duo sunt dies creationis. Alter mundo visibili lucem fudit, alter mortalium animis. Primi lucem cernimus oculis, alterius gratiam comprehendimus fide. 67. hora pro ora. 95. retroso pro retruso. 105—108. Fortasse legendum: Cui invidere et oderunt animam — prorogans precatus est. 129. Legendum corrosum mundum annis. 131. 132. sena feralia inferni sunt sex horae agoniae Christi. 135. 136. Fortasse: Extricat . . et protoplastum probrosam vel damnosam sobolem. 141. Dum ascendit ad patrem et captivam duxit captivitatem. 143—146. Christus, caput corporis, quod efficiunt omnes fideles, exaltatus est in ecclesiam trinitatis, i. e. in ecclesiam supernam, quae gaudet adspectu Trinitatis vel quae consistit trinae Deitatis consortio. Caput sequuntur membra. 156. certissimam, quae non amplius de salute sua sollicita est. 162. micrologi, qui tenuia tantum et vilia enarrare queunt.

Hymnum ad Matutinum in Dominicis. ***B.***

Spiritus divinae
Lucis gloriae
Respice in me
Domine.
Deus veritatis
Domine Deus Sabaoth,
Deus Israhel
Respice.

Lumen de Lumine
Referemus Filium Patris
Sanctumque Spiritum
In una substantia.
Respice.

Unigenitus et primogenitus,
A te obtinemus
Redemptionem nostram.
Respice.

Natus es Spiritu Sancto
Ex Maria Virgine
In idipsum in adoptionem
Filiorum, qui tibi
Procreati ex fonte vivunt.
Respice.

Haeredes et quohaeredes
Christi tui, in quem,
Et per quem cuncta creasti,
Quia in praedestinatione
A saeculis nobis est
Deus Iesus, qui nunc coepit.
Respice.

Unigenito ex mortuis
Deo obtinens corpus,
Claritatem Dei, manens
In saecula saeculorum
Rex aeternorum.
Respice.

Quia nunc coepit, qui semper
Fuit naturae tuae Filius,
Divinae lucis gloriae tuae,
Qui est forma et plenitudo

Divinitatis tuae frequens.
Respice.
Persona Unigeniti,
Et primogeniti,
Qui est totus a toto
Diximus lux de lumine.
Respice.

Et Deum verum a Deo vero
Semper semper confitemur,
Tribus personis
In una substantia.
Respice in me Domine.

V. 25. 31. nunc coepit i. e. Divina natura est aeterna, secundum humanam esse coepit. Nunc vox opposita est inenarrabili αἰῶνι τῶν αἰώνων. Carmini non nullos locos scripturae ac symboli Constantinopolitani sententias intersertas esse, non est quod moneamus.

Primo dierum omnium.

Thes. I. p. 175. II. 382. III. 285.

Dominicis diebus ad Nocturnum. S. Gregorii.

Cod. Trevirensis. 1418 saec. VIII.

Cod. Rhenov. 111. saec. X (R) Stephenson (S). Monius I. p. 370 sq. unum saec. XV. codicem contulit (M). Brev. Aberd. (Ab).

1. M: *hat keine Elision, was in den Hymnen Gregors manchmal vorkommt.* 4. 5. liberet. 8. Male Königsfeld: *propheta sicut noctibus. In vielen Texten steht irrthümlich durch Schreib- und Druckfehler, wie dies Cassander und Clichtovaeus nachgewiesen haben, novimus. Denn die Stelle bezieht sich auf die Stelle des Propheten David Ps. 134: In noctibus extollite manus vestras ad sancta.* Omnes codices praebent novimus. Recte Brev. corr.: propheta sicut praecipit. Irrepsit scriptura noctibus ex hymno Rerum creator optime v. 10. 23. R. S. Ab. per quam. M: *Die Stelle ist verdorben, quod muss jedenfalls stehn, weil sich der Vers auf corpus bezieht.* Sed apte iungi potest quam cum voce compago. 26. S. deluas. M: *nach irischer und bäuerischer Schreibung.* 28. R. S. benignus. 29. Ab. carne. M. actu haben alle. Legit M. actus, nescio qua de causa. M: *30. 31. sind verdorben in allen Texten, mir scheint flamus statt effecti in 30 die richtige Lesart, und 31. et praestolantes cernue, ohne Komma, in Verbindung mit 32. 31 Reim und Sinn verlangen cernue, was in der Lingua rustica auch cernui geschrieben werden kann.* Mihi non intellexisse videtur poetae sententiam: Ut liberi ab actu carnis coelestis regni participes facti, tibi Deo canticum canamus gloriae, quod summa cum humilitate speramus et exspectamus. — Memoratu dignum est, versum

quod praestolamur cernui occurrere in hymno Aurora iam spargit polum v. 10.

P. 21. ne. 23. per quam.

In matutinis surgimus. *M.*

Thes. I. p. 3. Matutinus.

8. Nealius coniecit: et genua prosternimus.

Iam meta noctis transiit.

Thes. I. p. 3. Matutinus.

Breviarium Mozarabum hunc hymnum cum duobus praecedentibus adsignat Hilario. Quod cum certum sit Hilarii carmina in Gothorum ecclesia per Galliae meridionales partes ac Hispaniam vulgatissima fuisse, haud prorsus spernenda est Mozarabum sententia. Ita Isidorus de offic. eccl. 1, 6 Hil. laudem tribuit, quod hymnorum carmine claruit primus. Conc. Tolet. IV. (a. 633) c. 13: *quia nonnulli hymni humano studio compositi esse noscuntur in laudem Dei, et apostolorum ac martyrum triumphos, sicut hi, quos beatissimi doctores Hilarius atque Ambrosius ediderunt, quos tamen quidam specialiter reprobant, pro eo, quod de scripturis sanctorum canonum vel apostolica traditione non existunt. Respuant ergo illum hymnum, ab hominibus compositum, quem quotidie publico privatoque officio in fine omnium psalmorum dicimus: Gloria et honor patri et filio et spiritui sancto in secula seculorum. Amen. Nam et ille hymnus, quem nato in carne Christo angeli cecinerunt: Gloria in excelsis Deo, et in terra pax hominibus bonae voluntatis; reliqua, quae ibi sequuntur, ecclesiastici doctores composuerunt. Ergo nec idem in ecclesiis canendus est, quia in scripturarum sanctarum libris non invenitur. — Sicut ergo orationes, ita et hymnos in laudem Dei compositos nullus vestrum ulterius improbet, sed pari modo in Gallicia Hispaniaque celebret; excommunicatione plectendi, qui hymnos reiicere fuerint ausi.*

Somno refectis artubus. *Tr.*

Thes. I. p. 26. II. p. 381. Matutinus.

Hincmarus de non trina Deitate p. 548: *Et beatus Ambrosius in hymnis, quos catholica frequentat ecclesia, nunc ad Patrem, nunc ad Filium, nunc ad Spiritum sanctum loquens, non solitarie eidem personae in sancta Trinitate, ad quam loquitur, gloriam singulari nomine refert, et postea plurali nu-*

mero alias personas, ut blasphemat Gothescalcus. alloquitur: sed quidquid substantialiter de Deo, videlicet sancta Trinitate dicit, singulari numero effert: ut est: Somno refectis artubus spreto cubili surgimus. Nostris, Pater, conventibus adesse te deposcimus. Et: Splendor paternae etc. Et: Nunc sancte nobis Spiritus, unus Patris cum Filio, Dignare promptus ingeri,nostro refusus pectori.

Cod. Rhenov. **111.** saec. X. 6. ambigat. 12. labescat. Brev. Aberd. labescat. — P. congruit cum Thesauro.

Consors paterni luminis. Tr.

Thes. I. p. 27. Matutinus.

Hincmarus de non trina Deit. p. 528: *Aliquando Patris et Filii personarum tantum mentionem faciens Ambrosius dicit: Consors paterni luminis, lux ipse lucis et dies, noctem canendo rupimus, adesto postulantibus.*

Concordat cum Thesauro Cod. Rhenov. **111.** saec. X. et Breviar. Constantiense. — P. non discedit a Thesauro.

Rerum creator optime. Tr.

Thes. I. p. 53. II. 381. Matutinus.

Mone I. p. 377: *Das Lied hat klassisches Versmass (?) und durchgängigen Reim, aus diesem Grunde ist es nicht von Ambrosius, dessen Behandlungsart man auch darin nicht erkennt. Es könnte aber von Gregor d. Gr. sein.*

Cod. Rhenov. 111. saec. X (R). Mone (Hs. zu Stuttgart Brev. No. 101. M.)

6. M: *criminibus ist gegen das Versmass, peccantibus wäre richtiger.*

Nox atra rerum contegit. Tr.

Thes. I. p. 54. II. 381. Matutinus.

Mone I. p. 379: *Das Lied ist wohl von Gregor d. Gr. Die Hymni feriales 273—275 (Immense coeli, Telluris ingens, Rerum creator) und 277—279 (Coeli Deus, Nox atra, Tu Trinitatis) machen es wahrscheinlich, dass er für alle sieben Wochentage Hymnen gedichtet habe und vielleicht mehrere für jeden Tag zu den verschiedenen Stunden.*

Cod. Rhenov. 111. saec. X (R). Stephenson Latini Hymni (S). Mone (Hs. zu Stuttgart Brev. 101. 15. Jahrh. Hs. zu Freiburg 66. 14. Jahrh. M.)

8. R. S. M: Christe, et ita recte.

Monius in commentario non nullos carmini παραλλήλους facit Gregorii locos, e quorum numero hos transcribimus: V. 9; *Recedente caritate torpor frigidae mentis accipitur. Moral. 33, 5.* — V. 14; Die Gegenstellung intra und extra braucht Gregor oft, z. B. Moral. 25, 19: *Deus alios ad ea, quae sunt intrinsecus, trahit, hos accendit interna appetere. Ibid. §. 20: intus vigilandum est.*

Tu Trinitatis unitas. Tr.

Thes. I. p. 35. II. p. 381. Matutinus.

Non semel mentio iniicitur carminis ab Hincmaro. Loco infra allato p. 48 addimus alios p. 424: *Et sanctus Ambrosius in hymno catholico dicit: Tu Trinitatis unitas, orbem potenter qui regis.* — p. 511: *Unde idem in alio hymno dicit Ambrosius: Tu Trinitatis unitas, orbem potenter qui regis.*

Mone I. p. 380: *Der Behandlung nach ist das Lied von Gregor dem Grossen. (?)*

Cod. Rhenov. 111. saec. X (R). Mone (Hs. zu Stuttgart Brev. No. 101. Hs. der Stadt Trier 1404. 9. Jahrh. M.) Stephenson (S).

2. M. quae. 4. M: *quae kann stehen ohne Elision nach v. 8, doch scheint mir quas besser.* Sequimur codicum scripturam. 5. R. S. nam, ut Brev. Thierhaupt. saec. XII. 8. M: *Für das Versmass wäre medelas besser.* Non adeo accurate observat carmen leges metricas. 12. M: *gloriae hat hier keinen recht passenden Sinn, die ursprüngliche Lesart wird wohl gratiae gewesen sein. Dieselbe Verwechselung beider Wörter kommt in No. 273 (Immense coeli conditor) v. 10 vor.* Gloria optime convenit illi, qui solus habet potestatem in terra dimittendi peccata, quem glorificaverunt homines in diebus carnis suae Matth. IX. 6—8. 13. R. S. nec. 15. R. ne. S. et duo codices Monii et. Recipienda est in textum scriptura. — P. 5. nam.

Summae Deus clementiae. Tr.

Thes. I. p. 34. Matutinus.

Hincmar. de non trina Deit p. 511: *Et sicut dicitur Pater et Filius et Spiritus Sanctus trinus in personis et unus Deus in potentia et deitate ut beatus dicit Ambrosius: Summae Deus clementiae Mundique factor machinae, Unus potentialiter, Trinusque personaliter.*

Conspirat cum scriptione nostra Cod. Rhenov. 111. saec. X. et Brev. Constantiense. Nam quod scribunt summe,

non est quod moneamus idem esse atque summae, quod metro congruum est.

Ales diei nuntius. Tr.

Thes. I. p. 119. II. 382. III. 282. Matutinus.

Cod. Rhenov. 111. saec. X (R). Brev. Aberdon. (Ab). Editio Faust. Arevali Romae 2 Voll. 4. (Ar). Editio novissima eaque optima, quam curavit Theod. Obbarius Tubingae 1845. 8. (Obb.)

6. R. Ab. sopore desides. Ar. aegro sopore. 7. R. casteque recte et sobrie. 10. R. Ab. sobrie.

6. P. Ca. aegro sopore desides. 7. Ca. casteque recte ac sobrie. 10. Ca. sobrie. 13. P. Ca. discute.

V. 1—4. Uti visum est Obbario (Add. p. 310 sq.) optime Prudentium illustrat F. Osannus in commentatione de gemma sculpta Christiana (Gissae 1843. 4.) p. 13. Repraesentatur enim in hoc monumento Mercurius biga vectus, cui duo galli gallinacei iuncti sunt, idque ad seriora tempora, ad christiana referendum esse inscriptio γρηγορεῖτε docet (Matth. 25, 13. Marc. 15, 35. Luc. 21, 35.) Prudentius: Vigilate iam sum proximus. Ut brevi dicam, Osanno probabile est, Christianos veteres Mercurii ψυχοπόμπου munera atque imprimis gallum, Deo sacratum et attributum ad Christum retulisse. Similia placuerunt Raoul-Rochette Antiquités Christianes peintures du catacombes p. 9 et ipse placent Obbario. Mihi difficilia sunt ad credendum. Nam gallus diurnae lucis praeco, Christianis non ob Mercurii sed propter Petri apostoli poenitentiam avis erat mystica, ne dicam sacra. Adeas locum Ambrosii in galli significatione Christiana constituenda palmarem p. 4.

Nox et tenebrae et nubila. Tr.

Thes. p. 120. Ad Laudes.

Monius I. p. 377 carmen legit in membrana Trevirensi No. 1404. saec. IX (T). Mihi patuit codex Rhenov. 111. saec. X (R). Brev. Aberdon. (Ab). Arevalus (Ar). Obbarius (Obb).

6. T. speculo, *war der lingua rustica einerlei mit spiculo.* 8. M: *Der Ablativ nitente ist wohl die richtige Lesart, denn die jetzige rührt aus der alten Schreibung nitentissideris her, was aber in der Bauernsprache nitente sideris heissen kann.* 9. M: *solum muss nach dem ganzen Inhalte des Liedes solem heissen, doch steht diese Lesart in keinem Texte.* — Et vox solum aptissimum aperit sensum. Quod ad codices Prudentii, scripturae nitenti et

solem minime favent, 11. Omn. Prud. Codd. discimus. Ab. omitt. et: M. Ab. lux. — Concordant cum Thesauro P. et Ca.

Lux ecce surgit aurea. Tr.

Thes. I. p. 121. Matutinus.

Cod. Rhenov. 111. saec. X (R). Brev. Aberdon. (Ab). Arevalus (Ar). Obbarius (Obb). Brev. Const. (C).

2. R. fatiscat. Obb. facessat. 10. R. nec — nec. 11. Ab. oculi nec. 12. Ab. nec.

2. Ca. P. fatiscat.

Aurora iam spargit polum. Tr.

Thes. I. p. 56. Matutinus.

Cod. Rhenov. 111. saec. X. — Ca. et P. conspirant cum Thesauro.

Post matutinas laudes. O.

Thes. I. p. 44. Ad Laudes.

Cod. Rhenov. 91. saec. XI. 2. trinitatis. V. 9. 10. cf. VI, 23. 24. *orabo mente Dominum, orabo simul spiritu.*

Aeterna coeli gloria. T.

Thes. I. p. 55. II. 381. Ad Laudes.

Cod. Rhenov. 111. saec. X (R). Mone I. p. 215. (Hs. zu Stuttgart Brev. 101. 15. Jahrh.)

Mone l, c.: *Da dieser Hymnus ein alphabetisches Akrostich ist, indem seine Verse mit der Reihenfolge des Abeces anfangen, so hat sich die Kritik darnach zu richten, was bis jetzt übersehen wurde. 3 und 4 haben gleichen Anlaut, der Strophenabtheilung wegen.* 7. flagransque, *alle Texte, flagrans et ist der Vorschlag von Clichtovaeus, besser scheint mir flagranter.* 9. ortus *haben alle, nach der Grammatik. Die Schreibung hortus geht aber in eine frühe Zeit zurück. Die Lesart natus bei Bebel kann auch falsch gelesen sein für hatus, was etwa auf altus hinführt,* 10. sparsamque *haben alle, das Akrostich fordert ipsamque lucem, d. h. die Sonne; sparsamque hat keinen Sinn. (?)* 11. cadit *alle; die Schreibung kadit ist alt, wie karus für carus.* 15. fine diei, *alle, gegen das Versmass. Fabricius hat temporum, gegen den Sinn.* (M. finito die.) 18. sensibus, *scheint aus 13 wiederholt, besser ist mentibus, welches mit alta oft verbunden wird.* 20. tunc A. (Stuttgart.) *allein richtig,*

alle andern haben quo oder qua, wozu extat nicht gut passt. Dem Sinne nach sind immer zwei Strophen ein Ganzes, wonach die Doxologie eine nothwendige Ergänzung dieses Liedes ist. Der Hymnus gehört in das 5. oder 6. Jahrh., das Wort tonantis v. 3. spricht mehr für das 5. Jahrh.

Auch dieses Lied war für die getauften Katechumenen bestimmt, wie der V. 17. anzeigt: fides primum quaesita radicet etc., daher ist auch v. 11. auf das Heidenthum und 12. auf Christus und die Taufe (illuminatio) zu beziehen, und die Worte manens — nox saeculi v. 13. 14. sind eine Anspielung auf die österliche Zeit und die Jünger zu Emmaus, welchen die Täuflinge hier gleichgestellt werden.

Profecto ad verum accedere videtur, hymnum esse in abcedariis. Tamen non praetermittenda sunt, quae alia suadent. Litera C. bis occurrit: contra desideratur litera V. Scriptura ipsamque ne unum quidem codicem habet patronum. Et Rhenovienses sparsamque. Hanc lectionem sensu carere, temere iudicatum est et inconsulte. Spargere de ortu solis vel aurorae est vox sollemnis ac celebris. Virgil. Aen. **9**, **459**. **4**, **584**: *Et iam prima novo spargebat lumine terras.* Silius **5**, **56**: *diem sparsere solis equi.* Et in ipsis hymnis: *aurora iam spargit polum.* Porro tunc v. **20**. una commendatur membrana eaque saeculi decimi quinti: saeculum decimum novit scripturam quo. Accedunt hortus et kadit. Nam etsi damus Monio, priscam gentem mortalium ita scripsisse, cum alia minus pobabilia sint, etiam haec nos offendunt.

Tamen carmen abcdarium esse potest, sed non potest trahi ad festivitatem paschalem. Erat Monii, multis atque idoneis testimoniis comprobare, in non nullis ecclesiis cantatum esse tempore paschali. Libri quos ego inspexi ad unum omnes feriali officio carmen adsignant, neque aliud quid praecipit Breviarium Romanum. Ut est hymnorum interpres nimis argutus et subtilis, Monius in hymno investigat novellam Catechumenorum fidem, paganismi tenebras, discipulos Emmaunta migrantes: ego vero nihil video nisi matutinum carmen, consueta ac simplici vocum serie decurrens. Sententia strophae ultimae apertissima est: primum quaerenda est fides, ex fide nascuntur spes et caritas.

7. Ca. P. et in l. 15. Ca. fine temporum.

Iam lucis orto sidere. ***D.***

Thes. I. p. 56. Ad primam.

Non discrepat a nobis Cod. Rhenov. **111**. saec. X. Addimus locum e Martene Collect. Nova Vet. Script. et Monum. p. **306** (Antiquae consuetudines canonic. regul. monast. S. Jacobi de Monteforti c. **1**): *Sciendum quoque, quod in hymno cum Deum precemur supplices dixerint, moderate inclinabunt.*
Ca. Cs. P. non discedunt a Thesauro.

Ad Secundam. ***B.***

Te oramus altissime
Exorto solis lumine
Christo oriens nomine,
Adesto nobis Domine
Qui regnas in saecula.

Benchoriensium Secunda eadem est hora quae alias vocatur Prima. Quod apparet ex collecta ad Secundam: Exaudi nos Domine supplices tuos, qui in hac hora prima diei etc. Appellatur hoc officium secundum, cum praecedat officium nocturnum.

Certum tenentes ordinem. ***O. Th.***

Thes. I. p. 45. Ad Tertiam.

Arevalus: **4.** virtutem trini numinis. **5.** habitaculo. **9.** quo. **10.** Nealius coniicit cunctos sc. apostolos. Equidem lego cum Nealio, neque vero apostolos in stropha tertia intellectos velim. Sensus: Itaque omnes, qui hora tertia, Spiritu sancto quondam irradiata, preces fundunt, semper ornat ornabitque pater coelestis aeternis praemiis.

Ad Tertiam. ***B.***

Christi per horam tertiam
Deprecamur clementiam
Uti nobis perpetuam
Suam tribuat gratiam,
Qui regnas in saecula.

Iam surgit hora tertia. **M.**

Thes. I. p. 70. Ad Tertiam.

Arevalus 2. nitente. 10. Dei dexteram. 14. et iudicem agnoscimus. 18. sequamur. 25. processit horae circulus. 26. paraclitus, Nealius correxit pro spiritus.

Nunc sancte nobis spiritus. **D.**

Thes. I. p. 50. Add. II. 381. Ad Tertiam.

Hincmar. de non trina Deit. p. 528: *Item personam Sancti Spiritus alloquitur, quem non sine Patre et Filio esse demonstrans dicit: Nunc sancte nobis Spiritus, unus Patris cum Filio.*

Cod. Rhenov. 111. saec. X. non discrepat a scriptura nostra. Glossa Northumbrica ad Ritnale Dunelinense (Ed. Stephenson 1839) in calce hymni legisse videtur: et nunc et in perpetuum cf. Bouterweck Caedmon I. p. CLXXXVII.

P. Ca. Cs. 2. unum. 6. per sonent.

Hymni Nunc sancte, Rector potens, Rerum Deus haud antiquissimi aevi sunt. Prisca ecclesia tertiae, sextae et nonae horae attribuit Ambrosiana: Iam surgit hora tertia, Bis ternas horas explicans, Ter trina hora volvitur. Fortasse propter longitudinem horis minoribus abiudicati sunt.

De Quarta. **M.**

Qui amne nunc quadrifluo
Evangelistarum rigas
Mundi quaternos cardines,
Audi, precamur, supplices.

Scelus dimitte proprium,
Aufer tepores mentium,
Omnesque dignos effice
Compunctionis munere.

Corpus libido non terat;
Non ira mentem subrepat;
Informet actnm veritas;
Servet pudorem castitas.

De Quinta. **M.**

Qui tot libris per Moysen
In aevum mentem instruis,
Quot sensibus nos corporis
Regi, Redemptor, praecipis;

Fac nos in tuis legibus
Sic permanere perpetim,
Quo spiritu et corpore
Te concinamus naviter.

Repelle quod pavescimus:
Concede quod te poscimus:
Ut te pium mitissimum
Laudemus in perpetuum.

Ad Sextam. *B.*

Tuis parce supplicibus
Sexta hora orantibus
Qua fuisti pro omnibus
Christe in cruce positus.
Qui regnas in secula.

Rector potens verax Deus. *D.*

Thes. I. p. 51. Ad Sextam.

Non dissentit a nobis Cod. Rhenov. **111.** saec. X. 3. Cs. illuminas.

Meridie orandum est.

Thes. I. p. 72. Ad coenam.

Erat Hymnus inter quatuor, quos I. Grimmius primus ac hunc usque diem solus e codice Oxoniensi evulgerat. Ego vero carmen investigavi in Codice Rhenoviensi **91.** saec. XI. Praebet scripturae varietatem v. **6.** universis populis. Vitiose apud nos v. **3.** cedere impressum est pro edere.

De septima. *M.*

Auctor perennis gloriae,
Qui septiformis gratiae
Das Spiritum credentibus.
Adsiste mitis omnibus.

Expelle morbos corporum,
Mentis repelle scandalum,
Rescinde virus criminum,
Fuga dolores cordium.

Ut quum preces susceperis
Clemens tuarum plebium,
Reddamus omnes gloriam
Trino Deo per secula.

De Octava. *M.*

Octavus horae circulus
Iam vergit et nos instruit
Diem futuri examinis
Deflere cum suspiriis.

Septem dierum circulus
Nunc tempus omne dicitur:
Octavus ille ultimus
Erit dies iudicii.

In quo, Redemptor saeculi,
Non nos in ira arguas,
Sed a sinistris liberans
In dexteris nos colloces.

Perfectum trinum numerum. *O. Th.*

Thes. I. p. 45. Ad Nonam.

Cod. Rhenov. **91**. saec. XI. **1**. perfecto trino numero. Utraque lectio ferri potest. Si praeferas Accusativum, hic sensus aperitur: Perfectum trinum numerum dicimus Nonam et psallimus etc.

Ad Nonam. *B.*

Exaudi preces omnium
Nona hora orantium,
In qua Christe Cornelium
Visitasti per Angelum.
Qui regnas in secula.

Convexa solis orbita. *M.*

Thes. I. p. 72. Ad Nonam.

Arevalus **5**. passione p. **26**. **9**—**12**. Nealius per coniecturam: mysticum cernit recludi linteum et visionis cogitat terno recursu terminum. Sed in his V. D non adstipulor. Duo in stropha commemorantur horae nonae mysteria: alterum, quo claudus sanatur, Act. **3**. **1** sq., alterum, quo Petri error aufertur. Act. **10**. Vv. **9**. **10**. ita explicandi: Nunc, i. e. hora nona, terminat illa visio, tertia vice repetita, quam Petrus perspexit advenientibus e Caesarea Cornelii nuntiis. Adscendit Petrus in superiora circa horam sextam (Act. **10**, 9) et terminavit visio circa horam nonam. Conferas Hymnum Benchoriensem ad Nonam et collectam ad Nonam. *Nona agitur diei hora. Ad te Domine directa supplicatione, qua cultoribus tuis divina monstrantur miracula, nostra quoque eorum imitatione corda inlumina.*

Rerum Deus tenax vigor. *D.*

Thes. I. p. 52. Ad Nonam.

Cod. Rhenov. **111**. saec. X. **5**. clarō.

De Decima. M.

Iam dena nos preceptio
Legis sacratae praemonet,
Ut in tenebris saeculi
Non militemur crimini.

Ob hoc, Deus, te poscimus,
Ut nos placatus corrigas,
Offensa nostra diluas,
Adversa quaeque arceas.

Tu esto nostrum gaudium
Qui es futurum praemium:
Sit nostra in te gloria
Per cuncta semper saecula.

De Undecima. M.

Horis peractis undecim
Ruit dies in vesperum:
Solvamus omnes debitum
Mentis benignae canticum.

Labor diurnus transiit,
Quo, Christe, nos conduxeras:
Da iam colonis vineae
Promissa dona gloriae.

Mercede quoque advocas
Quos ad laborem miseras:
Nos in laborem adiuva,
Et post laborem recrea.

De Duodecima. M.

Quotquot diem determinant
Horae, Deus piissime,
Laudes honoris debitas
Persolvat iste grex tibi.

Iacet dies in vesperum:
Transit supernus Lucifer:
Exurge, mentes innova
Iam spiritali gratia.

Discedat umbra criminum:
Pellatur ira daemonum:
Cubile nostrum visita,
Tua, Deus, custodia.

Ad Vesperas. B.

Vespertino sub tempore
Te invocamus Domine,
Nostris precibus annue,
Nostris peccatis ignosce.

Altissimi verbum patris. M.

Thes. I. p. 234. Ad vesperas.

Altissimi Verbum Patris,
Almaeque, Iesu, Virginis,
Bis nostro natus gaudio
Carnisque Factor et caro:

Decursa transit iam dies:
Exaudi preces supplicum:
Fovensque laetos vesperi
Gloriosum lumen suscipe.

Hoc solis ad finem tibi
Incensum sacratum damus:
Coelestis ut nostris tua
Lux in tenebris fulgeat.

Mentemque fessam dum sopor
Noctis paratae detinet,
Obscura cedant somnia,
Pectusque purum luceat.

Nullus quietem corporis
Rapiat dolus lasciviae:
Sed te, Deus, mens consonet,
Tecum cor altum vigilet.

Vocibus, simul cordibus,
Christo, Patri, Spiritui,
Hymnum sonantes in choro
Melo canamus perpetim.

Dedimus Nealii scripturam. 2. Thom. Brev. Moz. almae Jesusque virginis. 7. Th. laetus. 10. Th. Moz. sacrum. 11. 12. Th. coeleste ut nostris tuum lumen. 14. Th. paratam. Neale: *sed optime ni fallor, dedit parte paratae: noctem sc. a divina bonitate in curarum solatium esse paratam.* 17. Th. quidem nullus. 19. Th. sonet. 24. Th. zelo. Neale: *quod forsan recte se habet.*

Christe lumen perpetuum.

Thes. I. p. 151. Vespertinus.

Nealius ex Brev. Arevali: In Feriis Tertiis Quadragesimae ad Vesperas.

A. 2. luminum. 5. 6. nullus. 8. lascivia per soporem.

Christe precamur annue.

Thes. I. p. 151. Vespertinus.

Nealius ex Brev. Arevali: In Feriis Sextis Quadragesimae ad Completorium.

A. 8. concinent. 12. cantas.

O lux beata trinitas. D. M.

Thes. I. p. 36. II. 381. III. 281. Vespertinus.

Commemoratur apud Hincmarum de una et non trina Deitate p. 437. ed. S.: *Unde sanctus Ambrosius sicut in libris*

suis latius, ita breviter in hymno suo dicit: Tu Trinitatis unitas, orbem potenter qui regis, et item in alio: O lux beata Trinitas et principalis unitas, ib. p. 461. *Quam Trinitatis substantiam ostendit Ambrosius in hymno catholico Tu Trinitatis unitas. Quamque veluti exponens Augustinus dicit in libro primo de Trinitate: Deitas quae Trinitatis est unitas, Cui etiam concordat beatus Ambrosius in alio hymno dicens: O lux beata Trinitas et principalis unitas.* p. 516. *Et beatus Ambrosius sanctam Trinitatem unius Deitatis non secundum Gothescalci perversitatem sed secundum fidei catholicae universalem credulitatem atque confessionem unam lucem catholice credi et dici demonstrat in hymno vespertinali, quem Gothescalcus ab ipsis rudimentis infantiae in monachorum monasterium in quo secundum regulam oblatus et tonsus exstitit et usque ad aetatem adultam mansit, cum monachis labiis cecinit, sed sensum eius percipere corde non potuit, quoniam in malivolam animam non introivit sapientia nec habitavit in corpore subdito peccatis. Cuius hymni initium est: O lux beata Trinitas et principalis unitas, iam sol recedit igneus, infunde lumen cordibus.*

Cod. Rhenov. 111. saec. X. non discrepat a Thesauro. Ca. Cs. P. 6. vespere.

Monius, cuius iudicium de carminis auctore atque aetate exspectabamus, hymnum non suum fecit, nescio qua de causa. Nam in codicibus frequenter occurrit. Ego vero cum Maurinis ab Ambrosio cantatum puto, minus propter Hincmari testimonium, quam respectum habens ad locum Ambrosii Epist. 21. p. 873. ed. B: *Hymnorum quoque meorum carminibus deceptum populum ferunt. Plane nec hoc abnuo. Grande carmen est, quo nihil potentius. Quid enim potentius quam confessio Trinitatis, quae quotidie totius populi ore celebratur? Certatim omnes student fidem fateri, Patrem et Filium et Spiritum Sanctum norunt versibus praedicare.* Apparet Ambrosium cecinisse carmina, quibus singulari negotio de S. Trinitate agebatur, ea opinor, quae teste Augustino Conf. IX. 7. a populo cum episcopo suo in ecclesia excubante canebantur. Quae optime quadrant in hymnum: O lux beata: contra ex aliis Ambrosii carminibus nullum est, quod ad sanctam Trinitatem directum sit.

Versus Mozarabicos spurios puto.*)

*) Prorsus monstrosa sunt, quae refert scriptor anonymus in ephemeridibus Morgenblatt 1854. 52: „Das uralte Lied: Iam sol recedit igneus (Forma novata hymni: O lux beata) stammt wahrscheinlich, wenigstens in der ersten Strophe und wenigstens mittelbar aus der Zeit, wo das Tagesgestirn noch göttlicher Ehre theilhaftig war."

Lucis creator optime. D.

Thes. I. p. 57. Ad Vesperas de diei primae opere.

Mone I. p. 83: *Das Lied hat noch nicht den vollständigen Reim, beobachtet aber genau die Reimvocale nebst der Quantität, dies und die Beziehung auf die Völkerwanderung. im V. 7. lässt den Hymnus in das erste Drittel des 5. Jahrhunderts setzen. Als Bezeichnung der gewöhnlichen Nacht wäre der V. 7 zu stark und zu alt, versteht man ihn aber geschichtlich, so hängt das Lied wohl zusammen, es ist ein Abendlied des römischen Reiches, oder der alternden Welt (mundus senescens), die in den Hymnen manchmal erwähnt wird. Die alten Hymnen verweisen nämlich auf die Zeichen ihrer Zeit (nach Matth. 24, 32 flg.) wie die alten Predigten und Messgebete. Gregor M. hom. in ev. 2, 28, 3 gibt ein Beispiel, worin es heisst: aliquando nos mundus delectatione sibi tenuit, nunc tantis plagis plenus est, ut ipse nos iam mundus mittat ad deum. Ueber dergleichen Aeusserungen in den Messgebeten s. meine lat. und griech. Messen p. 54, 107 flg. Gregor d. Gr. hat den V. 8 dieses Liedes in seinem Hymnus Audi benigne conditor entlehnt, was ebenfalls für dessen Alter spricht und andeutet, dass es in Italien wo nicht gemacht wurde, doch bekannt war. Bei Tomasi S. 422 ist das Lied dem h. Ambrosius zugeschrieben und als hymnus ferialis des ersten Schöpfungstages angegeben, was sich mit V. 7 nicht vereinigen lässt.* Equidem, fortasse frigidus et jejunus homo, nihil video, nisi carmen vespertinum, quod opus diei primae meditari tam certum est quam quod certissimum. Nec puto alium aliud quid ad hoc usque tempus vidisse. Tetrum chaos est significatio noctis optima. Nam nocte lux illa ad tempus obscuratur, quae in principio cum terra inanis esset et vacua, mundi originem paravit.

Cod. Rhenov. 111. saec. X. (R) Mone (Hs. der Stadtbibliothek zu Trier 1404. des 8.—9. Jahrh. aus dem Kloster St. Matthias A. Hs. in meinem Besitz 15. Jahrh. Hs. zu Stuttgart Brev. 101, 15. Jahrh. Hs. zu Darmstadt 2106 aus dem 8. Jahrh. ad vesperam 8. Jahrh. D. Hs. von St. Georgen zu Karlsruhe 15. Jahrh. Hs. zu Freiburg 56. 15. Jahrh.) M. Stephenson (S.)

5. D. nam mane. 13. M. *coelorum haben alle gegen die metrische Richtigkeit des Liedes. Ich vermuthe ein Verderbniss, denn der Sinn des Verses ist weder klar noch bestimmt. Das römische Brevier hat coeleste pulsat ostium, was der Bibelstelle gemäss ist, aber bis jetzt zeigt keine Hs. den Weg zu dieser Aenderung.* Neque unquam ostendetur. Nam hymni Breviarii Romani correcti raro codicum auctoritate nituntur, sed ad metricas leges compositi sunt, servata quoad

fieri licuit vetustorum librorum scriptura. Sensus haud obscurus et difficilis: orando penetrat mens coelos coelorum et pergit ad intimum usque coelum, ad ipsum Deum. **14.** D. tollet. **16.** D. purgemur.

Immense coeli conditor. Tr.

Thes. I. p. 58. Ad Vesperas de opere diei secundae.

Mone I. p. 375: *Der Hymnus scheint mir von Gregor d. Gr. zu sein.*

Cod. Rhenov. 111. saec. X. (R) Br. Aberd. (Ab) Stephenson (S) Mone (Hs. der Stadt Trier 1404. 9. Jahrh. A. die andere Hs. zu Trier 1418 des 8. Jahrh. bestimmt den Hymnus zu derselben Tagzeit, führt aber nur den ersten Vers an. Hs. zu Stuttgart Brev. 101.) M.

2. M. *Nach confunderent darf kein Komma stehn, wie bei Daniel, denn fluenta aquae ist das Subject und mixta das Object.* Minime vero. Poeta v. 3. 4. expressit scripturam: *divisit aquas quae erant sub firmamento ab his quae erant super firmamentum, vocavitque Deus firmamentum coelum.* Dividens necessario iungendum cum aquae fluenta. Verba mixta ne confunderent ita accipienda sunt, ut verbum teneat notionem Medii „damit das bis dahin noch nicht geschiedene (Himmel und Erde) sich nicht vermische, schied er das Wasser unter der Feste von dem Wasser über der Feste." Itaque novissima Breviarii Romani ēditio recte scribit: qui mixta, ne confunderent, aquae fluenta dividens, coelum dedisti limitem. 8. Ab. dissipent. **13.** M. *inveniat gegen das Versmass; dieser Vers hängt mit dem Folgenden nicht gut zusammen.* (?) **16.** A. comprimit.

P. Ca. 8. dissipent 15. ut vana cuncta.

Telluris ingens conditor. Tr.

Thes. I. p. 59. II. 382. Ad Vesperas de opere diei tertiae.

Mone I. p. 376: *Das Lied ist nicht von Ambrosius, sondern mit mehr Wahrscheinlichkeit von Gregor d. Gr., denn wie dieser vorzüglich das Wort conditor gebraucht, so ist ihm auch mens besonders eigen, wofür andere häufiger animus und ratio setzen.* Sed in hymno Ambrosii Deus creator vox mens occurrit v. 7. 16. 21., in alio Jam surgit v. 3.

Cod. Rhenov. 111. saec. X. (R) Stephenson (S) Mone (Hs. zu Trier 1404. 9. Jahrh. A. zu Stuttgart Brev. 101. 15. Jahrh.) M.

7. A. sistere. M. fructum. *fructu die Texte, nach dem folgenden Verse muss der Accusativ stehn.* Mentem Viri Docti

non assequor. Sistere, male cum fructu iungendum, idem est atque consistere, subsistere, stare (Cic. 5 Verr. 223. Virg. Georg. 1. 479.) „dass sie dastehe reich an Früchten und liebliche Nahrung hervorbringe." Neque Brev. Romanum stropham alio sensu accepit. 8. A. reddere. 9. A. vulnere. A. mundabit rore gratiae. M. *lässt man vulnera stehen und setzt mundabis, so wird der Satz richtiger.* Cum etiam Brev. Thierhauptiense saec. 13. legat virore gratiae, Monius fortasse verum vidit. Ros persaepe est coelestium donorum imago. Ambros. de virgin. II. p. 230: *Sicut enim ros coeli nocturnas amovet siccitates; ita ros domini nostri Jesu Christi nocturnis et saecularibus tenebris aeternae vitae stillavit humorem.* Gregor. Moral. 19, 52 ed. B.: *quod quia non nostra virtute sed coelesti gratia largiente agitur bene ait: Est moraliter ros in messione mea.* S. deluat. 16. M. actus. *actum gewöhnliche Lesart, welche die Verbesserer des römischen Breviers zu dem Missverständniss führte, dass sie dafür ictum setzten, wodurch der Sinn ganz (?) verfehlt wurde, denn actus mortis sind Todsünden im Gegensatz zu bonis v. 15., worunter virtutes verstanden sind. Auch in andern Liedern braucht Gregor actus noxii für Sünden.* Bona v. 15. procul dubio respondent malis v. 14. Ceterum iam in Thesauro monuimus, breviaria Halberstadiense ac Magdeburgense legere actus, Ludecum et Fabricium ictum. Sensus unus idemque est: Protege nos a peccatis mortalibus.

10. P. Ca. virore gratiae. 16. Ca. ictum.

Coeli Deus sanctissime. Tr.

Thes. I. p. 60. II. 382. De Opere diei quartae.

Cod. Rhenov. 111. saec. X. (R) Brev. Aberd. (Ab) Mone I. p. 378 (Hs. der Stadt Trier 1404. 9. Jahrh. A. Hs. zu Stuttgart Brev. 101. 15. Jahrh.) M. Stephenson. (S.)

4. A. decori. S. decora lumina, sed versio anglosaxonica mid wlitegum leohte. 6. M. dum solis accendis rotam, membranas suas secutus. Recepit lectionem corrector Brev. Romani. R. S. Thomasius et recentiores ad unum omnes solis rotam constituens. 7. M. ministras. 9. M. et lumini. *vielleicht der klassischen Metrik wegen, die aber hier so wenig anwendbar ist als bei cor v. 13, denn zur Zeit dieses Hymnus galt die betonte Arsis für eine lange Sylbe, wie bei Juvencus und den römischen Inschriften des 4. Jahrh., was hier nur bemerkt werden kann, in der Hymnologie aber nachzuweisen ist.* At vero cum A. R. S. et recentiores paene omnes praebeant vel, non video mutationis causam. 10. R.

Ab. direptionis. 12. A. S. daret. 13. M. *die richtige Lesart ist wol omnium, wie schon andere bemerkten* (Fabric. et Ludecus), *doch hat sie keine Hs.* Et ideo insistendum est codicibus.

Itaque non est, quod mutemus textum Thesauri congruum vetustissimis libris. Relinquimus candido iudici, quae scripsit M.: *Bei Daniel ist der Hymnus weder in der Angabe der Lesarten noch kritisch genau behandelt.*

Ca. P. 8. ministras.

Magnae Deus potentiae. Tr.

Thes. I. p. 61, De opere diei quintae.

Cod. Rhenov. 111. saec. X. in omnibus concordat cum Thesauro. In Monii libro non legitur.
Ca. P. 5. demersa. 6. irrigaus.

Plasmator hominis Deus. Tr.

Thes. I. p. 61. II. p. 382. De opere diei sextae.

Cod. Rhenov. 111. saec. X. (R). Mone I. p. 380 (Hs. zu Trier 1404. 9. Jahrh. A. zu Stuttgart Brev. 101. 15. Jahrh.) M. Stephenson Lat. H. (8)

M. *Bei Tommasi p. 423 wird es, wie gewöhnlich die Hymnen dieses Versmasses, dem h. Ambrosius zugeschrieben, es ist aber weder von ihm noch von Gregor d. Gr., sondern von einem spätern Dichter, der öfter als Gregor die Elision ausser Acht liess, und schon die Betonung mit der Quantität vermischte, wie v. 1 und 8 hómini. Einige Worte sind nicht gut gewählt, wie v. 5 rerum, 8 subdens dedisti.* — Ut meam aperiam sententiam, sex illa de operibus creationis cantica eadem condita sunt aetate eundemque produnt auctorem.

3. A. unum. 4. A. ferre. 6. M. *dicto hat nur Ludecus, scheint mir aber die richtige Lesart.* — Quod non crediderim, cum Ludecus codices vix contulerit. 12. M. actibús se inserit, sed ipse fatetur, legere omnes intermiserit vel se interserit. Ut mihi videtur, M. putavit non fieri posse quin poeta in uno eodemque carmine elisionis leges neglexerit et servaverit. Tamen multa carmina demonstrant, multos hymnos in illa aetate confectos, qua nec antiqua metrorum ratio prorsus evanuit, nec nova accentuum ac concentuum prorsus illuxit, (Uebergangsperiode), similia praebere exempla vagae et inconstantis artis rhythmicae.

Quartam stropham ducit M. spuriam. Nam iam antea p. 243. hymnum brevem lectoribus communicavit, duabus

strophis currentem Da gaudiorum praemia atque Illumina cor hominum (p. 243) hac disputatione adiecta:

Die erste Strophe steht in der Reichenauer Hs. No. 60. Bl. 186 aus dem 12. Jahrh. mit der Melodie; beide Strophen in einem Gebete des Anselm von Canterbury (orat. 1. p. 342), ohne dass der Herausgeber Gerberon bemerkte, dass dieses Bruchstücke eines alten Hymnus sind. Dasselbe Gebet beginnt mit den Versen des bekannten Liedes auf die h. Dreieinigkeit:

O lux beata trinitas et principalis unitas, zu welchem aber obige Strophen nicht gehören. Den Titel hat nur die Hs. Die erste Strophe kommt in manchen Hss. und Ausgaben als die sechste des obigen Hymnus Veni creator No. 184 vor, und da die zweite Strophe sich ebenfalls auf den h. Geist bezieht, so scheinen diese Bruchstücke zu einem hymnus de spiritu s. zu gehören. Dagegen steht die erste Strophe auch in einem Hymnus zur Vesper am Freitag (Daniel 1, 62) und die zweite zur Vesper am Mittwoch (Das. 1, 60). Es sind also Strophen, die man für verschiedene Hymnen zur Ausfüllung gebraucht hat, und weil sie zu keinem Liede ausschliesslich gehören, so stehen sie hier als Bruchstücke eines selbständigen Hymnus. Sie haben Quantität und Reim zugleich, denn im v. 5 war die ursprüngliche Lesart omnium statt hominum, (?) welcher Schreibfehler in Hss. manchmal vorkommt. Beide Strophen hängen durch ihren Inhalt und ihre Behandlungsart genau zusammen. Es folgt daraus, dass die Hymnen, welchen diese Strophen beigemengt wurden, nicht in dieser Mischung von Ambrosius sein können, sondern dass der Hymnus, wozu sie ursprünglich gehörten, zwischen die Zeit Gregors d. Gr. und Anselmus von Canterbury fällt, also zwischen das 7. und 11. Jahrhundert.

Sed Monii sententia non ita vero similis est ut facile credi possit.

1. Sex cantica quae de operibus creatoris conscripta sunt, una eademque ratione et ordine disposita sunt. Unumquodque quatuor stropharum serie decurrit. Si in carmine LXX spuria est stropha: Illumina, mutilum est, si carm. LXVIII caret stropha: Da gaudiorum, obtruncatur pars hymni necessaria.

2. At opponet Monius utramque stropham aliunde in vespertinos hymnos esse translatam. Inquirendum est igitur in carminum in sententiis cohaerentiam atque progressionem. Nec facile quis negabit poetam, cum solem ac lunam commemorarit, aptissimis vocibus orare: Illumina cor hominum etc. Item in carmine supra scripto Da gaudiorum praemia arctissime coniunctum est cum antecedenti Repelle a servis tuis.

Postea, cum paene apud omnes sex illa carmina cantarentur ad Vesperas notissimis atque usitatissimis versibus contigit, quod etiam alias evenisse scimus. Hymnographi, vetusti poetae floribus cantica sua adornarunt, vel solae sine aliis, quibuscum proprie cohaerent, publicae ac privatae inservierunt devotioni.

Christe qui lux es et dies. O. D.

Thes. I. p. 33. Add. Ad Completorium.

M: *Das Lied ist wohl nicht älter als das 7. Jahrh.*

Cod. Rhenov. 91. saec. XI. (R). Mone I. p. 92 sq. (Hs. zu Darmstadt No. 2106 aus dem 8. Jahrh. Hs. von St. Peter zu Karlsruhe 15. Jahrh. Hs. von St. Georgen zu Karlsruhe 15. Jahrh. Hs. zu Stuttgart Brev. 101. 15. Jahrh. Hs. in meinem Besitz 15. Jahrh. Hs. zu Freiburg 15. Jahrh. M.) Stephenson p. 12. (S) „dicetur cottidie usque ad diem coenae exclusive."

2. M. detegens, cum uno Thomasio. Praeter reliquos codices Hincmarus nobiscum canit. De una et non trina Deitate p. 528. S. *Et item Ambrosius per totum alium hymnum ad filii personam loquitur dicens: Christe qui lux es et dies, noctis tenebras detegis.* 3. 4. M. lucifer lucem proferens vitam beatam tribue cum Thomasio et codice Darmstadt. saec. 8. Scripturam vulgatam censet M. — *ein Verderbniss durch Missverstand. Man nahm vielleicht Anstoss an dem Namen Lucifer für Christus, obgleich er in den Hymnen des Hilarius steht (Daniel 1, 1.) C. brachte das Licht in die Welt, darum heisst er Lucifer in den alten Hymnen, in den spätern hat man diese Benennung weggelassen. Beruht sie, wie es mir scheint, auf Ps. 109, 3: ante luciferum genui te, so wäre die richtigere Lesart luciferum lux praeiens, denn Lucifer und lucem proferens sind genau genommen eine Tautologie, Aber keine Hs. gibt jene Lesart, denn alte Schreibfehler blieben in den Hss. der Hymnen viel fester stehen als in andern Schriften, weil man die durch den Kirchengebrauch gewöhnlichen Texte nicht ändern wollte.* At vero, cum codd. Oxoniensis, Rhenoviensis, Hammoniensis (I. Proll. XI.) et reliquae membranae, insuper versiones vetustae teutonicae (Kehrein p. 11) faveant vulgato, ipse hic librorum consensus dissuadet de scriptura mutanda. Porro Christus in carminibus quoque posterioris aetatis audit Lucifer, ut apud ipsum Monium carm. 469 (saec. XIV) v. 9: gaude mater Luciferi. Denique versum 3. iniucundam praebere tautologiam ipse nobis largitur Monius: puto irrepsisse in hymnum e versu 2 hymni: Splendor paternae gloriae. Quartus versus Monii ad normam

octavi accommodatus esse videtur. Quod ad coniecturam, nullo nomine commendatur, nec quod exemplum affert depravatae scripturae ex hymno: Vox ecce clara intonat, rem illustrat. Nam demonstrabimus infra in hoc cantico emendando errasse Monium. Retinemus igitur scripturam vetustam ac probatam. **11.** M. me. R. M. consentiat, cum Oxoniensi ac Darmstadiensi codice. Neque ego scripturac abnuerim. **14.** M. *vigilat, stimmt als Assonanz zu capiant, es sollen sich aber 14. 16 als Indicative, und 13. 15 als Coniunctive entsprechen.* Exstat lectio in membrana Darmstadiensi et codice nostro Dresdensi secundo ac fortasse probatur loco scripturae Cant. 5, 2. Cod. Friburgensis saec. **15**, Thomasius adiicit doxologiam: Deo patri sit gloria etc., alii duo Monii aliam: Praesta pater omnipotens. Stropha: Ad te clamamus Domine in cod. Stuttgartensi et Brev. Constantiensi.

17—20. M. *werden manchmal zum Segen gesungen und haben eine sehr schöne und alte Melodie, die wohl vor die Abfassung dieses Hymnus zu setzen ist.*

Cantant Carmelitae hymnum ad Completorium per totam Quadragesimam usque ad Coenam Domini. Praemonstratenses per Quadragesimam ad Dominicam usque Passionis. Utriusque religionis scriptura consonant Thesauro.

Ad Completorium. M.

Lucis auctor clemens, lumen immensum,
Lumen cuius fulget sanctus eternus
Christus, cum quo regnat cum ipso in unum,
Et sanctus Spiritus, una potestas.

Tetrae noctis huius caliginem pelle,
Serpentisque fraude, quaesumus, fuga:
Nos armatos crucis signaculo salva,
Sacrosancto tuo Nomine dita.

Pater immortalis, omnium Pastor,
Invidentem hostem frange fnscantem:
Lumen nobis praebe perenne de sancto:
Tenebroso calle non paveamus.

Redemptor eterne Rex omnis terrae,
Dilectorum pius gemitus attende;
Insidiantem hostem confriuge Salvator:
Nos eternae vitae redde beatos.

Noctem nobis istam dona quietam:
Insidiantem hostem repelle a nobis:

Crucis signum vincat omne inimicum:
Te, Christe, rogamus, — mane nobiscum.

Gloria et honor, potestas et virtus,
Ingenito Dco, Genitoque Christo,
Spirituque simul Parecleto Sancto;
Cuius verbo clarent secula cuncta.

Ad Completorium. ***M.***

Thes. I. 257.

Sol angelorum respice,
Quem concupiscit mentium
Intenta visu castitas
Sursum manentem cernere.

Quo cuncta pollent caelitus
Cursu, recursu, proprio,
Quo vita constat omnium,
Intende grates supplicum.

Da servulis custodiam,
Qua temperentur commoda,
Adversa sint innoxia,
Corrupta ne sint pectora.

Frugalitas tu sensuum,
Sator, salus, refectio,
Potus cibusque, gaudium,
Lux atque virtus cordium.

Repelle membris lubricam,
Ne polluat, lasciviam:
Ne foeda vexet passio,
Culpetque mentis actio.

Virtutis infer copiam,
Qua conferas clementiam,
Oblitus ut peccaminum
Dares quietem temporum.

Votis rogamus affatim,
Superna lux, inlabere:
Quo cuncta tuta perpetim
Serves, subactis scandalis.

6. Thom. prospero. 11. Thom. potus cibique gaudium. 13. 14. Thom. lubrica ne polluat lascivia. Neale: *quod equidem a scriptore profectum esse crediderim, eo tamen sensu, ut ablativus accusativi casus vicem occuparet.* p. 26. Quod V. D. toti carmini adscribit: *Manifestum est hunc hymnum a correctore quodam emendatum fuisse* — id proh dolor in multis hymnis Arevalianis accidisse videtnr.

De Completa. ***M.***

Lux vera, lucis claritas,
Lucis manens hereditas:
Laus in tenebris promitur:
Precantibus splendor detur.

Te tempus omnis temporis
Te quicquid in nobis viget
Collaudet in perpetuis
Eternitatis saeculis.

Completa Mozarabum est completorium Romanum.

Adsunt tenebrae primae. M.

Thes. I. p. 199. Ad Completorium.

Arevalus 2. tetrae, recte opinor. 13. Neale: *Quam corrupte apud Mozarabes legantur hymni, hic versus sit exemplo: qui in Breviario et apud Thomasium ita habetur* „Somno quiescit grata.“ Correxit somno quies sit grata. 18. et spiritus.

Gaudete flores martyrum. M.

In Festo SS. Acisli et Comitum eius MM. (Prudent. Peristeph. 1, 49) die XVII. Nov. ideoque in initio Adventus Mozarabici Brev. Arevali.

Gaudete, flores Martyrum,
Salvete, plebes gentium;
Visum per astra mittite,
Sperate signum gloriae.

Voces Prophetarum sonant,
Venire Christum nunciant;
Redemptionis praevia,
Qua nos redemit, gratia.

Hic mane nostrum promicat,
Et corda laeta exaestuant,
Cum vox fidelis personat,
Praenunciatrix gloriae.

Tantae salutis gaudium,
Quo est redemptum saeculum,
Exceptionis inclytum
Ex hoc canamus canticum.

Adventus hic primus fuit,
Punire quo non saeculum
Venit: sed ulcus tergere
Salvando quod perierat.

At nunc secundus praemonet
Adesse Christum ianuis,
Sanctis coronas addere,
Coelique regna pandere.

Aeterna lux promittitur,
Sidusque salvans promitur:
Iam nos iubar refulgidum
Ad ius vocet coelestium.

Te, Christe, solum quaerimus
Videre, sicut es Deus:
Ut laeta nos haec visio
Evellat omni Tartaro.

Quo dum, Redemptor, veneris
Cum candidatis Martyrum
Globis, adunes coeliti
Nos tunc beatos coetui.

Nunc in Proprio Hispaniae 17 Nov. colitur festum S. Acisli et Victoriae Mart.: sed hymno officium caret.

Cunctorum rex omnipotens. M.

De Adventu.

Cunctorum rex omnipotens,
Mundum salvare veniens,
Assumpsit formam corporis
Nostrae similitudinis.

Qui regnat cum Altissimo,
Virginis intrat uterum,
Nasciturus in corpore
Mortis vincla disrumpere.

Gentes erant in tenebris:
Viderunt lumen fulgoris:
Cum Salvator advenerit
Redimere quos condidit.

Quem olim vatum praescia
Cecinerunt oracula,
Nunc veniet in gloria
Ut nostra curet vulnera

Laetemur nunc in Domino,
Simul in Dei Filio,
Parati eum suscipere
Adventus sui gloria.

Mysterium ecclesiae. *Th.*

Thes. I. p. 79. Hymnus S. Mariae vel de Nativitate Domini.

Monio II. p. 1. in hoc antiquissimo Mariano carmine recentiores solummodo codices patuerunt. (Hs. der Ambrosianischen Bibliothek M, 25 des 15. Jahrh. A. andere Hs. daselbst N. 283 des 15. Jahrh. M. jene mit dem Titel: in sancta Maria, diese: in officio visitationis. Hs. zu Lichtenthal des 15. Jahrh. L. und zu Karlsruhe o. N. 14. Jahrh. C.) Mo.

4. C. filium. 7. Mo. quae mer. ut in duobus Ambrosianis. Vat. W. 1. C. L. et m. 8. A M. sanctum. 10. M. praedixerat. 16. A. index proderet. 19. A M. omittunt nobis. 20. C. omitt. Christus. 22. Mo. deo. A L. cantaverunt. Mo: *richtiger wäre cantarunt gloriam Deo.*

A solis ortus cardine. *M.*

Thes. I. p. 21. De Nativitate Domini.

Pseudo-Ildephonsus in Sermone de Parturit. et Purific. Sanctae Mariae (Bibl. PP. Lugdun. XII. p. 570): *Hinc quoque alibi Ambrosius ait: Fit porta Christi pervia, referta plena gratia, Transitque rex et permanet clausa.* p. 573: *De qua porta beatus Ambrosius in eodem hymno, de quo dixi, quem in honore sanctissimae virginis composuit: fit porta Christi pervia, referta plena gratia, transitque rex et permanet clausa ut fuit per secula.* Editores Ambrosii Maurini auctoritate Ildephonsi freti hanc stropham uti Ambrosii carmen receperunt, adiunctis duabus strophis: Genus superni luminis, Honor matris et gaudium, e libro Cassandri. Et sane illae tres strophae cantum efficiunt Marianum in Breviariis non admodum rarum. At vero ex Thomasii Hymnario transcripsimus in Thesaurum hymnum: A solis ortus cardine quatuordecim stropharum, in quarum numero quarta, quinta et sexta cantum illum ecclesiasticum exhibent. Totum carmen cum Thomasio ab Ambrosio conditum esse existimavi: nunc alia sentio. Etenim quod ad Ildephonsum, in confesso est, sermonem de partu-

ritione et purificatione Mariae sequioris aevi esse, saeculi noni vel decimi. Itaque non idoneus est, qui Ambrosianam carminis prosapiam ostendat certam vel adeo probabilem. Accedit, quod subinde peccatum est contra prosodiam, ut recte adnotarunt Maurini. Denique displicet incomposita cantilenae ratio et sententiarum ordo turbatus. Ut mihi videtur, Thomasii carmen est mutilum, maioris hymni fragmentum, et quidem alphabetici. Desunt nonnullae strophae, irrepserunt aliunde aliae. Imitatus est autem poeta, in Ambrosii, Sedulii et Fortunati carminibus bene versatus, abcdarium carmen Sedulii: nonnullas strophas (v. 5—12. 21—24) e Prudentio Cathemer. XII 201—208 transcripsit.

Haec scripsi: iam adfertur Nealii liber, quo multos Arevalii hymnos congessit. Obvium est carmen supra positum, obvia est Doctissimi Viri sententia, quam cum nostra concordare gaudemus: *De hoc hymno, ut mihi quidem videtur, haud satis disputatum est. Eum hymno Seduliano vetustiorem esse, cui idem est principium, viderunt multi. Acrostichum vero fuisse, vel potius ABCDarium, diligentius intuenti patebit. Vix enim casu fieri potest, ut hi versus ordine legantur: Fit porta Christi pervia: **G**enus superni Numinis: **H**onor Matris et gaudium: et iterum: **Q**ui, Verbum, caro factum est: **R**orem dederunt aethera. Inde transpositos quosdam, quosdam perditos fuisse versus non vana suborietur suspicio.* Et Obbarius, reiecta Thesauri sententia (quam hodie ipse improbo) censet, hymnum e variis partibus esse compositum p. 313.

Adsignat Mozarabum liber hymnum festo Annunciationis Dominicae, olim XVIII. Decembri ab Hispanis celebrato. Brev. Const. praescribit hymnum Fit porta in Annuntiatione Virginis ad Matutinum cantandum, addita stropha quarta notissima: Maria mater gratiae, mater misericordiae, tu nos ab hoste protege, in hora mortis suscipe.

Adscribatur Arevali varietas. 2. ad usque. 4. ortum Maria virgine. 5—8. om. 11. ubi imbecilli et mortui. 37—40. om. 51. alma. 56. damnum tenebris.

Iam vero hymnum quoad fieri potuit refictum lectoribus propono.

A solis ortus cardine
Ad usque terrae limitem
Christum canamus principem
Natum Mariae virginis.

Tres strophae desunt.

5 **E**gypte, Thrax, Persa, Scytha,
Judaea, Roma et Graecia
Gaudete quicquid gentium
Rex unus omnis possidet.

Fit porta Christi pervia
Referta plena gratia,
Transitque rex et permanet
Clausa ut fuit per saecula.

Genus superni numinis
Processit aula virginis,
Sponsus, redemptor, conditor,
Suae gigas ecclesiae.

Honor matris et gaudium,
Immensa spes credentium,
Per atra mortis pocula
Resolvit nostra crimina.

Iam nemo post haec mortuus:
Ubi imbecilli ac mortui,
Omnes beati et perditi,
Laudate vestrum principem.

Lapis de monte veniens,
Mundumque replens gratia,
Quem non praecisum manibus
Vates vetusti nunciant.

Mirabilis conceptio:
Christum portendit sobolem,
Ut virgo partum funderet,
Post partum virgo sisteret.

Nunc redemptorem gentium,
Mundi venisse Dominum,
Redimere quos condidit,
Exultet omnis anima.

Orbis quem totus non capit,
Creator cuncti generis,
In tua, sancta genitrix,
Sese reclusit viscera.

Praeconio angelico
De claustris virginalibus
Virginis virgo natus est,
Qui verbum caro factum est.

Quem Pater ante tempora
Deus Deumque genuit,
Matris almae virginitas
Cum tempore partum edidit.

Rorem dederunt aethera,
Nubesque iustum fuderunt,
Patens excepit Dominum
Terra salutem generans.

Deest una stropha.

Tollens cuncta facinora
Et donans sancta munera,
Augmentum lucis afferens,
Tenebris damnum inferens.

Non nulla desunt.

Sacer Octavarum dies. *M.*

In Circumcisione Domini. Brev. Arevali.

Sacer Octavarum dies Hodiernus rutilat,
Quo secundum carnem Christus Circumcisus traditur:
Patri non adoptione, Sed co-aeternus genere:

Spiritu completur alvus Incorruptae Virginis:
Quae pariens mansit semper Virgo quam puerperam
Illibatam Genetricem Proles castam elegit.

Inde Simeon grandaevus Ovans ulnis accipit,
Amplexusque videbatur Salutare Domini:
Resolve iam nunc in pace Artus istos fragiles.

Sed nec illi impar Anna Continentia gradiens,
Quam in flore iuventutis Coniux viduaverat,
Vagientem confitetur Fore mundi Principem.

Impleta est priscae in eo Legis Circumcisio,
Utriusque ut Testamenti Se auctorem ostenderet,
Qui manens in Trinitate Universa conderet.

Gloria et honor Patri Usquequoque Altissimo: etc.

Agni genitor Domine. ***M.***

In Dominica ante Epiphaniam.

Agni genitor Domine,
Verbum natum de Virgine,
Conceptum sine semine,
Dux luminis, et fons Vitae:

Esto nobis in salutem
Filius Dei Unice
Gubernator Jesu Christe,
Ad precem nostram aspice.

In mundum nobis missus es
Captivos representare,,
Lumen caecis reformare,
Mutarum linguas solvere.

Ne nos relinquas, Domine,
Omnium conditor pie:
Propitius miserere
Qui nullum cupis perdere:

O Rector mundi Domine,
Salvator Unigenite,
Tu nos a morte protege,
Ab inimicis redime.

Christus Dominus vigilet,
Fidesque nostra germinet:
Zabuli discedat munimen,
Nec valeat subripere.

Per Jesum Christum Dominum,
Qui regnat cum Deo Patre
Et nos dignavit docere,
Credamus in Trinitate.

Illuminans altissimus. ***Th.***

Thes. I. p. 19. Add. In Epiphania Domini.

Cod. Rhenov. 111. saec. X. (R. 1.) Rhenov. 91. saec. 11. (R. 2.) Mone p. 75 (Reichenauer Hs. aus dem 9. Jahrh. Hs. zu Karlsruhe o. N. des 14. Jahrh. Hs. zu Stuttgart 101. des 15. Jahrh. Hs. von Güntersthal zu Karlsruhe des 15. Jahrh. zu Lichtenthal des 13. Jahrh., andere zu Lichtenthal des 14. Jahrh. M.)

7. M. quodam tempore. ita membr. Reichen. saec. 9. R. 1. sed satis ieiuna esset poetae sententia. Retinemus cum editoribus Ambrosii Benedictinis, R. 2. codicibus Thomasii Alexandrino et Vaticano aliisque quondam tertio. Primo conversa sunt fluenta, cum Israelitae Josua duce flumen pertransierunt, secunda vice Jordanes Eliae atque Elisae viam aperuit. 8. M. praesente sacraris die, et recte. 10,

M. signaverit. 11. R. 2. ad hoc adoratum diem. M. et hac ad oratum die. 12. Rh. 2. M. duxerit. *Weil die 2. pers. sing. in der Strophe 2. u. 4. steht, so haben sie auch mehrere Texte in der dritten gesetzt, zu deren Construction sie aber nicht passt.* At vero, cum per totum carmen poeta Dominum alloquatur, et tertia stropha ita intelligenda est, ut coelo micans spectet ad Christum, ut Th. I. p. 76: *ab aethere Christus promicat.* 13. R. 2. infuderit. M. saporem fuderis. Patrocinantur scripturae pulcrae et eleganti cod. Reichen. saec. 9. et Alex. 11. (fuderit). 17. R. 2. col. jubes. 19. M. elementa mutata stupet. Recte monet Vir Doctus: *stupent haben alle, nur Tomasi und Cassander stupet, richtig, denn es geht auf minister. Ich stellte den Anapaest elementa voraus, weil Ambrosius auf dem zweiten Fusse regelmässig den Jambus hat. Die Betonung mutata auf der Arsis hat auch Juvencus, freilich nicht in den Ausgaben, aber wol in den alten Hss.* Tamen, si legatur cum R. jubes, alia placet interpretatio. Stupent ipsa elementa, se in usus alios transire. Sic stupent mors et natura in carmine Thomae. 22. R. 2. dividit. 26. R. 1. sui. 28. R. 1. M. faucium. *Die Lesart fontium ohne Sinn.* Haec iniquius prolata sunt. Intuetur poeta duo miracula Christi, aquam in vinum conversam et panem multiplicatum. Alterum alterum explicat. Si videris, inquit, cibum in ore crescentem, desine mirari largam vini copiam ex hydriis haustam.

1. Mone. *Ebenso sagt Ambros. Hexaem. 4, 5: ex alto illuminat und versteht darunter Christum. — Hier bezieht sich ill. auf die Taufe Christi, denn* φώτισμα, *illuminatio, wurde überhaupt die Taufe genannt.* Fortasse respicit poeta ad vocem scripturae in Epiphania tam saepe ab Ecclesia recitatam: Surge illuminare Jerusalem. Omnino illuminandi vox festivitati est propria et ideo crebra in collectis etc. Deus illuminator omnium gentium etc. Illumina quaesumus Domine populum tuum etc. 2. M. *Cyprian de spect. p. 614. nennt sie astrorum micantium choros.* 5. Non assequor mentem Monii: *dieser Vers bezieht sich auf die Erbsünde.* Tangit poeta materiam festi primam et illa aetate principalem, baptismum Christi. cf. quod adnotavimus ad vv. 5—8.

Christe lux mundi salus et potestas. M.

Thes. I. p. 152. Brev. Arevali: In Dominica secunda post Octavam Epiphaniae.

Recte monet Nealius, hymnum in scriptura Arevali plurimas tulisse correctiones. — 3. fulvae faciem. 5—8. om.

10. referentis. 14. sacros — hymnos. 17—20. om. 23. 24. placide quietos mulceat artus. 25. noctis subeant profunda. 27. superno. 29. desinent. 30.—32. nec ullus audeat nostros lacerare sensus daemonis astus. Ita Nealius per coniecturam. Arev.: nec ullus sensus involvat gravior vicissim spirituum turma. 33. superne. 35. inserens psalmis. 37. gloriam. 39. pia turba.

Deus creator omnium. *M.*

In Sabbatis Quadragesimae ad Laudes.

Deus, Creator omnium,
Auctor lucis et diei,
Perlustra corda omnium,
Jesu bone, fidelium.

Lucescat habitaculum,
Tuum, Christe, hospitium:
Nostraeque tectum animae
Figmentum tuae dexterae

Tuo amore proprio
Quo ipse commercatus es,
Lucratus Deo animas
Tua morte ultronea.

Laetetur caro fragilis,
Simulque et homo interior,
Vicisse noctis tenebras
Perennis lucis lumine.

Diei huius gratia
Concede sine crimine
Custodia perpetua
Fruamur tua, Domine.

Alleluia piis edite laudibus. *M.*

In Dominica prima Quadragesimae ad Vesperas apud Mozarabes: alias in Septuagesima Th. I. p. 262.

Alleluia piis edite laudibus
Cives aetherei: psallite suaviter
Alleluia perenne.

Hinc vos perpetui luminis accolae
Ad summum resonate hymniferis choris
Alleluia perenne.

Vos Urbs eximia suscipiet Dei
Quae laetis resonans cantibus, excitat
Alleluia perenne.

Felici reditu gaudia sumite
Reddentes Domino glorificum melos,
Alleluia perenne.

Almum sidereae iam palmae decus
Victores capitis, quo canor est iugis
Alleluia perenne.

Illic Regis honor vocibus inclytis
Iucundo reboat carmine perpetim
Alleluia perenne.

Hoc fessis requies, hoc cibus et potus
Oblectans reduces, haustibus affluens;
Alleluia perenne.

Dum te suavisonis conditor affatim
Rerum, carminibus, laudeque dicimus
Alleluia perenne.

Te Christe celebrat gloria vocibus
Nostris, omnipotens: ac tibi dicimus
Alleluia perenne!
Alleluia perenne!

Nealius *Sat uotum est: Mozarabes, ut et Orientales, Alleluia in Quadragesima frequentius decantasse. Eo quoque utebantur in officiis Defunctorum: id quod Ecclesia Gallicana olim faciebat (cf. Bandominam in Vit. S. Radegundis: Bolland. Aug. p. 82.) et Romana; (S. Hieronym. Ep. 77. Ed. Veron.) Sed ritu peculiari hunc hymnum in hebdomada Septuagesimae decantabat Ecclesia Wigornensis. In quo tamen repetit chorus, Alleluia perenne edite laudibus.* Mone I. p. 87: *Obiger Hymnus gehört wohl in das 5. Jahrh., da er in abgekürzten choriambischen Strophen besteht und man zu iener Zeit die klassischen Strophenmasse verändert hat. Ein weiterer Beweis für das Alter des Liedes ist seine Aufnahme in das mozarabische Brevier, worin iene Hymnen stehen, die vor dem 8. Jahrhundert gemacht sind.*

Monius (M) tres carminis testes excitavit: Hs. zu München Clm. 17027 mit Neumen f. 138 aus dem 10. Jahrh. (A) und in dem Latin. Hymns p. 57 (B). Auch im Mozarabischen Brevier (C) p. 79 (Thomasii Opp. ed. Bianchini 1, CLXXX). Accedit liber Arevali (Ar.)

1. C. edicte. 2. A. aetherii. B. naviter. C. Ar. unanimiter. Nealius metro postulante unanime. 3 B. edite laudibus All. per. 4. A. C. accolae. B. M. accolas. A. B. M. assumet resonans. 8. A. B. resonat — excita 10—12 omitt. in A. 11. C. dominum. M. *Nach 12 folgt in B der Schluss 25—27, womit B den ersten Theil des Liedes als einen besondern ymnus ad nocturnas schliesst, und den zweiten ad matutinam mit V. 13 anfängt, aber 16—18 auslässt.* 13—15 om. in Ar. 13. C. sidere. 14. C. canere possitis. 16. B. C. M. illinc. 17. C. Iucundum Ar. resonat. B. laetoque carmine. 19. B. ut potus. 20. A. B. affluis. C. oblactans. M: oblectans geht auf requies und affluens auf potus. Reduces sind

die selig Verstorbenen, die zum Himmel zurückkehren. 22 C. nosque. 26. B. hac tibi. In libris Monii semel in fine repetitur Alleluia.

3. M.: *Das Alleluia der Seligen, das keine Unterbrechung hat, wie das Alleluia der Menschen auf Erden, daher der Rundreim perenne.*

Verbum patris quod prodiit factum caro. M.

In Dominica quarta Quadragesimae. Liber Arevali. Nealius: mira quadam gravitate conspicuus.

Verbum Patris, quod prodiit factum caro,
Agnus Dei peccata mundi auferens,
Ad te venimus cernui, ut inclytum
Bibamus Almae Passionis Sanguinem.

Ostende vulnerum sacrorum stigmata:
Exsurgat insignis Crucis fortissimum
Signum, quod in vigore perpetim manens
Salvationem conferat credentibus.

Arundo, clavi, sputa, potus myrrheus.
Corona spinarum, flagella, lancea,
Impressa sunt damnationis verbera:
Iam nostra pro his cuncta dele crimina.

Fons vulneris sacri riget praecordia,
Lavet cruor malitiae contagia;
Sic vita praesens absque omni crimine,
Futura detur in beato munere.

Ut cum resurgendi dies effulserit,
Orbique Regni claritas illuxerit,
Viam sequamur aetheris, quae nos trahat,
In se receptos iam perennes incolas.

Honor sit Eterno Deo; sit Gloria
Uni Patri, eiusque soli Filio
Cum Spiritu: quae Trinitas perenniter
Vivit potens in saeculorum saecula.

Vocaris ad vitam sacrum Dei genus. M.

In Sabbato Hebdomadae quintae in Quadragesima.

Vocaris ad vitam, sacrum Dei genus:
Creator adsciscens amat quae condidit:
Redemptor attrahit benigno Spiritu:
Venite, dicit: vester unus sum Deus.

Damnationis vos iugum pressit grave:
Collum dedistis ponderi nequitiae;
Os tranquillavit guttur et pernicies:
Substate, quod iam affluit, totum ruit.

Prorsus relicto claritatis lumine
Ingens chaos vos pessime concluserat:
Locus Beatitudinis iam non erat,
Cruenta terram quia mors intraverat.

En mitis adveni creans, recreans Deus!
Potens, infirmitatis particeps vestrae
Valenter vos feram: mihi concurrite:
Ut iam receptet vos ovile gaudii.

Signo Crucis frons praenotetur inclyto,
Aures et os perfusa signet unctio:
Praebete dictis cordis aurem: vividum
Confessionis personate canticum.

Omnes novo estote laeti nomine:
Omnes novae sortis fovet hereditas:
Nullus manebit servus hosti subditus:
Eritis unius Dei regnum manens.

Honor sit Eterno Deo; sit gloria
Uni Patri, eiusque soli Filio
Cum Spiritu, quae Trinitas perenniter
Vivit potens in saeculorum saecula.

Hymnum dicamus Domino. *Th.*

Thes. I. p. 81. De Passione Domini.

Mone I. p. 99 sq. (Ad Vesperam in passione Domini usque ad Pascha, praeter dominicam in palmis et praeter festa sanctorum. Vier Hss. zu Lichtenthal, drei aus dem 13. Jahrh. und eine aus dem 15. Jahrh. Sie stimmen alle vier mit der Würzburger Hs. bei Daniel und geben also den Text der Cistercienser. Nach v. 16. haben sie eine Divisio für die Complete.) In recentioribus Cisterciensium libris carmen non amplius obtinet.

Adiicimus varietatem scripturae Monianae. 5. decurso. 29. et B. 32. quem.

M. *Wie einzelne Verse und Strophen alter Hymnen zu Responsorien benutzt wurden, theils im Versmass, theils in Prosa aufgelöst, zeigt die Reichenauer Hs. No. 60. Bl. 88. des 12. Jahrh. durch die beiden Verse:*

verax datur fallacibus, *pium flagellat impius.*

Sie sind aus dem Hymnus des Sedulius: A solis ortus Str. 20

genommen, und gleich darauf folgt das Responsorium: Barrabas latro dimittitur et innocens Christus occiditur, worin ohne Schwierigkeit zwei Verse erkennbar sind:

et Barrabas dimittitur, at innocens occiditur,

wovon der erste in obigem Hymnus V. 29. steht. Wäre der zweite an der Stelle von 31, so würde das Relativ quem V. 32. besser dazu passen als zum jetzigen Text.

Pange lingua gloriosi proelium certaminis.

Thes. I. p. 163. II. 382. III. 284. In Passione Domini.

Codex Martenii Floriacensis saec. IX. Thes. III. p. 284. (F) Cod. Rhenov. 91. saec. XI. (R) Cod. Berolinensis Theol. 4. No. 11. saec. XI. Thes. III. p. VI. (Ber.) Brev. Aberdon. (Ab) Mone I. p. 132. (Hs. der Stadtbibliothek zu Trier 1418 aus dem 8. Jahrh. A, als hymnum in exaltatione s. crucis, andere Hs. daselbst No. 1404. des 8—9. Jahrh. B, Hs. zu St. Gallen No. 381. p. 251 des 11. Jahrh. C. Sex alii codices decimi quarti saeculi sunt et quinti.) M. Editio Fortunati Browери (Brow.). Luchi tres codices contulit Vaticanos (olim Palatinos) saec IX. vel X. exaratos. (Vat.)

2. F. R. Ab. trophaeum. 4. Brow. Duo ex Vat. B. M. Ab. facta. R. factor, sed superscriptum facta. 5. B. F. Ab. morte morsu. M. (morsu morte, ut unus ex Vat.): *Diese Lesart ist besser als jene, weil in nicht zu corruit passt, und die Gegenstellung morsu morte schärfer ist als morsu in mortem.* Brow. Vat. tum. 8. Unus ex Vat. B. C. Ber. M. perditoris. R. multiformi. F. arte. 9. B. Brow. medellam. M: *Schreibung der lingua rustica.* 12—15 om. in Ab. ut puto propter sententiam strophae ab tempore Passionis alienam. 12. Brow. Vat. B. C. Ber. M. carne. 13. C. positus. M. ponitur. *conditus erlaubt zwar das Versmass, aber nicht der Sinn.* — Sensus est optimus: Reclinavit, condidit infantem in praesepio mater, hominibus incognitum atque despectum. 15. Unus ex Vat. et manus pedesque crura. F. C. pangit. Duo Vat. Ber. pingit. 17. A. ob hoc. in B. ad huc, sed superscriptum ob hoc. F. tempus ad hoc. 18. Brow. Vat. A. C. Ber. M. crucis. B. cruce, sed correctum crucis. C. stipitem. 19. F. B. aceto. 20. B. a milite corpus. M. sine ulla auctoritate ieiunam ac frigidam recepit scripturam sanguis unde profluit. 23. F. florem. Unus ex Vat. germinat. 24. A. Unus ex Vat. dulcem clavum. Unus ex Vat. B. dulce clavum. Brow. Unus ex Vat. C. M. dulces clavos. F. sustinent. Ab. sustinet. 25. Ber. densa. 28. M. saecli pretium: *Ich folgte der Cistereienser-Handschrift* (Lichtenthal 14. Jahrh.) Browerus uncis inclusit (Ms. saecli pretium). 29. F. nautae. 30. R. quam.

Cod. B. quatuor adiungit strophas non a Fortunato profectas, quas M. saeculo VII. tribuit:

Tenebrae et umbrae mortis patefactus inferus
praevidens ruina mundi gustatoque vetito,
inde salvat, quod perierat, crucis fructus exhibens.

Viso redemptore mundi mox infernus tremuit,
bella, vincla damnatorum, quos perversus perdidit,
ascendit sedem excelsam, salutemque reddidit.

Quos salva damnatos agmina lugentium
te prophetae cecinerunt redemptorem omnium,
trophaeumque mortis gustans dans vexillum frontibus.

Quem totus mundus non portat, monumento clauditur,
tertia die resurgit, saxum retro volvitur,
tellus, pontum, polum, astra adest auctor omnium.

Mone: *Sie sind undeutlich durch ihre Construction und ihre Bauernsprache, denn 35 ist ruinam zu lesen. 34. patefactae inferi. 40. quae salvarit damnatorum. 42. gestans das. 45. pontus, polus. Diese Zusätze sollten das Leben Christi bis zur Auferstehung enthalten, ihre Unbeholfenheit giebt einen Beleg für die gesunkene Bildung des 7. Jahrhunderts.*

31—33. Ber. C. Sic patri natoque summa gratiae cum spiritu, sempiternae trinitati laus, decus et gloria, quae creavit, quae redemit, quaeque nos illuminat.

2. Cs. tropaeum. 15. Cs. P. et manus pedesque crura. 16. P. Cs. Ca. lustris — peractis. 18. P. Cs. crucis. 24. Cs. Ca S. dulces clavos — sustinet. 27. P. Ca. Cs. saecli pretium.

Iam tomo III. p. 285. commemoravimus, ab non nullis Viris Doctis (uti a Leysero p. 69, Björnio) carmen Fortunato abiudicari et tribui Claudiano vel Claudio Mamerto. Et ab hac sententia non alienus est Bähr „Die christlichen Dichter etc." p. 67: *Ausserdem wird diesem Claudianus, den wir in jedem Fall von dem bekannten Römischen Dichter Claudianus wohl zu unterscheiden haben, und der nach Versicherung seines Freundes Sidonius sich um den Kirchengesang verdient machte, der in das Brevier aufgenommene Hymnus De Passione Domini mit dem Anfang: Pange lingua gloriosi etc. beigelegt, während Andere ihn dem Venantius Fortunatus beilegen, obwohl Character und Sprache auf eine frühere Zeit hinweisen dürften.* Haec Baehrius. Aliam profert sententiam Luchi: *Auctores item dell' Histoire de la France, hoc poema Fortunato eripiunt, et tribuunt eidem Claudiano. Favent tamen Fortunato fere omnis vetustior antiquitas, et Codicum fere omnium auctoritas, tum eruditi viri quam plurimi. In Hymn. cl. Tommasi legitur cum hoc titulo: V. C. Fortunati episcopi Pictaviensis. Item in*

mss. Codd. Vat. Venantio ascribitur. Idem V. D. quae fuerit causa et occasio Fortunato, cur hunc hymnum et alia poemata in honorem sanctae crucis elucubraret, significavit hanc: *Radegundis scilicet, sanctimonialis femina, quae e regio Thoringiorum genere nata, Clotarii Francorum regis uxor fuerat (mulier de ipso Fortunato nostro quam optime merita*) obtinuerat a Justino imp. et Sophia Augusta frustum ligni sanctae crucis, quo suum Pictariense monasterium ditaret, miraculis postea celeberrimum. Id itaque in causa fuit, quamobrem Fortunatus, Radegundi ipsi et Agneti abbatissae addictissimus, saepe carmina ad celebrandam sanctae crucis praestantiam virtutemque pangeret.*

Primum versum Breviarii correcti carpit Nealius, Mediaeval Hymns p. 4: *The recension of Urban VIII. here entirely spoils the original: Pange lingua gloriosi praelium certaminis, by substituting the word lauream. It is not to the glory of the termination of our Lord's conflict with the Devil, that the poet would have us look: but to the glory of the struggle itself: as indeed he tells us at the conclusion of the verse.*

Iam legis umbra clauditur. M.

In coena Domini. Liber Arevali ac Hymnarium Thomasii.

Iam legis umbra clauditur
Novumque Phase prodiit:
Cum vera lux in vesperum
Mundi suborta promicat.

Hic, Christe Rex, post biduum
Coenae litas convivium:
Quo Pascha pridem mysticum
In Pascha nostrum vertitur.

Audi fidelium preces,
Qui traditorem passus es:
Hac nocte nos illumina,
Mentem lava, cor praepara.

Ardor tuae dulcedinis
Interna nostra concremet;
Fides paratos innovet,
Opusque ad regium vocet.

*) Nota est incusatio Fortunatum libidinis commercium habuisse cum Radegunde Trench. p. 112 sq.: There is a chapter of singular liveliness in Thierry's Récits des Temps Merovingiens, Récit 5me, on the character of Fortunatus, and on his relations, which, thougs intimate, even Thierry does not pretend to consider otherwise than perfectly innocent, and even without scandal, with the Queen. It is impossible to deny that there is sone truth in the portraiture of the poet which he draws. Even Guizot (Civilisation en France, 18me Leçon,) must be taken to allow it. Yet had Fortunatus been merely that clever, frivolous, self-indulgent and vain character, that Thierry describes, he would scarcely have risen to the height and elevation which, iu two or three of his poems, he has certainly attained; — poems, it is true, which are inconceivably superior to the mass of those out of which they are taken.

Ut suavitate gratiae
Hinc advocati in crastinum
Inebriemur poculis
Tui sacrati Sanguinis.

2. Them. om. Phase. 4 Thom. oborta, 5. 6. Thom. hinc Ch. rex post biduum vetus coenavit convivium. Mutata voce coenavit in coenat, hanc scripturam duco antiquiorem. 12. Thom. carnem l. 16. Thom. regnum.

Vexilla regis prodeunt.

Thes. I. p. 160. II. p. 382. III. p. 284. De Passione Domini.

Membrana Martenii Floriacensis cf. p. 67 (F) Cod. Rhenov. 91. saec. XI. (R) Brev. Constant. (C) — 5—8. om. in C. 8. F. immolatus. 12. F. unda et. 13. F. concinit. 14. C. fideles. 15. F. R. dicendo. 22. C. saecli pependit pr. 23. F. R. C. facta est. 24. F. R. C. tartari. 25—32. omissi in F. R. qui ipsius Fortunati voces addunt: Fundens arcana cortice, vincis sapore nectare, iucunda fructu fertili plaudis triumpho nobili. 30. C. collaudat. 29—32. F. salve ara, salve victima de passionis gloria, qua vita mortem pertulit et morte vitam reddidit.

Cs. Ca. D. P. 5—8 om. 12. et sanguine 22. saecli pependit pretium. 24. tartari.

Neale Mediaeval Hymns p. 6: *This world — famous hymn, one of the grandest in the treasury of the Latin Church, was composed by Fortunatus, on occasion of the reception of certain relics by S. Gregory of Tours and S. Radegund previously to the consecration of a church at Poictiers. It is therefore strictly and primarily a processional hymn, though very naturally afterwards adapted to Passiontide.* — Cantilenam profanam ad normam hymni celebratissimi compositam (Chant sur la mort de Pierre de Gaveston) habet Du Méril, Poésies populaires latines du moyen âge II. p. 282.

Tellus ac aethra iubilent.

Thes. I. p. 233. II. 383. III. 286.

Codex Vindobonensis saec. X., qui ad manum erat Gerberto Mon. Lit. Alem. II. p. 84. (V) Cod. Monac. St. Emmerani A. LXXXIII. saec. XI. (E) Cod. Monac. saec. XII. (M) Cod. St. Emmerani saec. XII. (E. 2) Horum quatuor codicum scriptura addita est Thesauro in Appendice; sed cum Monius quae libro meo addita sunt nunquam inspexisse videatur, vetustissimos libros prorsus ignoravit.

Neque accuratius inquisivit in Codicem Ratoldi saec. X. Gregor M. Opp. III. p. 334 (Rt), quem in Thesauro exscripsimus. Ipse Vir Doctus hos adhibuit libros: „Hs. zu München Clm. 14083. f. 86. 11. Jahrh. (A), noch eine Clm. 14845. f. 87. 12. Jahrh. (B) mit Neumen. Zu Karlsruhe Reichenauer Hs. No. 60. Bl. 220. 12. Jahrh. (R) mit der Melodie. Hs. von S. Peter zu Karlsruhe, o. N. 14. Jahrh. mit der Melodie (P). Ein Hymnus bei der Fusswaschung Je zwei Verse der ersten Strophe wurden abwechselnd als Refrain gesungen, wodurch die Melodie eine dreitheilige ist.*) Flavius war Bischof zu Châlons um das Jahr 580.“ Itaque utrumque saec. X. librum non curavit: tamen scribere ausus est: „Der Text bei Daniel beruht auf ungenauen Handschriften, wie die Vergleichung zeigt.“ Videamus igitur, quid doceat, quid non doceat librorum consensus.

1. V. E. M. E 2. Rt. A. B. R. P. Mo. ac aethra, quod recipiendum. Rt. A. P. iubilant. 3. Rt. M. quae. 6. A. B. R. P. Mo. potentis ac mysterii: adstipulamur saeculi decimi libris. 9—12 om. M. E 2. B. 10. V. E. M. A. B. R. P. Mo. praebet, quod probamus. 12. P. praebens. 14. P. et angelorum. 15. A. B. Mo. lympham et linteum. Sed vetat codicum auctoritas, immo carminis indoles, quae elisionis leges ignorat. 18. A. B. R. P. Mo. figura: malo legere figurant. 19. V. E. E 2. A. B. R. P. Mo. baiulo. 21. Mone: *Daniel vertheidigt die Lesart laeva tortoris mit Unrecht, lavator thoris accubat heisst: der Fusswascher Christus setzt sich wieder zu Tische, womit die folgenden Verse ganz gut zusammenhängen. Thorus steht für κλίνη, ein tortor oder eine laeva tortoris hat hier gar keinen Sinn und passt nicht zum folgenden Texte. Mensae wäre deutlicher als thoris, der Dichter wählte aber dieses, weil er noch die Elision der Vocale zuliess.* Secutus sum Codicem Ratoldi saec. X. sed cum humanum errare, pertinacis sit errorem retinere, lubenter fateor, aliam scripturam esse recipiendam: V. E. E 2. A. B. R. P. Mo. lavator toris. 21. V. agerat. Rt. E 2. A. B. aggerat (aggerare), quod recipiendum. 24. V. Rt. necis qui dolos. 25. V. tu ex lupe. B. Judas. P. Juda lupe. 27. E. E 2. A. B. das. 29. R. nescis. 30. M. a cordis. V. carnis cordisque. 31. V. unguens. R. unguentum. 32. E. A. Mo. crescat. R. datur. 33. A. B. R. P. Mo. inclyta, sed tenemus inclytam. — Praemittit V. stropham Victori carmini ac iubet repeti post quemcumque versum.

25. Mone l. c. *Judas heisst ein Wolf im Gegensatz zu*

*) Pontif. Bisunt. sc. 12. apud Martene Disc. 321: Et sic coenent cum sobrietate, bibentes etiam sobrie et cantantes honeste Hymnum Tellus ac aethera iubilent. Post haec dicatur ab Episcopo vel Decano haec oratio: Adesto Domine.

Christus, dem Lamm Gottes. Der Wolf ist auch ein Bild des Teufels, lupus enim diabolus est (s. Augustini sermo 137, 12), und diess hängt zusammen mit Joh. 10, 12. 13, 2. Accedentem ad osculum oris tui cruentam bestiam aversatus non es. O innocens agne dei, quid tibi et lupo illi? Anselm. Cant. meditat. 9. Du Méril Poésies etc. II. p. **324**: *Peut-être même est-il la cause première de la reputation de perfidie et de méchanceté qu'on avait faite aux rouges pendant le moyen âge.*

Aurora lucis rutilat. **O.**

Thes. I. p. 83. II p. 382. Paschatis.

Codex Rhenov. 111. saec. X. (R. 1.) Codex Rhenov. 91. saec. XI. (R. 2.) Mone I. p. 190. (Reichenauer Perg.-Hs. No. 36. aus dem Anfang des 9. Jahrh. von irischer Hand. A. Hs. zu Freiburg No. 56. 15. Jahrh. Hs. in meinem Besitz 14. Jahrh. Hs. zu Stuttgart Brev. No. 101. 15. Jahrh. ad vesperas. Hs. zu Karlsruhe 15. Jahrh. Hs. von St. Peter zu Karlsruhe 15. Jahrh.) M.

8. O. R. **1.** A. solvit catena. Hanc scriptionem cum Monio recipimus propter vetustissimam codicum auctoritatem. M: *Dass diese Lesart richtig ist, beweisen die griechischen Stellen:* πεπηδεμένους ἔλυσας. σειραὶ τοῦ Ἅιδου. Nos fortuitum in sententiis omnibus Christianis acceptissimis consensum pro nihilo aestimamus. **13. 14.** Act. Ap. **2, 24**: *solutis doloribus inferni.* **16.** O. R. **1.** A. splendens clamat angelus. M. spl. reclamat a, sed reclamat ne uno quidem codice commendatur. Ego propono spl. clamavit angelus, vel ut in Thesauro: respondens clamat. **20.** O. R. **1.** A. saevi: an saeve legendum? Omnino magni momenti est trium vetustarum membranarum consensio. M. retinet servi. **28.** A. osculant. M. pedes dei. *domini alle aus 32. hierher getragen.* At cum Oxon. cum hibernica illa scriptura praebeat osculant, puto scripsisse poetam: osculant pedes domini. De activa forma osculare adeas Nonium **7, 77. 34.** M. sed mundo mittit radios, audacter ac praepropere. Nam unus cod. A. mundo mittens radio. Ego aliorum consensu fretus vulgatam scripturam teneo. Non nulli recentiores Codd. addunt stropham: Quaesumus auctor gratiae in hoc paschali gaudio, ab omni mortis impetu tuum defende populum — aliunde hoc translatam. Thomasius adnectit doxologiam: Gloria tibi Domine, qui surrexisti a mortuis etc.

25. Ca. Cs. P. D. concitae. 28. Ca. Cs. P. Christi tenent vestigia.

Mirifice errat Königsfeld p. 260: Der Stoff dieser Hymne ist dem andern Hymnus des Ambrosius: „Aurora coelum purpurat" etc. entnommen; Daniel hat beide Hymnen in Parallele als zwei verschiedene Bearbeitungen neben einander gestellt.

Ad coenam agni providi. O.

Thes. I. p. 85. Paschalis.

Mone I. p. 218: *Hilarius in der Expositio Hymnorum bezog diesen Hymnus auf die Taufe und Daniel hat ihn mit Recht für ein Lied der getauften Katechumenen erklärt. Er gehört aber nicht zum Ostersonntag, sondern zur Octave desselben, zum weissen Sonntag (Dom. in Albis), worauf schon die Worte stolae albae hindeuten, womit auch die Ueberschrift in E (cod. saec. 14. In Octava Paschae, sabbato praecedenti ad vesperas) übereinstimmt. Der Hymnus bildet also den Schluss des feierlichen Taufliedes. — Seiner Behandlung nach gehört er in das 6. Jahrh.* At vero cum Catechumeni Sabbato sancto stolas albas induerint, deposuerint in Octava Paschali, haud scio an apte in vetusta ecclesia Hymnus adscribi possit Dominicae in Albis. Membrana illa saec. 14. iam tenet usum hodiernum, ex quo hebdomas paschalis hymnis prorsus caret, deinceps Sabbato in Albis ad Vesperas cantatur: Ad regias agni dapes.

Codex Rhenov. 111. saec. X. (R. 1.) Rhenov. 91. saec. XI. (R. 2.) Mone I. p. 217 (M). — At cum omnes Monii codices non adeo vetusti sint (saec. 15 et 14) summa rei est in Thomasio, libro Oxoniensi et utroque Rhenoviensi.

2. R. 1. omittit et. O. stolis in albis. Fortasse recte Fabric. stolis et albis. 9. M. *Der Reim ist in dem Hymnus durchgängig beobachtet, daher habe ich vespero gesetzt nach Anleitung einer alten Ueberschrift ad vesperum, obgleich alle verglichenen Texte vespere haben. Die Abschrift des F. Junius hat sogar in v. 9. vesperum, was ein Wink zur Verbesserung von v. 24. ist. Denn mir scheint auch 16. est oblata besser und v. 24. reserato paradiso.* Si carmen repetita vice vocalium concentum neglexit, nullo modo dici potest, eundum diligenter (durchgängig) esse servatum. Nimis audacter V. D. sine ulla codicum auctoritate mutavit. 20. M. redit ad. *Daniel sieht in dem dreifachen Asyndeton eine Steigerung; redit ist aber bestimmter und entspricht dem eduxit e tartaro in andern Stellen.* Sed Thomasius, O. R. 1. 2. tuentur scripturam reddita. Redit recentiorum tantum est. 25—28. R. 1. defendas. M: *Die Expos. Hymn. Colon. 1492 lässt die beiden Endstrophen (Quaesumus, Gloria tibi Domine) weg, sie gehören auch nicht zu dem Hymnus, wurden aber dabei gesungen, worüber E (cod. saec. 14.) folgende Auskunft giebt: Isti duo versus dicuntur in fine omnium ymnorum eiusdem metri usque ad primas vesperas Ascensionis, nisi in ymnis Quem terra et O gloriosa, quando annuntiatio post Pascha celebratur.*

At non prohibet Coloniensis, quin stropha: *Quaesumus auctor omnium nostri* carminis sit propria et inde ad alia translata. Optime conveniunt verba: ab omni mortis impetu etc. totius carminis argumento. Legitur praeterea in Oxon. et in Rhenoviensibus.

P. Ca. Cs. D. 21. consurgit.

Refulget omnis luce mundus aurea.

Paschalis. Mone I. p. 186 sqq.

Refulgit omnis luce mundus aurea,
perfusus aether inrorat dulcidine,
astra iocundis coelum luminariis
cingit per omne decus radiantia,
distillat aër balsamorum guttullas.

Ortus, occasus, aquilo, septentrion
tellusque, pontus, oceani limites
lati, polorum iubilate cardines,
fontes aquarum, flumina labentia,
plaudete manu montium cacumina.

Surrexit enim dominus ab inferis,
devicta morte cum triumpho rediit,
victor iniquum spoliavit tartarum,
claustra gehennae fregit et cyrographum
mortis cruore diluit rosifluo.

Sol scema mundi, decus coeli rutilum,
delusit omne saeculum meridiae,
texit globorum lampades nigridine,
coelum tabescit, terrà nocte territur,
languit orbis obsidus caligine.

— — — — — — — — — —
velum rescissum est templi mox per medium,
fissae deinde patuerunt silices,
multa piorum corpora surrexerant
de monumentis, dudum qui dormierant.

Ut vidit anguis immolatum vespere
corporis almi sanctum sacrificium,
quod mane coelum replevit odoribus,
dolore multo saucius increpuit,
perculsus agni mansueti vulnere.

Vidit in ara sacram crucis ostiam,
sanguinis undam, laticem de latere

sancto fluente, saeculi qui crimina
abluit, alta paradisi gaudia
data latroni, fractus colla sibilat.

Felix refulsit tristia post sabbata
die sereno perlustrata lumine,
quae sola cunctis antefertur diebus,
in qua redemptor surrexit a mortuis
mundo superbo superato principe.

Venit Maria Magdalena sabbati,
altera simul Maria diluculo
ad monumentum, portantes aromata,
ut venientes corpus sacratissimum
Christi lenirent redolenti crismate.

Concussa tellus ab imo resiliit,
terrore pulsa riguerunt marmora,
invasit horror mulieres pavidas,
ab ore namque monumenti lapidem
dum sanctus ovans angelus revolveret.

Fluentes at illae loquebantur mutuo:
„Quis a sepulchro clauso nobis ostio
magno removit lapide, quo zmirnea
tinguatur unda corpus, aromaticis
litum respiret pretiosis roribus?“

Angelus ecce domini perfulgidus
sedens in albis revoluto lapide
talibus illas refovit alloquiis:
„quid mulieres viventem cum mortuis
quaeritis? ipse surrexit, ut dixerat.“

. . . . . . positus.

Mon. 1. c.: *Das Fernere ist abgeschnitten. Der Hymnus steht auf einem Blatte des 8. Jahrh., vorn eingeklebt in einer Hs. des Cyprian, welche Hr. Pfarrer Maimbourg in Colmar besitzt. Dieses Vers- und Strophenmass gebrauchten Prudentius und Johannes von Damascus, aber nach der Quantität. Du Méril poésies latines antér. au XII siècle p. 241. gibt ein solches betontes Lied aus dem Ende des 8. Jahrh. und ein anderes in vierzeiligen Strophen aus dem Anfang des 9. S. 245.*)*

Obiger Hymnus gehört in das 6. oder 7. Jahrh. und ist in der lingua rustica geschrieben, die ich im Abdruck beibe-

*) Antiquissimum huius metri carmen fortasse est Hymnus S. Braulionis de S. Aemiliano Cucullato: O magne rerum Christe rector inclite Mabillon Acta SS. Ord. S. Bened. I. p. 207.

hielt, weil sie die ursprüngliche Abfassung gewiss treuer gibt, als eine grammatische Verbesserung. Um aber das Verständniss zu erleichtern, füge ich die grammatische Berichtigung hier bei.

1. l. refulget. **2.** dulcedine. **5.** destillat. **6.** septentrio. **10.** plaudite. **16.** schema, *in der alten Schreibung liebte man sch nicht, so kommt auch meistentheils scola vor. In ähnlicher Art schrieb man cyrographum, karisma für chirographum, charisma u. dgl.* **17.** meridie. **18.** nigredine. **19.** terretur. **20.** languet. — ob sideris caliginem, *der Schreiber verstand obsidus als das Particip obsitus und construirte es mit dem Ablativ.* **30.** hostiam. **32.** fluentem. **39.** mundi. **51.** sepulchri. **52.** removet lapidem — smyrnea. **53.** tingatur. **57.** refovet. Miror Monium, quod omisit inter alia linerent s. linirent pro lenirent v. **44.**, quod certe multo obscurius videtur quam alia nonnulla, quibus lumen afferre non praetermisit V. D.

Vv. 25. 26. paene ad verbum exprimunt Prudentium Cathem. IX. 88: vidit anguis immolatam corporis sacri hostiam.

Jesu redemptor omnium. M.

In Octava Paschae ad Tertiam.

Jesu, Redemptor omnium,
Qui morte mortem conterens
Ab inferorum abdito
Die resurgis tertio.

Tu nos misellos, quaesumus,
Pro queis fudisti sanguinem,
Ceno piatos criminum,
Reduc polorum sedibus.

Quo hi novum qui canticum
Tibi ovantes praecinunt,
Adiuncti in coelestibus
Te perfruamur largius.

Praesta, Pater piissime,
Patrique compar Unice,
Cum Spiritu Paraclito
Regnans per omne saeculum.

Hymnum quando Caeria benedicitur. M.

Ignis creator igneus,
Lumen donator luminis,
Vitaque vitae conditor,
Dator salutis et salus.

Nec noctis huius gaudia
Vigil lucerna deserat,
Qui hominem non vis mori,
Da nostro lumen pectori.

Ex Aegypto migrantibus
Indulges geminam gratiam,
Nubis velamen exhibes,
Nocturnum lumen porrigis.

Nubis columpna per diem
Venientem plebem protegis,
Ignis columpna ad vesperam
Noctem depellis lumine.

E flamma famulum provocas,
Rubum non spernis spineam,
Et cum sis ignis concremans,
Non uris quod inluminas.

Fusco depasto nubilo
Tempus decoctis sordibus
·Fervente Sancto Spiritu
Carnem lucere ceream.

Secretis iam condis favi
Divini mellis alitus
Cordis repurgans intimas
Verbo replesti cellulas.

Examen ut foetus novi
Ore praelectum, spiritu
Relectum coelum sarcinis
Quaerat securis pinnulis.

Gloria Patri ingenito,
Gloria Unigenito,
Simul cum Sancto Spiritu
In sempiterna saecula.

De Benedictione Cerei paschalis cf. Thes. II. p. **303—315.**

Vv. **21—32** indigent explicatione. Sententia poetae haec est: Praeteriit tempus tenebrarum ac nebulae fuscae (Ov. Met. 5, 286), lucet cereus paschalis imago Christi. Et cum omnibus Christianis, tum Catechumenis lux nova affulsit. Spiritu sancto edocti norunt divina mysteria, verbum Dei corde meditati sunt: nunc uti grex novellus adaugent fidelium coetum non numero solum sed etiam bonorum operum fructibus. At vero cum hymnus totus sit in apum laboribus ac curis (cf. canticum E x u l t e t a n g e l i c a t u r b a c o e l o r u m), sententiam suam ita expressit, ut omnia spectent ad melliferas apes. In secretis f a v i s (nam ita legendum) conditi sunt divini mellis halitus, i. e. spiritus sancti eloquia, verbo divino repletae sunt cellulae cordis. Ipsi catechumeni comparantur cum novello apum examine alacriter aëra petenti. Vv. **28—30** ita lego:

Examen ut foetus novi
Ortu praetectum, spiritu
Retectum, coelum sarcicis
Quaerat securis pinnulis,

i. e. ut catechumeni coelum, quod sarcicis iam ipso ortu vel peccato originis clausum est, nunc spiritus sancti gratia regenerati apertum, certo ac felici cursu attingant.

Optatus votis omnium. ***Th.***

Thes. I. p. 62. Add. De Ascensione.

Mone I. p. **232**: *Daniel erklärt I, 62. diesen Hymnus für sehr selten, was er nicht ist, denn er kommt in den Hss. der Cistercienser-Breviere gewöhnlich vor, welche mit V. 17*

eine divisio machen, um die zweite Hälfte für eine andere Tagzeit zu gebrauchen. Der Hymnus wird dem h. Ambrosius zugeschrieben, aber mit Unrecht, er ist von einem Verfasser des 6. oder 7. Jahrhunderts. Man kann mit leichter Mühe manche Verse des Hymnus metrisch verbessern, z. B. 12. victrice carne gloriam, 14. fecitque spem credentibus, 20. sedi paternae iungitur, 26. commune gaudium manens a. a. Doch wird dadurch das ganze Lied nicht hergestellt, dessen Verderbnisse schon aus alten Hss. herrühren und sich daher fast in allen Texten wiederholen. — Iure dico hymnum rarum, qui praeter Carthusianorum et Cisterciensium religionem rarissimus est in Breviariis.

Monio recentiores tantum chartae patebant saec. 14. et 15. (M.) Addimus scripturam codicis Rhenoviensis 91. saec. XI. (R). Praeterea ponderanda est Stephensonii varietas, „Ad nocturnas sc. ascensionis" (S).

3. S. mundi spes D. 5. S. M. Deus, quod recipiendum est. 6. S. remeat. M. propriam sedem remeat. 9. S. triumpho. R. magno triumpho. 10. M. *perempto ein Sinnfehler für subacto.* Mihi sententia poetae videtur optima. 11. S. et omnes chartae Monii praesentant. 13. S. R. in nubibus. 16. M. protoplasti clauserant. S. nobiscum facit. 29. S. pervocatis. R. hanc addit stropham:

Nunc Christe scandens aethera
Cor nostrum ad te subleva,
Tuus patrisque spiritus
Descendat in nos coelitus.

Jesu nostra redemptio.

Thes. I. p. 63. De Ascensione.

Mone I. p. 230. octo codices saec. XIV. et XV. perlustravit. M. Stephenson (S).

6. M. nostra ferres *hat allein Hs. zu Stuttgart saec. 15, was ich als Gegenstellung zu v. 5. vorzog.* 9. 10. 12. M: *In diesen Participien sind alte Schreibfehler. In Hs. zu Freiburg saec. 15. stand anfangs redimis, ist aber in redimens verändert, aber redimis und resides sind besser. Dies hat S. in den Text gesetzt.* Tamen in plurimis hymnis vetustis participiorum est frequentissimus usus. M: *Nach v. 16. setzen FGHIE diese metrische Strophe als Doxologie hinzu:* Tu esto nostrum gaudium, qui es futurus praemium, sit nostra in te gloria per cuncta semper saecula. Gloria tibi domine, qui scandis super sidera etc. *In D ist diese Strophe von dem*

Glossator am Rande beigeschrieben, denn die Hs. schliesst den Hymnus mit der Doxologie auf Christi Himmelfahrt:

Gloria tibi domine, qui scandis super aethera etc. *E hat ebenfalls diese beiden Doxologien. Die 3 Hss. ABD haben obige Str. nicht, welche auch nicht zu dem Liede gehört, dessen Inhalt mit V. 16. abgeschlossen ist.* Sed Vir Doctus duas strophas pro una existimavit, quae fere nihil habent coniunctionis. Stropha Tu esto nostrum gaudium, Qui es futurus praemium etc. nostro hymno est peculiaris, et inde ad alia carmina ἀναληπτικά transmigravit: altera Tu Christe nostrum gaudium, manens Olympo praeditum etc. occurrit in hymno: Aeterne rex altissime, qui nostro recentior est. Itaque ut fieri solet in carmine quod posterioris aetatis est, poeta respicit ad poetam antiquiorem.

P. om. 17—20 quaesumus auctor omnium etc.

M.: *Das Lied handelt von der Erlösung unter dem Gesichtspunkt der ersten und zweiten Ankunft Christi, wonach sich die Kritik zu richten hat. Es beginnt daher mit redemptio, die erste Ankunft Christi war für die Altväter in der Vorhölle ein desiderium V. 2. und für uns ist es die zweite, aber beide Erscheinungen Christi sind für das alte und neue Testament ein amor V. 2. Im V. 3. ist Gott vor der Schöpfung, und V. 4. der Gottmensch (homo) in der Zeit betrachtet; in fine bezieht sich auf das alte Testament und ist das griechische ἐπ᾽ ἐσχάτων. Die V. 13—16 drücken die Hoffnung und Sehnsucht des neuen Testamentes aus, welche sich auf die Befreiung aus der Vorhölle V. 9—12 als auf ihren Typus oder ihr Vorbild stützt.* — Facit Monius poetam, qui simplici ac pio corde Christum ascendentem celebrat, theologum subtilem, qui quacunque voce mysteria nobis tradat atque aenigmata. Ego vero quod saepius mihi accidit in hoc quoque carmine accidisse conqueror: nihil video nisi sententias omnibus poetis ascensionem canentibus consuetas atque communes.

Est Hymnus cum sequente inter sex carmina sacra quae cantari possunt in processione Corp. Christi.

Aeterne rex altissime. M.

Thes. I. p. 196. II. p. 383. Do Ascensione.

Monius I. p. 228 sq. uno carmine in duo diffisso mihi exprobat ἀκρισίαν, quippe qui gemellum foetum non agnoverim. *Bei Daniel stehen diese beiden Lieder mit allen Zusätzen unter einander; er hat für deren Kritik nichts gethan.* Vereor

ne Vir Doctus nunc me perfrictae frontis hominem existimet. Nam omnibus diligenter perpensis nunc quoque in sententia mea consisto. Adeo spero fore ut mecum conveniant lectores.

Primus Monii hymnus quatuor complectitur strophas: Aeterne rex altissime, Scandens tribunal dexterae, Ut trina rerum machina, Tremunt videntes angeli. Et adiicit haec: *Hs. von St. Peter No. 32 zu Karlsruhe 15. Jahrh. andere Hs. No. 55. Hs. in meinem Besitz 14. Jahrh. Alle 3 Hss. fügen folgende Strophen bei, iedoch mit der Bemerkung: isti duo versus dicantur in fine omnium ymnorum eiusdem metri usque ad vigiliam pentecostes.*

Tu esto nostrum gaudium,
qui es futurus praemium,
sit nostra in te gloria
per cuncta semper saecula.

Gloria tibi domine,
qui scandis super sidera etc.

Diese 3 iüngeren Hss. geben den alten Hymnus in seiner ursprünglichen Gestalt, woraus man den h. Ambrosius als Verfasser erkennt, nur V. 8. ist dem Sinn und Metrum nach nicht von ihm, sondern eine spätere Aenderung. Diese 4 Strophen in derselben Folge haben auch die alten Hss. bei Thomas. p. 372., welchem ich in 7. und 11. folgte, der aber 12. und 14. wie obige Hss. hat. — Die erste Veränderung, welche dieser Hymnus erfuhr, war die, dass man den folgenden damit vereinigte, der nicht von Ambrosius ist, sondern von einem Dichter des 5. Jahrh., und auch in den Hss. als ein selbständiges Lied vorkommt. Die zweite Aenderung geschah in Spanien und steht im mozarabischen Brevier, sie rührt auch aus dem 5. Jahrh. und von einem Dichter her, der den Prudentius gelesen und nachgeahmt hat. Bei Tomasi stehen diese Zusätze, sie sind aber, wie überhaupt die Texte ienes Breviers, sehr verdorben. Die dritte Veränderung zeigt sich im Brevier der Cistercienser, sie fügen die zweite Strophe des folgenden Hymnus an die vierte des obigen und lassen darauf die Doxologie folgen, wodurch der zweite Hymnus bei ihnen wegfiel. Sodann hat ihr Text folgende Verse des obigen Hymnus hie und da betont: 6—8.

patris locaris dextera
et potestatem accipis
perfectam super omnia.
11. et infernorum genua
12. flectant in Jesu nomine.

Alterum carmen strophis continetur: Tu Christe nostrum gaudium, Hinc te precantes quaesumus, Ut cum repente coeperis, Gloria tibi Domine. *Dieser Hymnus hat klassisches Versmåss und abwechselnden Reim in ieder Halbstrophe, er ist also iünger als Ambrosius, auf dessen Hymnus Aeterne rex altissime in der ersten Strophe angespielt wird, wie auch V. 8. an den Hymnus Veni creator spiritus V. 4. erinnert.*

Est ergo tripartita argumentorum acies:

1. Ostendunt Mozarabum additamenta ac Cisterciensium a vulgato textu dissidium Ambrosiani carminis ordinem antiquitus esse turbatum. Opus est igitur ut pristina facies criticorum curis appareat.
2. Occurrunt in codicibus hymni duo: Aeterne rex altissime et Tu Christe nostrum gaudinm. Habes igitur duo carmina, non unum.
3. Primus hymnus in metro Ambrosianam prodit artem: secundus a vocalium concentibus non alienus est.

Iam respondendum est ad singula.

1. Mozarabes non nostro carmini solum sed aliis multis intermiscent proprios versus plerumque male tornatos. Cf. p. 26. 48. Cistercienses veteres, nti codex noster W. 1. et Brev. 1510. sane omittunt vv. 37—40. Tamen, cum addant reliquos, a Monio secundo carmini adsignatos, ipsa Cisterciensis religio favet sententiae nostrae. Omiserunt, opinor, vv. 37—40, quoniam illo aevo stropha hymni: Jesu nostra redemptio, Tu esto nostrum gaudium, praetermissae in primo versiculo similis, omnibus hymnis de ascensione adnecti solita est. Postea, cum invalescere coeperit alia doxologia ἀναληπτική: Gloria tibi Domine etc., et Cistercienses suo loco posuerunt verba: Tu esto etc., ita ut in hodiernis eorundem Breviariis hae legantur strophae: Aeterne rex — Scandens — Ut trina — Tremunt — Tu esto — Hinc te precantes — Ut cum repente — Gloria tibi Domine.

2. Occurrunt in recentioribus libris duo hymni: Aeterne rex et Tu esto, quoniam quod sexcenties factum est, evenit quoque in hymno Aeterne rex. Dividebatur in duas partes diversis horis destinatas. Itaque quaerit Monius nodum in scirpo. Sane vero magis placebit lectori sententia nostra, aperta opinor et luculenta, quam opinio Monii prorsus singularis: tres codices saec. 14. ac 15. (ex quibus duo eiusdem monasterii sunt) verum vidisse, errare reliquas membranas easque vetustissimas. Conglutinavit duos hymnos Brev. Mozarabum, confudit carmina Stephensonio teste ecclesia vetus

Anglosaxonica, consarcinaverunt diversas partes codices nostri Monacenses 15. et 16. saec. 13. (Thes. II. p. 383), neque Breviarium Romanum correctum ab hac perversitate manum abstinuit. Etiam codex Rhenoviensis 91. saec. 11. totum praebet carmen et integrum. Quid multa? Est Monii sententia perquam difficilis ad credendum, nec protulisset opinor, si in omnibus libris divisiones hymni nostri legerentur coniunctae. Sed in non nullis solus occurrit hymnus: Tu esto. At similia saepius acciderunt. Hymnus: O grande cunctis gaudium est divisio hymni: Optatus votis omnium; nihilo minus in non nullis libris legitur solum: O grande cunctis gaudium.

3. Quod ad metricam carminis rationem ipse Monius concessit, in primo quoque carmine (v. 8.) obvium esse σφάλμα metricum. Praeterea vocalium concentus reperitur 6. 7. et 11. 12., nec negligenda est vocalium assonantia v. 1. 4. 5. atque iterum 9. 11. 12. Contra in hymno secundo v. 3. 4, non perfectum efficiunt concentum. Omnino metrica discrepantia non ea est, quae probabilem facere queat Monii coniecturam, alias maxime suspectam atque debilem.

Itaque et in his supplementis carmen propono septem stropharum inter se apte cohaerentium: Aeterne rex altissime, quod minime ab Ambrosio confectum puto. Est saeculi sexti vel septimi.

Adscribimus scripturae varietatem observatam in Cod. Rhenoviensi 91. saec. XI. (R), Stephensonii (S), Brev. Constantiensis, in quo legitur tantum: Tu esto etc. (C) Brev. Aberd. (Ab.) ac Monii (M).

11. M. collata Jesu. 23. M. inferorum. Ab (et Sarisb) tremunt videntes. 26. R. S. M. versam vicem, quod recipiendum. Vident angeli fortunam mortalium per redemptorem in melius mutatam. 37. R. te. Mon. 16. et Thom. esto, ex hymno Jesu nostra redemptio. 38. M. praemium. *die rechte Lesart steht in der ersten Doxologie zum vorigen Hymnus, welche aus diesem entlehnt ist.* At codices ad unum omnes praeditum, et ideo tenendum est. Et sane maxime aptus efficitur sensus: Nunc o Christe manet tibi Olympus, semper frueris coelesti gloria et regis mundum: itaque gaudium in te perceptum est eritque super omne gaudium mundanum. Nemo non videt, vocem praemium turbare eam, quae inter primum et quartum versiculum conspicitur necessitudinem. 45. R. duo Monacenses 15. 16. M. repente. *Die Lesart rubente beruht auf Matth. 24, 27. Luc. 17, 24., wonach Christus wie ein Blitz kommen wird; Marc. 13, 16. hat repente, was auch 1. Thess. 5, 3. II. Petr. 3, 10. Apoc. 16, 15. vorkommt und mit dem Inhalt des Liedes (corda subleva*

V. 7.) besser zusammenhängt. S. C. adnectunt doxologiam: Tu Christe nostrum gaudium, qui es futurus praemium etc. R. aliam exhibet doxologiam, nusquam opinor obviam. Sponsor Deus verissime, Donum Patris nunc ingere Munusque nos Paracleti, Aptet suo receptui.

Mozarabum strophae neque in R. neque apud S. occurrunt. Monius has proponit emendationes. 6. arcens a. depulit. 7. mucrone pessimo carens. *Die Strophe Da nobis illuc sedula etc. mit der Doxologie Gloria tibi domine etc. steht in der Hs. zu Stuttgart Brev. No. 98. 11. Jahrh. mit Neumen als ein besonderer Hymnus: Ad singulas horas ascensionis domini. Beide Strophen wurden auch an andere Lieder angeschlossen. Daniel. 1, 206.*

P. Ca. Cs. D. om. 5—8. 12—20. 29—36. 49—56. 25. tremunt videntes. 37. tu esto. 45. repente.

Sacrata Christi tempora. M.

In Dominica infra Octavam Ascensionis.

Sacrata Christi tempora
Propheticis oraculis,
Virtute firmans pectora
Fidei explevit veritas:

Venisse mundi Dominum
In templo sancti corporis,
Ut hominem, quem fecerat,
Salvaret ipse perditum.

Dum patitur passibilis,
Assumptus homo moritur:
Resurgit impassibilis
Deus creator omnium.

Qui suscitatus corpore,
Diebus dudum praedictis,
Quater denario numero
Opus salutis edidit.

Quibus quadratis omnibus,
Ascendens in altum duxit
Captivitatem captivam:
Dona dedit hominibus.

Sistere tamen soliti
Iubentur summi nuntii,
Donec virtutem Spiritus
Ex alto missam caperent.

Quam nos ovantes gloria
Salutis nostrae praestitam
Sanctorum consors laudibus
Hymnus resultat omnibus.

Da nobis illic sedula
Devotione tendere,
Quo te sedere cum Patre
In arce coeli credimus.

Gloria tibi Domine
Qui scandis super sidera etc.

Iam Christus astra ascenderat. Th.

Thes. I. p. 64. II. p. 382. Pentecostalis.

Cod. Rhenov. 91. saec. XI. (R) Stephenson (S). Brev. Aberd. (Ab) Mone I. p. 238. *„Ein Hymnus des h. Ambrosius, (?) dem er auch bei Thomas. zugeschrieben wird, der aber mit manchen Verderbnissen*

auf uns gekommen ist, die sich nur durch die Vergleichung der ältesten Hss. verbessern lassen, da die spätern einen Text mit herkömmlichen Fehlern liefern.“ (M.) At haec opinio, hymnum ab Ambrosio conditum esse, sed omnimodo corruptum, effecit ut Monius, vetustiori membrana destitutus, (patebant septem sc. XIV. et XV. cod.) audacius carmen sibi conformaret.

3. S. promisso. 5. M. surgebat. *urgebat, metrisch gut, aber dem Sprachgebrauch wäre instabat angemessener. Urgebat gibt einen schiefen Sinn, surgebat kommt aber für Zeitbestimmungen in den Hymnen manchmal vor, z. B. iam surgit hora tertia, aurora surgit* u. dgl. At vox urgendi cum saepius pro instare usurpetur (urget tempus moriendi Cic. Tusc. I., 103), tenenda est codicum scriptura. 6. 7. M. qui mystice septemplici volutus orbe septies: sed omnes libri legunt quo, unus Bebelius mystice. Bebelius orbe volnto. Vulgata lectio et librorum auctoritate commendatur ac sententia optima. Nihil mutavit. corrector Brev. Romani. 9. M. tunc. 11. M. apostolis orantibus. 12. R. nuncians, quod probamus. M. *feiner metrisch wäre: venisse nuntiat deum.* 13. R. patre. M. *ergo haben alle, aber so prosaisch dichtete Ambrosius nicht, es soll wahrscheinlich ecce stehen. Beide Wörtchen wurden durch ihre ähnliche Abkürzung oft verwechselt.* 14. R. S. Ab. et sex codices Monii almus est. Ostendit codicum consensus scripturam unice veram, quam suo iure servavit Brev. Romanum. M. missus est, lectio moderna Wimphelingii Fabricii et Brev. Praedic. 1643 editi. 15. Ab. quo. 16. S. complevit. In non nullis codicibus Divisio hymni. 18. R. sancto lumine. 19. R. S. diversae. R. consonant. M. *Diese Lesart ist ein Gegensatz der Sprachverwirrung bei dem Thurme Babels, aber der folgende Vers hängt damit nicht gut zusammen, ausser wenn man fando statt fantur setzt, welche Lesart mir aber nicht bekannt ist.* Vox consonant, quae non ad turrem Babyloniam spectat, sed ad proxime positum diversae, cum praeterea Thomasio, W. 1. Cs. accepta sit, non dubito quin sententiam exprimat genuinam. Non opus est mutare in versu sequente. 21. 22. M. cogitur Graecus, Latinus, Barbarus. *Der Singular steht hier für den Plural. — Viele Abschreiber verstanden dies nicht, wodurch die Stelle bis auf die neuesten Abdrücke verdorben ist* — etiam in Brev. Romano notique cunctis gentibus, Graecis, Latinis, Barbaris — *denn die gewöhnliche Lesart cogniti Graecis, Latinis, Barbaris haben B. C. D. E. (sc. 14. 15.) S. und Daniel, die übrigen wie obiger Text, nur G. H. (sc. 14.) und eine Randglosse in S. coitur nach französischer Aussprache mit unterdrücktem g.* R. cogitur, sed Graecis etc. Sane vox cogitur s. coitur sine

dubitatione recipienda est in textum; quod ad versum sequentem, non adeo facilis est quaestio, cum antiquissimi codices Pluralem numerum tueantur. Fortasse legendum: Ex omni gente coitur, Graecis etc.: aus allem Volk kommt man zusammen, es kommen Griechen etc. 23. M. cunctis et. *cunctisque haben alle, denn die späteren Abschreiber fühlten die Elision nicht mehr.* Ex mea sententia carmen aetatem qua metricae leges diligenter observantur, haud attingit. 26. M. vesano turba spiritu. *torvo für turba CD, FGHE vesana turba. Die alte Vaticanische Hs. No. 82. liest vesano turbas spiritu, nämlich nach alter Schreibung — turbasspiritu d. i. turba spiritu. S. vesano. Diese Lesart ist die richtige, voraus geht Iudaea als ein Abstractum, dann folgt turba als ein Concretum, womit concrepat übereinstimmt, welches zu Iudaea nicht passt. (?) Auch vesana kann stehen, wenn man die feinere Metrik vorzieht, was aber bei diesem Hymnus nicht nöthig ist, da in andern Versen auch der Spondäus auf dem zweiten Fusse vorkommt. Torvo rührt aus einem Missverstand her, die lingua rustica schrieb nämlich turua für turba, woraus man torvo gemacht hat, weil man es auf spiritu bezog. B. vesano tacta, nicht gut, denn dadurch wird Iudaea zu concrepat gezogen.* R. vesani turba spiritus. 31. 32. M. *falsa, gewöhnliche Lesart, gegen das Versmass. BCS haben: falsos probavit perfidos Johelis testimonio, den V. 32. hat D auch so, aber für 31. die gewöhnliche Lesart. Diese zwei Verse sind an sich ganz gut, aber sie hängen nicht mit dem Vordersatze zusammen. Ich änderte nur falsa in falsam, weil es auf crapulam geht, und Petrus den Vorwurf der Trunkenheit zurückwies. Act. apost. 2, 15.* R. falsas. 32. M. Joele teste comprobans. Nostrae scripturae favent vetusti codices ac verborum cohaerentia: Petrus, Joelis usus testimonio, docet Iudaeos falsa profari.

M: *Bei Thomas. und in S. sind diesem Hymnus folgende Endstrophen angehängt: Hic, Christe, nunc paraclitus etc. (Th. I. p. 65) Sit laus patri cum filio sancto simul paraclito nobisque mittat filius charisma sancti spiritus. S. hat den V. 3. so: terrae novasque faciem, aber die angelsächsische Glosse and neowiende zeigt, dass novasque ein Schreibfehler für novausque ist. Die Doxologie lautet in S. etwas verschieden also: Sit laus patri cum genito amborum et paraclito, proles ut hunc promiserat, nobis modoque (mundoque?) tribuat. Sie gehört durch ihre Betonung nicht zu dem alten Hymnus. S. theilt denselben in 3 Lieder, zur Terz, Sext und Non bei den Versen 13. und 25., und gibt iedem Theile die Endstrophe: Dudum sacrata pectora, und die obige Doxologie. — Iene beiden Stro-*

phen werden in der Stuttgarter Hs. Brev. No. 98. des 11. Jahrh. ad singulas horas pentecostes bestimmt, also zum Schlusse iedes Hymnus verwendet. Bebel hat die erste Strophe auch mit der falschen (?) Lesart sic für hic, die auch bei Daniel steht, die zweite Strophe kommt als Doxologie der Pfingstlieder mehrmals vor. Iene erste Strophe scheint mir aus einem verlornen alten Hymnus entlehnt. Dass sie nicht zu obigem gehört, beweisst schon die Bestimmung der Stuttgarter Hs. und der Umstand, dass sie in andern Hss. gewöhnlich fehlt, welche statt derselben die sechste Strophe des folgenden Hymnus: Dudum sacrata pectora beifügen, wie DC und eine Hs. in meinem Besitz, sowie die Hs. No. 32. von S. Peter zu Karlsruhe. R. hymnum terminat stropha octava, nulla doxologia adiecta.

2. Cs. reversus. 14. almus est.

Cantemus in omne die concinentes varie.

De Beata Virgine. Mone II. p. 383 sq.

Cantemus in omni die concinentes varie,
conclamantes deo dignum hymnum sanctae Mariae.

Bis per chorum hinc et inde collaudamus Mariam,
ut vox pulset omnem aurem per laudem vicariam.

Maria de tribu Iuda, summa mater domini,
opportunam dedit curam aegrotanti homini.

Gabriel advexit verbum sinu patris paterno,
quod conceptum et susceptum in utero materno.

Haec est summa, haec est sancta virgo venerabilis,
quae a fide non recessit, sed exstetit stabilis.

Huic matri nec inventa ante nec post similis,
nec de prole fuit plane humanae originis.

Per mulierem et lignum mundus prius periit,
per mulieris virtutem ad salutem rediit.

Maria mater miranda patrem suum edidit,
per quem aqua lata lotus totus mundus credidit.

Haec concepit margaritam, non sunt vana somnia,
per quam sani christiani vendunt sua omnia.

Tonicam per totum textam Christo mater fecerat,
quae peracta Christi morte sorte statim steterat.

Induamus arma lucis luricam et galeam,
ut simus deo perfecti suscepti per Mariam.

Amen, amen, adoramus merita puerperae,
ut non possit flamma pyrae nos dirae decerpere.
Christi nomen invocamus angelis sub testibus,
ut fruamur et scribamur litteris coelestibus.

[Sanctae Mariae meritum imploramus dignissimum,
ut mereamur solium habitare altissimum.]

Mone 1. c. Hs. zu Basel, *A. VII.* 3. aus dem 8. Jahrh., von einer irischen Hand geschrieben (B) und Reichenauer Hs. zu Karlsruhe (K) aus dem 9. Jahrh., auch von irischer Hand, No. 95. letztes Blatt, ferner die Reichenauer Hs. No. 221. zu Karlsruhe (R) aus dem 8. Jahrh., von fränkischer Hand. In dieser ist das Lied überschrieben: himnus sanctae Mariae. Die Schriftzüge sind Urkundenschrift. Am Ende des Liedes sind in dieser Hs. die Anfangsworte Cantemus in omni die wiederholt, was der irischen Dichtkunst eigen ist.

Das Lied ist in Stabreimen abgefasst und hat die Eigenheit, dass ie der zweite Vers Sylbenreime und Assonanzen in der Mitte zulässt, entweder zwei in der ersten Hälfte des Verses, wie V. 8. 18. 26., oder dass die Mittelreime vor und nach der Cäsur stehen, wie V. 12. 14. 20. 16. 22. 24. Die letzte Strophe hat diesen künstlichen Bau nicht, sondern gleiche Mittel- und Schlussreime und iambische Betonung, woraus man schliessen darf, dass sie nicht ursprünglich zu diesem Liede gehört habe. Die von der Regel abweichenden Formen mussten in diesem Liede stehen bleiben, um seinen nationalen Character nicht zu verwischen, denn das Lied ist von einem Irländer.

Mone 1. c.: 1. concinnantes variae KR, *wegen dem Reim.* 3. conlaudamus K, *auch gut.* conlaudemus R. 4. pulsat KR. 5. summa BR. 7. prius paternae R. 10. haec fide R. 11. matre R. inventam R. 12. flore R. plana R. 16. lata R. 17. quae BR. 19. tunïcam K. totam B. Christi BR. 21. lurica vicariae R. 23. adiuramus B, adoremus R. 24. dire B. 28. *oder* habere *undeutlich.* 15. 16. *fehlen in B. Die zweite Hälfte von 23. bis zur zweiten Hälfte von 25. fehlen in R, wodurch aus den V. 23—27 nur eine Strophe gebildet wird und die Erwähnung Marias wegbleibt.* 27. 28. *fehlen in RK mit Recht, sie gehören nicht zu diesem Liede.*

Aeterna Christi munera. O.

Thes. I. p. 27. II. 381.

Beda de metris 7. cf. p. Cod. Rhenov. 111. saec. X. 28. gaudio.

3. P. Ca. canentes.

Hymnum in Natale Martyrum vel Sabbato ad Matutinam. ***B.***

Sacratissimi Martyres summi Dei
Bellatores fortissimi,
Christi Regis potentissimi
Duces exercitus Dei
Victores in coelis
Deo canentes Alleluia.

Excelsissime Christe,
Coelorum Deus Cherubin,
Cui sedes cum Patre sacra.
Angelorum ibi et Martyrum
Fulgens chorus
Tibi sancti proclamant.

Magnifice tu prior
Omnium passus crucem
Qui devicta morte refulsisti
Mundo, ascendisti ad coelos
Ad dexteram Dei,
Tibi sancti proclamant.

Armis spiritalibus
Munita mente Apostoli
Sancti te sunt secuti,
Qui cum ipsa crucis
Paterentur morte (m)
Tibi sancti canebant.

Christe Martyrum tu es
Adiutor potens praeliantium
Sancta pro tuo gloria
Qui cum victores
Exirent de hoc saeculo
Tibi sancti canebant.

Illustris tua Domine
Laudanda virtus, quae per Spiritum
Sanctum firmavit Martyres,
Qui consternerent Zabulum
Et mortem vincerent,
Tibi sancti canebant.

Manu Dei excelsa
Protecti contra Diabolum
Steterunt firmati,
Semper Trinitati fidem
Toto corde servantes.
Tibi Sancti canebant.

Vere regnantes erant
Tecum Christe Deus,
Qui passionis merito coronas
Habent, et centenario
Fructu repleti gaudent,
Tibi Sancti proclamant.

Christi Dei gratiam
Supplices obsecremus,
Ut in ipsius gloriam
Consummemur, et in sanctam
Hierusalam Civitatem Dei
Trinitati cum Sanctis
Dicamus Alleluia.

Deus immensa Trinitas. ***M.***

De uno Martyre.

Deus immensa Trinitas:
Unitas semper gloria:
Pater, Christe, Paraclite:
Rerum invicte Domine.
Qui largitate muneris
Tuo praestasti Martyri,
Cuius festa votissima
Concelebramus hodie.

Tormentaque saevissima
Et varia supplicia
Victrice tua dextera
Mente robusta pertulit.

Cuius, acclines, Domine
Te deprecamur largius,
Etherea consortia
Celso dona fastigio.

Qui princeps esse principum
Rex Mysticus agnosceris,
Agnita nostra crimina
Larga dele clementia.

Adventus ut cum fulgidus
Tuus, Christe, potuerit,
Tuo ducente Martyre
Lacti pergamus obviam.

Rector, redemptor, conditor. *M.*

De uno Martyre.

Rector, redemptor, conditor,
Qui tuis olim servulis
Huius dedisti saeculi
Oblectamenta spernere.

Nobis refunde coelitus
Tuum Patrisque comparem,
Ut corda nunc tepentia
Conflagrent igne proprio.

Illic, relictis terreis,
Te inspirante perciti,
Strages secuti corporum
Regna poli adepti sunt.

Prostrati inde quaesumus
Quo ob triumphos Martyris
Hymnum Deo persolvimus
Nunc annuis recursibus:

Ipsorum interventibus
Cunctis ablutos sordibus,
Sursum reduc ab infimis
Sacris reformans sedibus.

Stephano primo Martyri.

Thes. I. p. 90 sq. De S. Stephano.

Cod. Rhenov. 91. saec. XI. praebet carmen, uti legitur in libris Cassandri, Bebelii, Clictovaei, hac tamen varietate observata: 3. quam dulce. 4. ferret. 9. sic enim. 20. plebs gaudebat. 22. pressa. 25. at ille coelum intuens.

Item Brev. Constantiense eundem hymnum proponit. 3. quam dulcis est. 4. opem ferre. 20. gaudebat. 22. prensa. 23. coniurant. 25. et ille coelum intuens. 33 sq. Deo patri sit gloria etc.

Legitur hymnus in uno Brev. Sarisburiensis exemplari.

Denique Nealius e Breviario Ambrosiano carmen transcripsit Duci cruento martyrum — *quod ex antiquiore refecit quidam et satis mea quidem sententia eleganter.*

Duci cruento Martyrum
Novum canamus canticum:
Quod dulce sit psallentibus,
Opem ferat credentibus.

Dicamus hymnum supplices
Palmas canendo militis:
Qui primus inter Martyres
Christi secutus est crucem.

Aris dicant apostoli,
Dei probatum laudibus:
Ut signa mortis conterens
Ferret coronas nominis.

O praeferenda gloria!
O nobilis victoria!
Levita fuso caelicas
Rigat cruore laureas.

Sancto repletus Spiritu,
Vultuque compar Angelis,
Jesu fidem dum nunciat
Emit triumphum sanguine.

Ut laetus axem suspicit,
Videt Patrem cum Filio,
Monstrans in astris vivere
Quem plebs volebat perdere.

At tota saxis durior
Judaea saxa coniicit:
Simul sepulchro et funeri
Datura Christi militem.

Levita gaudens vertice
Ictus furentes excipit:
Rogansque numen iugiter
Ad astra mittit spiritum.

Jesu, tibi sit gloria
Qui natus es de Virgine, etc.

Amore Christi nobilis.

Thes. I. p. 92. De S. Joanne Evangelista.

Praeter Joanneum hymnum in Thesauro nostro positum exstat aliud fragmentum apud Aldhelmum († 709) De laude Virginum cp. 7. Opp. ed. Giles p. 7: — — ut non inconvenienter carmine rhythmico dici queat:

Christus passus patibulo
Atque leti latibulo
Virginem Virgo Virgini
Commendavit tutamini

Vel efficiunt versus partem carminis in honorem S. Joannis Ev. conscripti, vel hymni de Passione Domini: at non contigit integram cantionem investigare.

Auctor carminis A m o r e C h r i s t i v. 5—20 fortasse expressit Ambrosium de incarn. c. 3.

Agnis beatae virginis.

Thes. I. p. 94. De S. Agnete.

Nealius e Brev. Ambrosiano. 1. A g n e t i s a l m a e. 13. n u p t a m. 15. v i r o. 24. f o c o s. Commendatur scriptura loco Ambrosii: — *atque in ipsis sacrilegis focis trophaeum*

Domini signare victoris. **26.** tegens. Additur doxologia: Jesu tibi sit gloria, qui natus es de virgine etc.

Monius hymnum Ambrosianum dicit neque est quod Viro Docto refragemur. Etenim apertissime ostendit carmen vestigia Ambrosii De Virgg. I. c. 2. p. **147** sq. ed. B. nec nos fugit sancti Patris consuetudo ex qua, quod soluta oratione exposuit, etiam versibus sacris accommodavit. Conferas quae in Thesauro ex Ambrosio transscripsimus.

Festum insigne prodiit. M.

Thes. I. p. 183. De S. Agatha.

Stropham carminis primam, apud Bollandistas nec non in Thesauro male expressam correxit Du Méril Poésies etc. II. p. **301**.

Festum insigne prodiit, chorus cum
Voces in aula resonet, cunctorum
Deo dicata plebs alterna tota
Pandite vota.

Hymnum Sancti Patritii Magistri Scotorum. B.

Cf. Du Méril Poésies Populaires Latines. I. p. 147 sq.

Audite, omnes amantes Deum, sancta merita
viri in Christo beati Patrici episcopi,
quomodo bonum ab actum similatur angelis,
perfectamque propter vitam aequatur apostolis.

Beati Christi custodit mandata in omnibus,
cuius opera refulgent clara inter homines,
sanctumque cuius sequuntur exemplum mirificum,
unde et in coelis patrem magnificat Dominum.

Constans in Dei timore, et fide immobilis,
super que aedificatur, ut Petrum Ecclesia;
cuiusque apostolatus a Deo sortitus est,
in cuius portae adversum inferni non praevalent.

Dominus illum elegit, ut doceret barbaras
nationes, et piscaret per doctrinae retia,
et de saeculo credentes traheret ad gratiam,
Dominum qui sequerentur sedem ad aethercam.

Electa Christi talenta vendit evangelica,
quae Hibernas inter gentes cum usuris exigit,
navigis huius laboris tum operae pretium
cum Christo regni coelestis possessurus gaudium.

Fidelis Dei minister insignisque nuntius
apostolicum exemplum formamque praebet bonis,
qui tam verbis quam et factis plebi praedicat Dei,
ut quem dictis non convertit fructu provocet bono.

Gloriam habet cum Christo, honorem in saeculo,
qui ab omnibus, ut Dei veneratur angelus,
quem Deus misit, ut Paulum, ad gentes apostolum,
ut hominibus ducatum praeberet regno Dei.

Humilis Dei ob metum spiritu et corpore,
super quem bonum ob actum requiescit Dominus,
cuiusque iusta in carne Christi portat stigmata,
et cuius sola sustentans gloriatur in cruce.

Impiger credentes poscit dapibus coelestibus,
ne qui videntur cum Christe in via deficiant;
quibus erogat, ut panes, verba evangelica,
et cuius multiplicantur, ut manna, in manibus.

Kastam qui custodit carnem ob amorem Domini,
quam carnem templum paravit Sanctoque Spiritui,
a quo constanter cum mundis possidetur actibus,
quam et hostiam placentem vivam offert Domino.

Lumenque mundi accensum, ingens, evangelicum,
in candelabro levatum, toto fulgens saeculo;
civitas regis munita supra montem posita;
copia in qua est multa quam Dominus possidet.

Maximus namque in regno coelorum vocabitur,
qui quod verbis docet sacris, factis adimplet bonis,
bono praecedit exemplo formamque fidelium,
mundoque in corde habet ad Deum fiduciam.

Nomen Dei audenter adnuntiat gentibus,
quibus lavacris salutis aeternam dat gratiam,
pro quorum erat delictis ad Deum quotidie,
pro quibus, ut Deo dignas, immolatque hostias.

Omnem pro divina lege mundi spernit gloriam,
qui cuncta ad cuius mensam aestimat quisquilia,
nec ingruenti movetur mundi huius fulmine,
sed in adversis laetatur, cum pro Christo patitur.

Pastor bonus et fidelis gregis evangelici,
quem Deus Dei elegit custodire populum,
suamque pascere plebem divinis dogmatibus,
pro qua ad Christi exemplum suam tradit animam.

Quem pro meritis Salvator provexit pontificem,
ut in coelesti moneret clericos militia,
coelestem quibus annonam erogat cum vestibus,
quod in divinis impletur sacratisque affatibus.

Regis nuntius invitans credentes ad nuptias,
qui ornatur vestimento nuptiali indutus,
qui coeleste haurit vinum in vasis coelestibus,
propinansque Dei plebem spiritale poculum.

Sacrum invenit thesaurum sacro in volumine,
Salvatorisque in carne deitatem pervidet,
quem thesaurum emit sanctis perfectisque meritis;
Israhel vocatur huius anima, videns Deum.

Testis Domini fidelis in lege catholica,
cuius verba sunt divinis candida oraculis,
ne humanae puteant carnes aesaeque a vermibus,
sed coelesti allegantur sapore ad victimam.

Verus cultor et insignis agri evangelici,
cuius semina videntur Christi evangelia,
qui divino serit ore in aures prudentium,
quorum quoque corda ac mentes sancto arat Spiritu.

Xristus illum sibi elegit in terris vicarium,
qui de gemino captivos liberat servitio,
plerosque de servitute quos redemit hominum
innumeros de Zabuli absolvit dominio.

Ymnos cum Apocalypsi psalmosque cantat Dei,
quosque ad aedificandum Dei tractat populum,
quam legem in Trinitate sacri credit nominis
tribusque personis unam docetque substantiam.

Zona Domini praecinctus, diebus ac noctibus,
sine intermissione Deum orat Dominum,
cuius ingentis laboris percepturus praemium
cum apostolis regnabit Sanctus super Israhel.

Patricius episcopus oret pro nobis omnibus,
ut deleantur protinus peccata quae commisimus,
Patricii laudes semper dicamus,
ut nos cum illo semper vivamus!

10. Du Méril suspicatur *super quem*. Vel ita, vel *super quam* sc. fidem. 11. D. inclusit: *apostolatum*. Utcunque est *sortitur* passive accipiendum. 23. D. coniecit *Deum*, sed etiam ferri potest *Dei*. Praedicat et verbis Dei et factis Dei, i. e. vita christiana. Immo qui sequuntur ver-

siculi vulgato favent. 38. D. per coniecturam cui carnem, sed aptum sensum praebet lectio consueta. 40. D. suspicatur ut hostiam: at non opus est mutatione. 68. Lego cum D. plebi. 74. D. proponit condita. 75. Recte D. esae. 83. D. numinis.

Exordium hymni ut aliorum carminum spectat ad hymnum Moysis Deut. ecclesiae vetustae acceptissimum et ipsi Antiphonario Benchoriensi inscriptum. Cf. Deutsche Zeitschrift für chr. Wissen u. chr. Leben 1854. Nr. 47. Neumann. „Skizze a. Italien“: *Das Canticum Mosis ist überhaupt der katholischen Kirche weniger fremd geworden, als der Unverstand, wenn das Wort nicht zu hart klingt, es der unsern hat werden lassen. Wie haben doch die Stimmen der Propheten das Lied in seiner ewigen Bedeutung uns versiegelt! Es ist ihnen immer wieder der feiernde Preis des Herrn im Munde der aus dem Verderben der Welt geretteten. Haben wir Jes. 11, 14 — 12, 6 Hos. 2, 15 Anklänge davon, so heisst es Apoc. 15, das Lied des Lammes und es singen es die Seligen, die allen Kampf überwunden haben.*

Miraculum laudabile. Th.

Thes. I. p. 97. De S. Ambrosio.

Rambach. I. p. 45: *Muratori Anecd. I. 140 theilt den Anfang einer Hymne auf den h. Ambrosius mit, die in zwei sehr alten Mailändischen Handschriften unter Paulinus Namen steht und auch in den neuern Breviarien der dortigen Kirche vorkommt; bemerkt aber sehr richtig, dass sie bei den auffallenden Verstössen gegen die Regeln der Sprache und des Metrums unmöglich einem so gebildeten Dichter beigelegt werden könne.*

Gloriosa Jerusalem.

In Festo SS. Adriani et Nataliae Martyrum. XVII. Jun.
Liber Arevali.

Gloriosa Jerusalem, Mater una Martyrum,
Sors beata post labores, Ius pium post turbines,
Quae tuorum laeta cursu Promptior attolleris.

Terge luctum, sume plausum, Pande portum civibus
Excipe quos sustinebas Post triumphos laetior:
In quibus victrix resultas Da decus victoriae.

* * *

Huius ergo imprecatu Et tuorum Martyrum,
Ferto nobis hanc medelam Qua reatum diluas:
Criminis nodos resolvas; Da firmentum gratiae.

Quo tremenda judicantis Cum dies illuxerit,
Festa quorum praedicamus, Misceamur gaudiis;
Et quibus non est corona, Sit fides ad gloriam.

Laus tibi per omne tempus, Trinitas indifferens,
Laus, honor, virtusque summa, Singularis gloria,
Quae Deum te saeculorum, Personet in saecula.

Grates tibi Jesu novas.

Thes. I. p. 47. De SS. Gervasii et Protasii Martyrum Inventione.

Carmen a Thomasio ac Bollandistis pro genuino foetu S. Ambrosii haberi, neque nos illi sententiae prorsus abnuere, iam supra commemoratum est. Magna est hymni cum epistola Ambrosii, qua inventionem corporum enarrat (Ed. M. **11**. p. **874** sqq.) coniunctio, non in rebus solum, adeo in vocibus ac sententiis. Porro, cum nihil antiquius tunc haberet Ambrosius, quam ut Arianos profligaret, martyres repertos eorumque miracula deridentes, non miramur, quod eadem arma sumpsit sanctus antistes, quibus iam antea haereticos repellere solitus est. Hymnis populi usibus accommodatis orthodoxam de Trinitate doctrinam contra Arianos munit, hymno quoque sanctorum martyrum ϑαυματουργῶν inventionem cecinit Arianis perniciosam.

Metrica carminis ratio non indigna est Ambrosio. Neque alienus ab iambico metro Dactylus v. **4**. atque Anapaestus v. **18**. Displicet Trochaeus v. **12**. et neglecta elisio v. **31**. Fortasse legendum c o n t a c t u e t u m b r a.

Almi prophetae progenies pia. ***Th.***

Thes. I. p. 100. De S. Joanne Baptista.

Cod. Rhenov. **111**. saec. X. praebet carmen et antiquitate et elegantia praestantissimum, quod postea, nova pullulante hymnorum segete, expulsum est hymno: U t q u e a n t l a x i s. — **2**. p a r e n t e n o b i l i o r. **3**. n e s c i u s. **6**. p i g n o r e m. **9**. p u e r p e r a. **17**. e s t om. **27**. e b r i o s.

Apostolorum passio. ***Th.***

Thes. I. p. 101. De SS. Apostolis Petro et Paulo.

Hymnus, quem Nealius iure Ambrosii foetum aestimat, Apostolorum vetustissimus est, at sequiori tempore loco motus, cum percrebesceret cantilena: A u r e a l u c e.

Cod. Rhenov **111**. saec. X. (R. **1**.) Rhenov. **91**. saec. XI. (R. **2**.) Arevali Breviar. Mozarabicum (M.).

2. R. 1. 2. M. saeculi. 5. R. 1. 2. M. aequales. 8. R. 2. fidem. 10. M. gratiae. 14. M. suum h. M. strophas quintam et sextam transponit. 18. R. 2. om. et. M. levatus est. 19. M. quo nolet ibit. 21. 22. hic Romae celsi verticis devotionem extulit. 24. R. 2. nobili. 25. R. 2. tanta. 25—28. om. M. 30. M. plebem Deo. 31. 32. M. electam gentium caput fidei magistram gentium.

Iuvat non nullos adscribere locos Ambrosii, ut nascatur inde Ambrosianae originis tutela atque praesidium. 5—12. De Spiritu S. II. p. 664: *Nec Paulus inferior Petro, — nec Paulus inquam indignus apostolorum collegio, cum primo quoque conferendus et nulli secundus. Nam qui se imparem nescit facit aequalem.* 13—16. De interpr. Job. p. 625: *Nam de Petro quid loquar, qui crucem suam futura remuneratione indignam arbitratus, inverso suspendi poposcit vestigio.* In Psalm. 118. p. 1245: *Non fuit opprobrio Petro crux Christi, quae tantum ei gloriae dedit, ut inversis Christum honoraret vestigiis.* 25—30. Martene Antiq. Eccl. Disc. p. 570 sq.: *Constat tamen Summum Pontificem olim duas in festo S. Petri missas celebrasse, primam in S. Petri Basilica, secundam ad S. Paulum, ut liquet ex Prudentii Peristeph. Hymno XII. carmine 63. Transtiberina prius solvit sacra pervigil sacerdos, Mox huc recurrit, duplicatque vota. Quin et S. Ambrosi hymnus ad hunc diem praesertim compositus innuere videtur concursu populi Romani tres in festo S. Petri ecclesias frequentatas fuisse. qua de re vide si lubet Baronium in notis ad Romanum martyrologium. Posteo vera cum propter locorum distantiam Summi Pontifices in duabus basilicis eodem die non sine gravi labore sacris operari possent, consultius visum est, ut III. Calendas Julii tam Petri quam Pauli solemnitas ageretur; sequenti vero die Commemoratio S. Pauli ageretur, id quod S. Gregorii institutione tribuit Micrologus cap. 42.*

O Roma nobilis orbis et domina.

De SS. Apostolis Petro et Paulo.*)

O Roma nobilis, orbis et domina,
Cunctarum urbium excellentissima,
Roseo martyrum sanguine rubea,
Albis et virginum liliis candida:
Salutem dicimus tibi per omnia,
Te benedicimus, salve per saecula.

*) Haud accurate carmen excusum est in Thesauri tomo II. p. 376. Secutus sum Freybergium (Alte christliche Lieder. Zerbst 1839. S. 32 sq.) non in omnibus Niebuhrio consonum.

Petre, tu praepotens caelorum claviger,
Vota precantium exaudi iugiter!
Cum bissex tribuum sederis arbiter,
Factus placabilis iudica leniter,
Teque precantibus nunc temporaliter
Ferto suffragia misericorditer!

O Paule, suscipe nostra peccamina!
Cuius philosophos vicit industria:
Factus oeconomus in domo regia
Divini muneris appone fercula;
Ut, quae repleverit te sapientia,
Ipsa nos repleat tua per dogmata.

Niebuhr über das Alter des Liedes: Lydia bella puella. An Hrn. Prof. Näke (Rheinisches Museum Jahrg. 3. S. 1—8. Kleine historische und philologische Schriften. 2te Sammlung S. 257—265.): *Sie wissen, liebster Freund, wie Alles was Sie schreiben mir zusagt: und die Liebhaberey welche Sie manchmal veranlasst Gegenden der Philologie zu besuchen die von sehr wenigen betreten werden, weil sie weit ab von den Landstrassen und Herbergen, freylich auch von den erhabenen und reizenden Gegenden und Aussichten, liegen, ist eben auch die meinige. Könnte es sich also treffen, dass Sie bey einer solchen Untersuchung wenig Zuhörer hätten, des einen sind Sie immer sicher: und, obwohl gewisslich Viele durch die Untersuchung erfreut und belehrt sind mit der Sie ein thörichterweise gepriesenes Lied aus der Region des klassischen Alterthums verwiesen haben, — keiner wird Ihnen dabei ein so grosses Vergnügen verdanken als ich. Das hat aber freylich dieses Mal noch einen besonderen Grund: darin, dass ich seit längst das bewusste carmen delicatum mit zwei andern verglichen habe, die sich bei dem vergeblichen Suchen nach einer Handschrift der ciceronischen Philippicä welche die herrliche Recension der Handschrift im Archiv hätte, und vollständig wäre, mir dargeboten haben. Diese Ihnen mitzutheilen und sie Ihnen zu widmen, musste mein erster Gedanke sein: sie begleiten dies Briefchen: lesen Sie nun ehe Sie hier weiter fortfahren: an sich wird sich Ihnen das eine durch Würde, Pracht und Schönheit empfehlen; das andere durch seltsame Eigenthümlichkeit wenigstens bemerklich machen. Ist das nicht genau dieselbe Versart welche Sie in der Lydia gezeigt haben? Vier Takte, mit dem Abschnitt nach dem zweyten; nur darin von jenem Lied unterschieden dass alle vier immer dreysylbig sind: dieselbe Gleichgültigkeit über die Art der Füsse und über die Elision. Nun sind aber diese Lieder mit der gezwungenen*

Schrift, welche man zu Rom beneventinisch nennt, — wie die Cluentina und der Varro zu Florenz — um das 10te Jahrhundert geschrieben. Es ist die Hand des Schreibers von Ciceros Philippiken, Vat. 3227, welcher damit einen Theil von drey leer gebliebenen Seiten ausfüllte. —

Ich vindicire meinen Liedern ein noch weit höheres Alter als diese Schrift schon beweist. Ueber dem geistlichen Hymnus steht die Melodie in antiken Noten: und von der erklärt der päbstliche Kapellmeister Baini, ein höchst befugter Richter und wahrhaftiger Zeuge, dass er keine Kirchenmelodie kenne worin die altgriechische Musik so rein sey; welches sie über das 7te Jahrhundert hinauf zu setzen scheint. Die Melodie könnte angepasst, aber es musste doch als sie gedichtet ward die Versart gebräuchlich seyn. Ja ich glaube nicht dass der Hymnus nach dem Untergang des westlichen Reichs gedichtet seyn kann: wer sollte nachher, in einem zum öffentlichen Gesang bestimmten Liede, die Stadt domina orbis, und mit der Heiterkeit im Feyerlichen begrüsst haben? Der Reim ist durchaus keine Einwendung gegen ein so hohes Alter: er ist, wie ein Blick in die Sammlung von G. Fabricius zeigt, sogar Regel im Kirchengesang in den Hymnen von Ambrosius, Hilarius, Gregorius: auch die Einerleyheit des Reims durch die ganze Strophe. —

Was das Wesen der Versart betrifft — die halte ich nichts weniger als für eine Erfindung der damaligen Zeit, sondern für alt und volksmässig, nur von den klassischen Poeten, und ihren Nachfolgern, den schulgerechten, versäumt; — wie der trochäische quadratus, worin der römische Soldat wohl schon bey Camillus Triumph, wie hinter Cäsars und Aurelians goldnen Wägen, gesungen hatte, in Büchern seit den Dramatikern nicht vorkommt, und eben an diesem späten Abend der römischen Zeit im Pervigilium — dessen Sprache so entschieden rustikes hat. — und in den verwandten Versen im Codex von Dijon wieder erscheint. Es ist auch wohl sehr begreiflich wie damals, als das eigentliche Latein und die Formen der Litteratur nur mühselig durch die Schulen erhalten wurden, manches volksmässige sich frey machte, wieder empor kam, und einen Platz unter dem einnahm was die verblödete Schule seit Jahrhunderten geweiht hatte. Der neugriechische politische Vers, welcher dem Text des Tanzes entspricht, ist ja der nämliche wonach König Philippus siegstrunken tanzte:

Δημοσθένης Δημοσθένους Παιανιεὺς τάδ' εἶπε — *nur dass Accent, nicht Sylbenmaass, dabei beachtet wird. — —*

Das kirchliche Lied ist zerstückt, verwässert, und im schlechten jambischen Takt übertragen dem Hymnus Aurea

luce etc. einverleibt, welchen die römische Kirche am 28. Junius singt. —·—

Schlosser Die Kirche in ihren Liedern durch alle Jahrhunderte I. p. **118**. carmen fecit germanicum, addidit in appendice p. **419**. quae memoratu maxime digna sunt: *Ueber den Hymnus schrieb mir Friedr. Hurter: „Dieses Lied ist offenbar ein Pilgerlied, angestimmt von Denjenigen, welche die Schwellen der h. Apostel besuchten, alsbald sie aus der Ferne der ewigen Stadt ansichtig wurden; daher die Anrede an dieselbe, durchglüht mit allen den Erinnerungen, welche in der Brust des sehnsüchtigen Pilgers sich drängen mussten; daher auch die Anrede der beiden Apostel, zu deren Heiligthümern der Pilger zog.“* Similiter Cervantes in fabula sua „Persiles y Segismunda“ peregrinantem hoc modo facit salutantem dominam Romam:

O grande, o poderosa, o sacrosanta
Alma ciudad de Roma! á tí me inclino
Devoto, humilde y nuevo peregrino,
A quien admira ver grandeza tanta!

Nec abhorret sacrorum viatorum cantilena, qua terram sanctam salutare soliti sunt (Curiositäten II. p. 405—422):

Sei uns gegrüsst,
du heilges Lant,
wo unser Christ
sein Leiden vant.

At vero turbat lectorem secunda hymni scriptura variata et dilatata ab Schlossero p. **421** sq. adiecta.

Alma credentium mater ecclesia,
Divini filii sponsa purissima,
Superna spiritus afflata gratia,
Roseo martyrum sanguine rubea,
Albis et virginum liliis candida:
Te benedicimus, salve per saecula.

Petre, tu praepotens coelorum claviger,
Vota precantium exaudi iugiter:
Cum bis sex tribuum sederis arbiter,
Factus placabilis iudica leniter:
Teque precantibus nunc temporaliter
Ferto suffragia misericorditer.

O Paule suscipe nostra peccamina,
Cuius philosophos vicit industria:
Factus oeconomus in domo regia

Divini muneris appone fercula:
Ut quae repleverit te sapientia,
Ipsa nos repleat tua per dogmata.

Joannes ordinis fatorum conscie,
Mystico numinis edoctus lumine,
Tu nostris precibus leniter adnue:
Ut quo calueris candente pectore,
Divini percitos amoris fulmine
Nos beatifices tuo precamine

Tuque, christicolae turbae praesidium,
Virgo deipara, coelorum gaudium,
Clementer suscipe gemitus supplicum:
Tuum clientibus per patrocinium
Ut, data venia cunctorum criminum,
Condonet filius gaudia coelitum.

Variation zur zweiten Strophe.

Petre, tu praepotens coelorum clavige,
Agnos cum ovibus pascens perenniter,
Cum bis sex tribuum sederis arbiter,
Parce fragilibus, iudica leniter,
Pro successoribus, ut alto naviter
Fungantur munere, precare iugiter.

Monuit Schlosserus haec: *Der nachfolgende Hymnus ist eine Variation und Erweiterung des Hymnus: O Roma nobilis, orbis et domina. Die erste Strophe ist zum Theil aus dem alten Hymnus entnommen, dessen zweite und dritte Strophe unverändert auch die zweite und dritte Strophe des neuen Hymnus bilden. Die vierte und fünfte Strophe sind neu hinzugefügt.*

Sed maxime dolendum est, quod Schlosserus tacet carminis auctorem atque aetatem, omnino silentio praeteriit, ubi legerit carmen. Suboritur suspicio, recentissimi aevi poetam vetusti hymni paraphrasin Schlossero demandasse, qui eam, utpote pulcram et aptam, libro suo inseruit.

Quod Niebuhrius de aetate carminis disputavit (adnuente Trenchio Introduction p. 13) id minime satis facere neminem fugit. Fabricii auctoritate fretus omnes hymnos, quibus ille Ambrosii vel Hilarii nomen adscripsit, cum vere ab Ambrosio et Hilario confectos opinatus sit, fieri non potuit quin falsam et perversam opinionem imbiberit de vetustiorum poetarum Christianorum metris. Ostendit vocalium concentus in hymno diligentissime servatus saeculi septimi vel octavi esse pro-

geniem. Neque nobis penitus persuasit N. Romam illo aevo haud vocari potuisse orbis dominam. Nam, uti est apud carminis auctorem, Romae Dominae orbis εὐφημοῦσιν etiam posteri. Ex sexcentis exemplis adscribimus Hincmarum capp. presbyt. data p. 725 ed. S.: *unde magnus Leo maximo rugitu de urbe Romae, orbis scilicet capite per totum mundum intonat.* de praedestin. p. 287: *sortiti sunt regendas parochias in urbe Roma, orbis scilicet capite.* Annal. Quedlinb. ad 1020 (Pertz Monum. V. p. 85): *Dominam mundi, Romam scilicet, apostolica sorte sibi commissam, laetus, locuples remisit ac sospes.* Argumentum a modis musicis desumptum nihil valere ipse concessit Niebuhrius.

Hymnus Aurea luce, de quo infra disputabimus, nullam habet coniunctionis affinitatem cum carmine Niebuhriano, praeter materiam canendi utrique poetae communem.

Carmen Niebuhrii quamquam non indiget explicatione, non possum mihi temperare, quin versiculo quarto adscribam interpretationem reconditam et exquisitam. Adolfus enim Stahrius, nuper collega, in celebratissimo libro: Ein Jahr in Italien, edit. 2. I. p. 195 poetam mirantem facit statuarum pulcritudinem: — *Aber diese Nacken, Hälse und Arme sind es auch werth, so geschmückt zu werden. Ich zweifele, ob man irgendwo in der Welt noch Schöneres der Art sehen kann. Preist doch das alte lateinische Kirchenlied des 8ten Jahrhunderts neben dem rosenrothen Blute der Märtyrer, das auf dem heiligen Boden der Weltherrin geflossen, auch die marmorne Schönheit der blühenden Frauenleiber der hocherhabnen Stadt aller Städte.* Ut hoc Stahrii pace dicam, obversatur menti Goethianum illud aliquantulum mutatum: *Das ist am Ende nur des Herren eigner Geist, in dem die Hymnen sich bespiegeln.*

O Dei perenne verbum. M.

In Festo SS. Justi et Pastoris Martyrum. VI. Aug.

O Dei perenne verbum, Patris ore proditum,
Organum qui imbecille, Admoves Infantium,
Dans eis spirare flatum, Vocis ut premant sonum:

Tu pius adesto nobis, Solve fibras gutturis,
Ora instrue loquelis, Corda reple lacrymis:
Ut sacrorum festa dignis Praecinamus canticis.

Ecce Justus, ecce Pastor, Ambo iuncti sanguine,
Quos pia fraternitatis Vinxerat germanitas:
Iunxit aequalis sacratae Passionis unitas.

* * *

Hinc, Deus, te supplicamus Ut precantes audias,
Pelle morbos, solve vincla Et relaxa crimina:
Atque illaesi futuram Appetamus patriam.

Nominis tui amorem Da tuis in servulis!
Temporale nil amemus, Diligamus invicem:
Te sequamur, te canamus, Te fruamur perpetim.

Laus tibi per omne tempus etc.

Nunc quoque in Proprio Hispaniae diem IX. Aug. ornat festum duplex secundae cl. SS. Justi et Pastoris puerorum Martyrum, qui Diocletiano et Maximino imperatoribus Compluti illustre Christo Domino testimonium dederunt. Et ad vesperas cantatur hymnus S. Isidori nomine insignitus, cuius prima stropha: Ecce Justus ecce Pastor eadem est atque tertia carminis supra scripti. Reliquae, ut mihi videtur, explent lacunam Arevali, quapropter adiiciantur.

Hi tamen scholis retenti, Dum instruuntur litteris
Audientes quod tyrannus Intrat urbem persequens,
Illico scholas relinquunt, Et tabellas abnuunt.

Appetunt cursu deinde Praesidis praesentiam,
Et Crucem Christi sequendo, Corpus armant debile,
Quo triumphos passionis Expediret fortiter.

Hoc repente Daciano Nunciantes, inquiunt:
Ecce advenire Christum Profitentes parvulos,
Mortis ultro passiones Atque caedes perpeti.

Concitans adest hic praeses Turbidus saevitiam,
Ad suos truces ministros Tendantur, clamitat:
Fustibus iubens tenella Dissecari corpora.

Tunc sacratas ambo voces Alloquuntur invicem:
Tempus est iam temporales Ferre poenas corporis,
Quo futuro perfruamur Gaudio cum Angelis.

Audiens mox Dacianus Martyrum constantiam
Excitatus in furore Dixit hanc sententiam:
Ut perempti ambo fratres Morte dira intercidant.

Protinus eos furentes Pertrahunt satellites
Ad locum campi patentem, Quem ferunt Laudabilem,
Ense illic verberantur, Laureantur sanguine.

Laus tibi per omne tempus, Trinitas indifferens,
Laus, honor, virtusque summa Singularis gloriae,
Quae Deum te saeculorum Personet per saecula. Amen.

Apostolorum supparem. *Th.*

Thes. I. p. 103. De S. Laurentio.

Et hunc hymnum ab Ambrosio conditum esse Monius arbitratur I. p. 224. Certum est carmen consonare in multis cum operibus Ambrosii. **6. 7.** De Offic. Ministr. **1**, **41**. p. **55**. *Mox venies, flere desiste, post triduum me sequeris.* **20—26.** ib. **2**, **28**. p. **104**: *Interrogatus ubi essent thesauri quos promiserat, ostendit pauperes dicens: Hi sunt thesauri ecclesiae. Et vere thesauri, in quibus Christus est, in quibus fides est.* **27—32.** ib. **I**, **42**. p. **56**: — *ipse post triduum, cum illuso tyranno impositus super craticulam ureretur, Assum est, inquit, versa et manduca.* Epistol. I. p. 939: — *sanctus L. factis probavit, ut vivus exureretur et flammae superstes diceret: versa manduca.* Neque tamen negari potest, unum eundemque fontem patere potuisse Ambrosio et carminis auctori.

Mysteriorum signifer. *Th.*

Thes. I. p. 104. De S. Michaele Archang.

Mone I. p. 456 sq. quinque codices inspexit saec. XIII. XIV. XV. (M). Stephenson (S).

16. S. perlustrat. **17.** M. ascendant. **18.** S. vocis. **24.** S. occurrit. **32.** M. conserat, besser inserat.

1. Mysteria = miracula. Gregor. Hom. in ev. **2**, **34**, **9**: *quoties mirae virtutis aliquid agitur, Michael mitti perhibetur.* **9. 10.** Doctorum ac pontificum commemoratio aetatem prodit carminis, neque illud ante saec. VI. vel VII. scriptum esse ostendit. **16. 17.** In non nullis libris hymni divisio.

Archangelum mirum magnum.

De S. Michaele. Mone I. p. 445 sq.

Archangelum mirum magnum,
Michaelem militem,
miro fulgore fulgentem
veneramur principem.

Bene conditum a deo
ad supernam gloriam,
bene cognoscentem deum
suumque creatorem.

Cuius vita, cuius virtus,
cuius status stabilis,
cuius potestas a deo
magna admirabilis.

Deus dedit Michaelem
principalem pastorem,
deus illum ordinavit
hominum protectorem.

Electus atque constructus
domini prudentia,
elevatus ac formatus
dei sapientia.

Fortitudine bellica
consternatis celebris
pro salute triumphali
humanique generis.

Gloriam dei contendit
cum perverso doctore,
cum olim altercaretur
de Moysico corpore.

Hanc nemirum quam praeclaram
contincbit gloriam,
cum conteret antichristum
per miram victoriam.

In exercitu caelorum,
in virtutum agmine
nonne fulget Michael mirus
pulcherrimo ardore?

Kastro caelorum constructo
divicto diabulo
tunc fulgebit Michael mirus
cum coorte credulo.

Lux caelorum ac terrarum
praeclarum, mirabile,
nomen atque nomen magnum
Michaelis celebre.

Magistratibus caelorum
atque legionibus
deus dedit Michaelem
ducem multis millibus.

Nonne armiger potentis
belligerque rectoris?
nonne Michael magnus manet
manus fortis factoris?

O archangelum caelestem,
o terrestrem iudicem,
o ornatum, decoratum,
o probatum militem!

Principalibus doctrinis
divinisque vocibus
princeps exercitus dei
insignis affatibus.

Quis maris profunditatis,
quis coeli de extremis,
quis conscius celsitatis
adonai de supernis?

Rector atque veri doctor
protectorque gentium,
nonne fulget Michael mirus,
cum sit sol credentium?

Saluberrima doctrina
claroque monimine
liberavit Michael mundum
magno adiuvamine.

Terribile mundo malum
antichristi venenum
exstingetur a Michaele
mortiferum, morbidum.

Verum archangelum magnum
adiuramus maximum,
nostram caritatem firmet
in deum et proximum.

Xsti aurora fulgebit
in futuro agmine,
archangelus manus mundo
cum ingenti fulgore.

Ymnus in concentu coeli
choris incessantibus
cantat Michael, miram laudem
angelis clamantibus.

Zono feseo formatus
ornatusque legmine
regnat nunc atque regnabit
in regali culmine.

O Michaelis oramina
deprecamur celsissima
almique regis regmina
postulamus perpetua.

qui regnas in [saecula] saeculorum amen. benedicat
de te et Michel for moilrumm amen.

Mone l. c.: *Reichenauer Hs. No. 221. fol. ult. zu Karlsruhe,*

aus dem 8. Jahrh. von fränkischer Hand geschrieben. Nur die Gesätze sind durch Punkte abgetheilt, die einzelnen Verse nicht. Man kann auch je zwei Verse in einen langen abtheilen, wie der Stab- und Sylbenreim beweist. Ein Lied nach dem Abece, von einem irischen Dichter, wie die Schlussworte: for moilrumm verrathen, worunter wahrscheinlich Michael als Patron (for) verstanden ist. Sowohl in Michael als in adonai werden V. 39. 51. 64. 71. 75. 87. die Zweilaute nach irischer Metrik einsylbig gebraucht. (Etiam 35 ac 28. Moysico.)

15. ordinant, Hs. *ist aber corrigirt.* 2. bella, Hs. *Schreibfehler.* 22. consternatus Hs. 23. triumph. *ist undeutlich*, triumphantem *wäre besser.* 24. homani, *irische Schreibweise.* 26. für ductore, *irische lingua rustica.* 28. lies Moysis, *dreisylbig, denn das Adjectiv ist ohne Beispiel und der irischen Construction nicht angemessen (?).* 29. für nimirum, *irische Schreibung.* 38. für devicto diabolo, *irische Schreibung.* 40. f. cohorte. (Propter ὁμοιοτέλευτον cohors masculino genere usurpatum.) 60. *besser* effatibus, *denn es bezieht sich auf seinen Namen: Quis ut Deus?* 61. proditatis Hs. 64. Adhonai Hs. 65. *die Buchstaben* v e *sind durch Wurmstich zerfressen.* 72. magna Hs. 75. f. extinguetur. 83. f. archangeli, *dann muss fulgebit wiederholt werden.* 85. con *ist etwas undeutlich;* ymnus f. hymnos.

Unitas in trinitate.

De S. Michaele. Mone I. p. 450 sq.

Unitas in trinitate
spes mea fixa non in homine,
sed archangelum deprecor
Michaelem nomine,

Ut sit obvius ac missus
mihi deo doctore
hora existus de vita
icta atque corpore,

Ne me ducat animarum
minister inergiae,
ipse princeps tenebrarum
atque pes superbiae.

Adiutorium succurrat
Michaelis archangeli
ad me hora, qua gaudebunt
iusti atque angeli.

Illum rogo, ne dimittat
mihi truces species
Inimici, sed deducat,
ubi regni requies.

Adiuvat me sanctus Michael
diebus ac noctibus,
ut me ponat in bonorum
sanctorum consortibus.

Sanctus Michael intercedat
adiutor probabilis
pro me, sum quia peccator
... atque fragilis.

Sanctus Michael me defendat
semper suis viribus
anima egrediente
cum sanctorum millibus.

Sanctus Gabrihel, sanctus Raphael
atque omnes angeli
intercedant pro me semper
simul et archangeli.

Aeterne possunt praestare
regis regni curia,
ut possedeam cum Christo
paradisi gaudia.

Gloria sit semper deo,
patri atque filio
simul cum sancto spiritu
in uno consilio Amen.

Mone l. c. *Reichenauer Hs. zu Karlsruhe, No. 221. vorletztes Blatt, aus dem 8. Jahrh. von fränkischer Hand, aber von einem irischen Dichter.* — 2. *dem Verse nach ist fixa zu viel.* 6. für *ductore, nach irischer Aussprache.* 10. *von* ἐν-έργεια, *zusammenhängend mit den Besessenen*, ἐνεργούμενοι. 28. *fehlt ein Wort ohne Lücke der Hs.* 37. aeternae Hs. 38. *es steht* ccuricc, *d. i. auria nach der Schrift des 8. Jahrhunderts, oder guria; beide Verse sind undeutlich und wahrscheinlich verdorben.* 39. *für possideam.*

O coelorum alme princeps. M.

In Festo S. Michaelis.

O coelorum alme princeps Michael fortissime
Summi Regis Christi summus Portitorque rutilus,
Ipsa voce Michaele Dicens: Quis ut Dominus?

Tu polorum aulae decus, Tu thronorum cives es:
Dominationum arce Virtutumque praemines:
Principatuum, Potestatum, Lux coruscans enites.

Tu creatus Creatoris Obsequens officio,
Humilem praelatus axem Non linquis fastidio:
Ille dum refuga cadit Insolens in Tartaro.

Inde tibi summa virtus Pollet, vigor inclyte,
Tenebrosis dominari Turbis daemoniacis:
Iudicare censor suis Zabulum cum Angelis.

Tu salus plebis Judaeae Coelo missus lator es:
Almo vati iubar ferens Danieli oraculo:
Fortem inquit te bellare Pro fideli populo.

Inde quaesumus nos, alme Miles, victor inclyte;
Exhibe cunctis renatis Nunc demum baptismate,
Quae praestabas olim pie Veteri aenigmate.

Omnis sexus, omnis aetas Prompta mundum linquere,
Verum Christi callem clives Discamus concurrere:
Quo queamus coeli portam Transitum post petere.

Ultimo die, cum ille Resurgendo fulserit,
Non reorum sorte vincti Mancipemur Tartaro,
Sed urbano lucis loco Deputemur liberi.
Tunc honor duplex, dum Sanctis Digna merces redditur:
Non indignis mala nobis Obligent, quae gessimus:
Sed mutandi transferamur Ex fide sideribus.

Laudem soli Trino fantes Numini multimodam,
Spiritus, Patrisque et Agni Mox adepti dexteram,
Gaudeamus, exultemus Affatim per secula.

Christe vere rex Sanctorum. *M.*

In Festo SS. Servandi et Germani XXIII. Oct.

Christe, vere Rex Sanctorum, Et sacrator Martyrum,
Tu es veritas et via Vitaque credentium:
Tu optantibus das votum Et beatis bravium.

Tibi laudum vota pandit Cuncta chors Fidelium:
Qui Servando et Germano Robur mox eximium
Concessisti, ut triumphent Dimicando Zabulon.

* * *

Nobilis per vulnus amplum Porta iustis panditur:
Quosque Christus candidatis Aggregat cohortibus,
Miscet choris Angelorum, Et coronat praemiis.

State nunc, hymnistae cuncti, Voce, votis, munere:
Atque in laudem Sanctorum Vox cunctorum insonet;
Sit dies haec festa nobis, Sit sacratum gaudium.

Gloria Deo Parenti etc.

Fortem, fidelem, militem.

De S. Dionysio.

Fortem fidelem militem.
coeli secutum principem,
Dionysium martyrem
plebs corde, voce personet.

Clemente Roma praesule
ab urbe missus adfuit,
verbi superni seminis
ut fructus esset Galliae.

Opus sacratum construit,
fidem docet baptismatis,
sed audientium caecitas
munus repellit seminis.

Tenetur a gentilibus
Christi placens altaribus:
amore tantae gloriae
palmas libenter excipit.

Unum quod illi defuit,
pro rege colla tradidit:
dilectionem pectoris.
cervice caesa prodidit.

Magnus sacerdos, qui dabat
templi sacrata munera,
fuso beato sanguine
est factus ipse victima.

Felix pio de vulnere
quod poena palmam praebuit
qui morte mortem conteris,
nunc regna coeli possides.

Gloria sit Deo Patri,
gloria Unigenito,
una cum sancto Spiritu
in sempiterna saecula.

Luchi: *Huiusce hymni mentionem fecerat Hilduinus Abbas in epistola ad Ludovicum Pium Augustum, quae exstat apud Surium ad diem 9. Octobr. hisce verbis: Contemporalis Gregorii Turonensis et scholasticissimus Fortunatus, qui plura et frequenter ad eum scripserat, hymnum rhythmicae compositionis pulcherrimum de isto gloriosissimo martyre composuit, in quo commemorat, eum a sancto Clemente destinatum, sicut in Latinorum paginis edidit etc. Hunc deinde hymnum edidit primum Iacobus Dubletius lib. I. Antiq. unde alii illum sumpsere; et inter hos Editores Operum S. Dionysii, Edit. Venet. a. 1756. Repetitur et in Vindiciis Areopagiticis P. Laurentii Cozzae, editis Romae a. 1702. At Lannoius in Dissertat de duobus Dion. c. 18. negat hunc hymnum esse Fortunati, sed rem non evincit, quocirca non dubitavi illum edere sub Fortunati nomine, praesertim cum et stilus, optimus testis, id suadeat.*

Bellator armis inclytus.

Thes. I. p. 105. De S. Martino.

Cod. Rhenov. 91. saec. XI.: 2. actus. 3. quos gesseris. 7. Christo ipsa concidit. 17. cum. 19. quos.

Quantis nostra fides empta laboribus. M.

In Festo Omnium SS. Martyrum. XXII. Jun.

Quantis nostra fides empta laboribus!
quam tot purpurei sanguine Martyres
signatam, caleant ut pia pectora
transmisere nepotibus!

Hac spiramus adhuc, vivimus hac fide:
hinc spes certa venit: nascitur hinc salus:
o nos degeneres, si pigeat viam
tot tritam ducibus sequi.

Hos non haereseon impietas tuo,
Princeps Christe, iugo surripuit: tibi
hos mater peperit: vindicat hos sibi
dux Ecclesia milites.

Ex hoc fonte diem plenius hausimus;
Christi religio moribus integra

ad nos usque redit: plena Deo fluit
his doctrina canalibus.

Patri maxima laus, maxima Filio;
sit par sancte tibi gloria Spiritus:
qui das Martyribus mille neces pati,
et per funera vincere.

Sancti venite. ***B.***

Thes. I. p. 193. III. p. 285. Ad Communionem.

Descripsi nobile carmen e Rambachii Anthologia, haud suspicatus Virum Doctum silentio unam stropham praetermisisse, cum alias omnem praetermissionem diligenter adnotaverit. Sed vere suppressit stropham tertiam, quippe quae grandius quid de sacramento sentire videbatur, quam ut ferri posset:

Hoc sacramento
Corporis et Sanguinis
Omnes exuti
Ab inferni faucibus.

V. 25. in Thesauro vitiose scriptum est pro accedant accedunt. Ceterum iam Benchorienses hymno inscripserunt: Hymnum quando communicarent sacerdotes, itaque retractamus, quae scripsimus in Thesauro.

Fortlagio carminis virtutes miranti (III. 285) adiungimus Nealium (Mediaeval Hymnus p. 13): *Rugged and unpoetical as this hymn is, it has a certain pious simplicity about it, which renders it well worthy of preservation. It is an early example of a metrical composition, sung during the Communion of the people. The communio of the Latin, like the Koinonikon of the Eastern Church, never now appears but as prose.* Ut mihi videtur, carmen coniunctionis quid habet cum Antiphona pervetusta in communione paschali cantari solita, cuius meminit Gregorius Turonensis de mir. S. Mart. 2, 13: Venite populi ad sacrum et immortale mysterium et libamen agendum. Cum timore et fide accedamus manibus mundis poenitentiae munus communicemus, quoniam propter nos agnus Dei patri sacrificium propositum est. Ipsum solum adoremus, ipsum glorificemus, cum angelis clamantes, Alleluia. Codex Lit. I. p. 148 sq.

Christe cunctorum dominator alme. Th.

Thes. I. p. 107. De Dedicatione ecclesiae.

Brev. Constant. 5. pure. 6. resonet. 7. 8. redeunt colenda tempora festa. 26. regis immensi vineaque.

O beata Jerusalem. M.

In Restauratione Basilicae.

O beata Jerusalem, Praedicanda civitas
Quae tuis laeta triumphas In supernis civibus:
Innovata Regis amplo Claritatis stigmate.

Fulgidum gestans timorem, Plena mater filiis,
Pacis almae gloriosis Laetabunda finibus,
Rite restaurata claro Sanctitatis lampade.

Hic tui templi refulget Sanctior memoria,
Iure restaurationis Lucido fundamine,
Quum decoris pollet acti Dignitatis sidere.

Te precamur hic adesse, Conditor sanctissime:
Hicque promptus consecrandis Sedibus inlabere:
Atque consecrator ipse Hic adesto iugiter.

Iam templum tui honoris Effice nos servulos:
Non caro, non corda nostra Militent discrimini:
Sed tuo sacro dicati Serviamus Nomini.

Regis hic Altare summi Sit coruscum lumine:
Sit honore mancipatum, Sit repletum munere:
Sit beatum, sit serenum, Sit placens Regi Deo.

Hic tibi nostrorum alma Cordium altaria
Consecra, Superne Iudex, Innovans nos gratia:
Sedibus illapsi donans De supernis munera.

Ut tibi per omne saeclum, Trinitas Sanctissima,
Sit honor, immensa virtus Et perennis gloria,
Qui Deus in Trinitate Permanes in saecula.

Obduxere polum nubila coeli.

Thes. I. p. 29. In postulatione serenitatis.

Squalent arva soli pulvere multo.

Thes. I. p. 31. In precatione pluviae.

Beda de Metris, Putsch p. 1377 sq.: *Metrum Dactylicum Tetrametrum Catalecticum constat e spondeo, dactylo catalecto,*

dactylo, spondeo. Quo usus est sanctus Ambrosius in precatione pluviae, cum exordium hoc est: Squalent arva etc. (usque ad v. 6.) cuius finis hic: Iam coelos etc. (37—44). *Idem versus est eodem metro in postulatione serenitatis, quod ita incipit: Obduxere etc.* (v. 1. 2.), *et ita finit:* Jesu parce etc. (33—40). In carmine primo v. 37. legit Beda immissa, in secundo v. 3. roris. 39. Habraam. Mihi non contigit alterutrum carmen in codicibus investigare, nec Monius ea unquam conspexisse videtur in longa sua librorum manu scriptorum copia. Desideratur enim in hymnario eius.

Non fides deneganda est Bedae, pulcherrima carmina ab Ambrosio profecta esse autumanti. Rambach Anthol. I. p. 116: *Dies auf das Zeugniss eines Schriftstellers, der an viertehalb hundert Jahre später als A. lebte, zu glauben, würde freilich gewagt sein.* At vero non solum annorum computandus est numerus, sed scriptoris auctoritas ponderanda et fides, denique ipsius hymni indoles examinanda ac virtus. Praeterea precationi pluviae adspergimus duos Ambrosii locos, quibus multis de Ambrosio hymnorum auctore persuadebitur. Hexaem. 4, 7: *Denique cum ante dies sermo esset de pluvia, quae fore utilis diceretur, ait quidam: Ecce neomenia dabit illam. Et quamvis cupidi essemus imbrium, tamen eiusmodi adsertiones veras esse nolebam. Denique delectatus sum, quod nullus imber effusus est, donec presperandum, sed de providentia et misericordia creatoris.* Epist. *cibus ecclesiae datus, manifestaret non de initiis lunae eum* I. 18. p. 838. ed. B.: Ambrosius, cum famem et siccitatem multis Virgilianis sententiis ac vocibus usus enarrat, ita pergit: *Propterea ergo detractis, ut aiunt, arbusta exuta corticibus, succo miserabili deficientium ora lambebant — — Iam enim nec herbarum vulsis radicibus rusticana plebs pascitur, nec baccae silvestris explorat solatia, nec cibum de sentibus rapit.* His appone carminis stropham: Radices nemorum rustica plebes Explorat misero curva labore Solaque famem cortice quaerit, Nec succos teneros arida praestat. Epistola illa ad Valentinianum missa scripta est anno 384: fames fuerat et siccitas anno superiori 383, quo fortasse carmen conditum est. Locus Hexaemeri ita intelligi potest, ut postea quoque pluvia deficiente ecclesia huius carminis vocibus preces suas ad Deum fuderit.

Subfragare trinitatis unitas.

Hymnus luricae. Mone I. p. 367.

Subfragare trinitatis unitas,
unitatis miserere trinitas,

subfragare mihi, quaeso, posito
maris magni velut in periculo.

Ut non secum trahat me mortalitas
huius anni neque mundi vanitas,
et hoc idem peto a snblimibus
caelestis militia virtutibus.

Ne me linquant lacerandum hostibus,
sed defendant iam armis fortibus,
et me illi praecedant in acie
caelestis exercitus militiae.

Cerubim et Seraphim cum millibus,
Gabrihel et Michahel similibns;
opto thronos, viventes, archangelos,
principatus, potestates, angelos.

Ut me denso defendentes agmine
inimicos valeam prosternere.
tum deinde caeteros agonithetas,
patriarchas, quatuor quater prophetas.

Apostolos navis Christi proretas
et martyres omnes peto anathletas
ut me per eos salus sepiat
atque omne malum a me pereat.

Christus mecum pactum firmum feriat,
timor, tremor tetras turbas terreat.
deus, inpenetrabili tutela
undique me defende potentia.

Mei gybrae pernas omnes libera,
tuta pelta protegente singula,
ut non tetri daemones in latera
mea librent, nt solent, iacula.

Gigram, cepphale cum iaris et conas,
patam, liganam, sennas atque michinas,
chaladum, charassum, madianum, talias,
batma, exugiam atque binas edumas.

Meo ergo cum capillis et vertici
galea salutis esto capiti,
fronti, oculis et cerebro triformi;
rostro, labio, faciei, tympori.

Mento, barbae, superciliis, auribus,
genis, buccis, internaso, naribus,

pupillis, rotis, palpebris, tautonibus,
gingis, anhelae, maxillis et faucibus.

Dentibus, linguae, (ori), uvae, gutturi,
gurgulione et sublingua, cervici,
câpitali centro, cartilagini,
collo clemens adesto tutamini.

Deinde esto lorica tutissima
erga membra, erga mea viscera,
ut retrudas a me invisibiles
sudum clavos, quos figunt odibiles.

Tege ergo, deus, forti lorica
cum scapolis humeros et brachia,
tege ulnas cum cubis et manibus,
pugnos, palmos, digitos cum unguibus.

Tege spinam et costam cum artubus,
terga, dorsum nervosque cum ossibus,
tege cutem, sanguinem cum renibus,
catacrines, natcs cum femoribus.

Tege gambas, sura, femoralia,
cum genuclis poplites et genua,
tege talos cum tibiis et calcibus,
crura, pedes plantarum cum basibus.

Tege ramos concrescentes decies
cum mentagris, unges binos quinquies,
tege pectus, iugulam, pectusculum,
mamillas, stomachum et umbilicum.

Tege ventrem, lumbos, genitalia,
alvum et cordis vitalia,
tege triphydum iecor et ilia,
marsim, reniculos, fethrem cum obligia.

Tege toliam, thoracem cum pulmone,
venas fibras, fel cum bucliamine;
tege carnem, unguinem cum medullis,
splenem tortuosis cum intestinis.

Tege vesicam, adipem et pantes
conpaginum innumeros ordines;
tege pilos atque membra reliqua,
quorum forte praeterivi nomina.

Tege totum me cum quinque sensibus
et cum decem fabrefactis foribus,

ut a plantis usque in verticem
nullo membro foris aegrotem.

Nec de meo vitam possint trudere
pestis, febris, languor, dolor corpore,
donec iam dante deo seneam
et peccata mea bonis deleam.

Ut de carne iens imis carêam
et ad alta evolare valeam,
et miserto deo ad aetherea
laetus vehar regni refrigeria.

Explicit hymnus, quem Lathacan scotigena fecit.

Mone 1. c. *Hs. zu Darmstadt No. 2106. aus dem Ende des 8. Jahrh. In der Hs. ist das Lied nicht strophenweise abgetheilt. Das Lied steht auch in einer Hs. zu Wien des 15. Jahrh., wovon Denis catal. codd. theol. Vindob. I, 3. p. 2932 einige Verse mittheilt und darüber sagt: Hymnus sat mendose scriptus, rudis et superstitiosus, quo quis omnes vel minimas corporis sui partes deo protegendas prorsus ἀνατομικῶς adnumerat (l. enumerat).*) ubi ad membrorum censum delabitur, Plautinum te cocum aut Merlinum Coccaium audire credas. — Wenn es mit geringschätzigem Spott gethan wäre, so dürfte ich nicht wagen, diesem Urtheil der Aufklärung zuwider das unbeholfene Lied bekannt zu machen, aber da man in der Geschichte der Literatur wie in Sammelwerken auch auf unvollkommene Schriften Bedacht nehmen muss, so habe ich es mitgetheilt. Es knüpfen sich daran Aufschlüsse, die Denis nicht ahnte, und die nicht unerheblich sind. In der Wiener Hs. wird das Lied Hymnum Luticae genannt, welcher Schreibfehler zu der irrigen Bemerkung Anlass gab, die Denis machte: quod si quis a luta (falsch, es müsste lutta heissen), quod medio aevo pro lucta legitur, derivare velit, hymnum eiusmodi olim luctatoribus pugilatum professis (luttatore, lutteur, nobis Ringer, Anglis boxer) familiarem fuisse statuet, Das ist weit gefehlt. Stünde in der Wiener Hs. der Name des Dichters, so hätte wohl Denis selbst gefunden, dass es derselbe Ladkenus Hiberniensis sei, der einen Auszug aus den Moralia Gregorii Magni machte, welchen man nicht mehr hat, wie Denis l. l. p. 2980 anführt.*

*) Minime vero. Suo iure Denis vocem adnumerandi usurpavit, sed ita ut non careret irrisione. Plaut. Mercat. Prol. 88. Cic. 5 Verr. 195: „Der Dichter zählt Gott seine Glieder einzeln zu, (wie der Wechsler das Geld), um sie aus seinem Schutze richtig und unversehrt zurück zu erhalten."

Es giebt ein irisches Gedicht von 33 vierzeiligen Strophen, welches der Abt Columcille von Hi, der im Jahr 597 oder 598 starb, gemacht hat und das in drei Hss. der Bibliothek zu Brüssel vorkommt unter dem Titel: Luireach Colaimchille, oder sgiath luirech Coluimchille, d. i. lorica oder scutum loricae Columcillae. Auch dieses Lied ist ein Gebet um den Schutz Gottes, worin diejenigen Gegenstände, um deren Schutz gefleht wird, mit ähnlicher Umständlichkeit aufgeführt sind, wie in obigem Hymnus, wornach es wahrscheinlich wird, dass Lathacan denselben mit Rücksicht auf das Lied Columcille's gemacht und ihm auch den Namen hymnus loricae gegeben hat. Als Beispiel irischer Hymnendichtung des 7. Jahrh. ist obiges Lied nicht ohne Interesse, weil man daran eine nationale Behandlung wahrnimmt, die von jener der andern Völker sehr abweicht. Sie hängt zusammen mit der ins Kleinliche gehenden Detaillirung der Zeichnung in den altirischen Bildwerken, besonders der Handschriftbilder, und dieses Specialisiren ist demnach ein nationaler Zug. S. Mittheilungen der antiquar. Gesellsch. in Zürich, Bd. 7, 73—75. 92. Das Lied Columcille's fängt so an: Sciath dé do nim umum (andere Lesart: thoram): der Schild Gottes glänzte über mir. Die Hss. weichen stark von einander ab und verwirren stellenweise den Strophenbau.

Das Lied beruht auf Rom. 13, 12. II. Cor. 10, 4. besonders Ephes. 6, 11. I. Thessal. 5, 8.

Antequam ad genuinam carminis scripturam eruendam divertamus, opus est quae de metrica ratione sentimus, brevi exponere.

1. Admittit poëta hiatum v. **7. 9. 10. 11. 13. 22. 24** (bis) **50. 51. 53. 55. 57. 68. 77. 89. 90. 91.**

2. Occurrit Synizesis uti accepta sermoni familiari ac rustico. **19.** deînde. **20.** quatûor. **40.** labîo s. facîei. **41.** supercilîis. **63.** tibîis.

3. Nego poetam elisionis leges servasse. Qui sententiae nostrae refragari videntur versiculi, ad Synizesim revocandi sunt. **37.** mêo ergo. **46.** gurgulîôni et. **49.** dêînde esto.

4. Item poeta alienus est ab diaeresi, quae politioris artis est.

5. Alliterationis vestigia apparent v. **26. 46—48. 63. 82. 87** etc.

Iam in ipsam arenam descendendum est.

10. M. Iam *zweisilbig*. Sed legendum est vitam. **15.** Recte M. virtutes. **20.** M. patre. quatuor, quater prophetas. Sed male. Nam Patriarchae ad quaternum numerum redigi nequeunt, neque vox quatuor duplici ratione ad

patriarchas ac prophetas pertinere potest. Invocat poeta patriarchas et sexdecim prophetas. 22. M. athletas. Ego malim anachoretas. 23. Legendum uti. 29. M. gibbae perperam. Gybra est homo ut apud Benzonem ad Heinricum IV. lib. 7. Pertz Mon. XIII. p. 674. 679. 32. M. iacula *viersilbig*. At legimus uti ac iacula ut trisyllabam vocem. 33—36. M: *gebe ich unverändert wie die Hs., nur mit Beifügung der Interpunction. michi: nas. 34. steht so in der Hs., cepphale ist* κεφαλὴ *und exugiam 36. axungiam, (adeps suillus?) die Verderbnisse der andern Wörter kann ich aber aus Mangel an Hss. nicht verbessern.* Mihi alia placent. Cum in periocha de galea 37—47 omnes enumerentur capitis partes uti in versibus loricae 49—80 reliqua corporis membra, oritur quaestio quid tutelae remaneat peltae. Omnino cepphale et conas (comas) spectare videntur ad membra et partes corporis; at reliqua vocum monstra, indomita, ut ita dicam, terrent lectorem. Ut mihi videtur, poeta 33—36 non in partibus corporis versatur, sed in morbis, qui recte vocantur daemonum iacula. Librarii, qui doctissimas Hippocratis et Galeni voces prorsus ignorarunt, ipsos hos versus misere deturparunt. Itaque audacia quadam 33—36 sic lego:

Lepram, elephantiasin et nomas,
herpetem, lichenem, panos, phagaenas,
chalazam, carbonem malignum, tamas,
erysipelas, boas, reduvias.

37. M. vertici *für* vertice, *des Reimes wegen. Nach der irischen Sprache sind vertice und vertici gleichbedeutende Formen.* 39. et omittendum est. 40. M. *tympus oder timpus ist die gewöhnliche Form, wenn das Wort Schlaf bedeutet.* Ego legere malim: triformi (biformi?) cerebro — tympano. 42. Vox internasus = dissepimentum narium a latino sermone prorsus aliena est. An e v. 45. ori, quod in illo versu superfluum est, hic anticipandum? ori, naso, naribus? 43. Hunc versum ita lego: pupis, rotis, palpebris, temporibus. Si v. 40. reiicias coniecturam tympano, palpebrae fortasse vocantur tectores vel tntores. 44. Coniicio: linguae, glandulae, maxillis, faucibus. 45. M. sublinguae = Zungenbändchen. 47. cap. centrum quid significet, difficile est ad explicandum. Opinor, poetam oesophagi aditum sibi fingere centrum capitis. 52. sudum pro sudium. Ratione habita loci 2 Cor. 12, 7 (σκόλοψ τῇ σαρκί) poeta iterum orat ut arceantur a membris suis morbi, quos daemones ut sudem et clavos hominibus infigunt. 54. M. scapolis irische Form für scapulis. 56. M. cubis

contrahirt für cubitis. Sed hoc durius est. Malim legere: cubitos cum manibus. 60. Lege coxendices. 61. Pro sura legendum suras. 62. M. gennuclis *contrahirt für* geniculis. At quid differunt genicula et genua? Fortasse legendum cum pernulis. 65. M.: *die Finger*. At cum digitos v. 56. commemoraverit, pedis digitos intelligas. 66. Lege cum metacarpis (μεταχάρπιον): vox a manibus ad pedes translata. quinquies dissyllabum per Synizesin. 67. Pectusculum, cum praeibat pectus aptum sensum non praebet. Propono: pectus, claviculum, iugulum. 70. Desunt duae syllabae cf. 72. 71. M. trifidum. Sed aptius est triphyllum. Iecur triphyllum sibi fingit poeta ad normam Hepaticae, quam iecoris similitudinem referre putant. 72. Versus qui medicam exspectat manum. Fortasse reniculi testiculos significant uti νίφροι=ὄρχεις: sub fethrem latere potest urethra et obligia esse potest frenulum praeputii. Itaque versus hic e coniectura evaderet: reniculos, urethram cum ligula. Superest et sensu et syllabarum numero vox monstrosa marsim. Num excidit e vers. 70? Coniicio armos, ita ut m e voce alvum ad armos delapsa sit. 73. Lege coeliam (κοιλίαν). 74. Lege et fel cum abdomine. 75. inguina cum medullis. 77. 78. M. πάντες. Ego vero lego — adipem, pancreas, ossium compagines innumeras. 83. uti a pl. 84. Pro foris, quod e v. 82. irrepsit, legendum corporis. 87. Pro iam leg. vitam. 89. Fortasse vitiis caream.

Hic functionis est dies. M.

In officio unius defuncti.

Hic functionis est dies:
Credentis in te, Rex Deus,
Functi fidelis spiritum
Traduc choris coelestium.

Huius tenebras discute,
Peccata huius disiice:
Locetur in coelestibus
Iunctus polorum civibus.

Serenus huic micet dies,
Sidus perenne splendeat:
Nullis teratur tediis,
Summis fruatur gaudiis.

Ut inferorum carceres,
Et claustra quaeque horrentia
Pertransiens in aethera
Coeli fruatur patria.

Christe rex mundi creator. M.

In officio mortuorum.

Christe Rex, mundi Creator, Et Redemptor inclyte,
Vota plebis obsecrantis Tu benigne suscipe:
Voce supplice precamur, Postulatus adveni.

Mortis olim tu potenter Viceras ut principem,
Saeva Tartara petisti, Dira claustra diruens:
Vincla ferrea resolvens Et retrusos eximens.

Hoc triumpho confitentes Mente prona quaesumus,
Mortuis tu des quietem, Cum quiete gaudium:
Dexterae Patris Trophaeum Cum Beatis omnibus.

Non eos perurat ignis, Non catena vinciat:
Vermis illius pavendi Nemo poenam sentiat:
Sed tuo dono beati Absque fine gaudeant.

Praestat Unitas haec semper, etc.

Apparebit repentina.

Thes. I. p. 194. De die iudicii.

Mentionem facit hymni Beda de Metris cf. p. 20. Neale Med. H. p. 9: *It manifestly contains the germ of the Dies irae, to which, however inferior in lyric ferrour and effect, it scarcely yields in devotion and simple realisation of its subiect.*

Du Méril Poésies Populaires Latines I. p. 125 sq. carmen excudi curavit, in uno versu a nostra scriptura discrepans: **16.** parent.

Saeculum Nonum et Decimum.

Complectuntur hymnos, quorum mentio fit apud Hincmarum. Porro prodeunt carmina Codicis Rhenoviensis **111**. sc. X. (R).*) Accedunt alia, Monii ac Du Mérilii auctoritate his saeculis adsignata.

Conditor alme siderum. R.

Thes. I. p. 74. Add. II. 382. De Adventu Domini.

Duplex est huius carminis scriptura. Altera est Cisterciensium, hodie tamen ab ipso ordine vulgatae posthabita: altera est toti ecclesiae communis, quam correxit Breviarium Romanum.

Cisterciensis hymnus in Thesauro agnoscendus est in

*) Praetermissae sunt cantiones, quibus nihil addendum erat nisi quod Rhenoviensi illo testimonio saeculo decimo notae ac divulgatae erant: Te lucis ante terminum, Exultet coelum laudibus, Deus tuorum militum, Christe sanctorum decus atque virtus.

lectione codicis Herbipolitani, olim monachis Ebracensibus usitato. Eundem carminis textum invenit Monius in charta monasterii Lichtenthal saec. XIV, quod itidem moniales Cistercienses obtinent. Variat v. 6. subiectis. 20. simus. Hymnum ad Cisterciensium normam directum antiquiorem putat Monius eumque typis excudit, ita tamen ut v. 20 recte mutarit quamdiu sumus. *Der ältere Text ist regelmässig nach der Betonung gebaut und hat seine edle Einfalt durch die frühere Ueberarbeitung wie auch durch die metrische Berichtigung im römischen Brevier verloren.* Saeculi sexti vel septimi esse carmen Viro Docto persuasum est.

At haec omnia ex mea sententia dissident a vero. Ante Cisterciensium ordinem conditum nulla exstat membrana, quae scripturam illam antiquiorem complectatur: contra praeter Thomasium tres adsunt codices saec. X. et XI., vulgato textui patroni: Rhenoviensis **111**. saec. X. (R. **1**), Rhenoviensis **91**. saec. XI. (R. **2**) ac codex Monacensis No. **17027** saec. X. (M), quem evolvit Monius. Itaque ne Monius quidem mihi persuadebit, scripturam hymni saec. XIII. et XIV. evulgatam antiquiorem esse illa, quae saeculi decimi et undecimi firmatur testimonio.

11. R. **1.** ingressu honestissimo. R. **2.** honestissimae. **12.** R. **1.** clausulam. **17—20** in tribus codicibus leguntur. **20.** R. **1.** observans. M. observet.

8. D. cis. **16.** D. Ca. Cs. P. nutu fatentur. **17—20.** in omnibus om.

Notatu dignum est codicem Rhen. saec. X. hymnum uti appendicem reliquis quinquaginta quinque adiungere. Nascitur mihi inde suspicio carmen ceteris recentius, fortasse ipso saeculo decimo compositum.

Christi caterva clamitat.

Thes. I. p. 274. De Adventu s. de Nativitate Domini.

Christi caterva clamitat,
rerum parenti proximas,
quas esse sentit, gratias
laudesque promat maximas.

Vatum poli oracula
perfecit olim tradita,
cum nos redemit unicus
factoris orbis filius.

Verbum profectum proditum
tulit reatum criminum
sumensque nostrum pulverem
mortis peremit principem.

A matre natus tempore
sed sempiternus a patre,
duabus in substantiis
persona sola est numinis.

Venit deus factus homo,
nitescat ut cultu novo
renatus in nato deo
factus novus vetus homo.

Natalis hinc ob gaudium
ovans trophaeo gentium
renata plebs per gratiam
haec festa praebet annua.

Adventus hic sollemnibus
votis feratur omnibus,
quos sustinere convenit
tanti diei gloriam.

Secundus ut cum coeperit
orbemque terror presserit,
succurrat haec humillima
snsceptionis dignitas.

Praesta pater piissime
patrique compar unice
cum spiritu paraclito
regnans per omne saeculum.

Mone I. p. 45 sq.: Hs. der Stadtbibliothek zu Trier No. 1404. aus dem Uebergang des 8. zum 9. Jahrh., unter einer Hymnensammlung, die dem Kloster S. Matthias bei Trier gehörte (A); auch in dem Hymnarium des Cardinals Tomasi S. 379 ed. Vezzosi (B). Daniel, 1, 274 hat dieses Lied nicht unter die alten Hymnen aufgenommen, weil er es nur bei Cassander fand, sondern jenen beigeordnet, die in den Brevieren des 14. Jahrh. vorkommen, was unrichtig ist, da es in das fünfte Jahrhundert gehört.

hymnum, A (in titulo). *gewöhnlich braucht die Hs. das Wort neutral, was ich auch in andern Hss. des 8. Jahrh. angetroffen, die an die lingua rustica streifen, was für das hohe Alter solcher Hymnen spricht.* 1. clamitet B. 9. profecto B, *nicht gut, denn es ist ein Wortspiel zwischen profectum und proditum, und jenes steht für missum, scil. a patre.* 20. verus A. 22. genitum B. *trophaeum gentium, der Sieg des Christenthums über die Heiden, d. h. die Bekehrung derselben. Zur Zeit dieses Liedes waren also die Heidenchristen schon so überwiegend, dass die Judenchristen darin nicht mehr erwähnt sind, welche noch in den Liedern des h. Ambrosius vorkommen.* 28. gloria. A. V. 29—32 haben Aehnlichkeit mit der Schlussstrophe des Hymnus: Vox clara ecce intonat bei Daniel. (Praeterea v. 11. valde similis est v. 10 in hymno 96.) 33—36 fehlen in A.

Salvete flores Martyrum. R.

Thes. I. p. 124. II. 382. De SS. Innocentibus.

R. e Prudentii carmine has strophas delibavit. I. Salvete. 4. ut t. florentes rosas. II. Quid crimen. III. Vos prima. IV. Audit tyrrannus anxius adesse regum principem: exclamat amens nuntio: ferrum satelles corripe. V. Mas omnis. VI. Quid proficit tan-

tum nefas? Inter coaevi sanguinis fluenta solus integer impune Christus tollitur.

Breviar. Constant. I. Salvete. 2. lucis ipso. 4. uti florentes. II. Quid crimen. III. Audit ut R. IV. Mas omnis. V. Transfigit. IV. O barbarum. VII. Quid proficit etc. ut R. 22. Obb. destricto. 28. discedat. 29. Ar. Obb. quid.

Brev. Romanum ad Matutinum haec cani iubet:

Audit tyrannus anxius
Adesse regum principem,
Qni nomen Israel regat
Teneatque David regiam.

Exclamat amens nuntio:
Successor instat, pellimur,
Satelles i, ferrum rape.
Perfunde cunas sanguine.

Quid proficit tantum nefas?
Quid crimen Heroden iuvat?
Unus tot inter funera
Christus impune tollitur.

Ad Laudes.

Salvete flores martyrum,
Quos lucis ipso in limine
Christi insecutor sustulit
Ceu turbo nascentes rosas.

Vos prima Christi victima,
Grex immolatorum tener,
Aram snb ipsam simplices
Palma et corona luditis.

Trench versiculo primo παράλληλον facit locum Augustini vel Pseudo-Aug.: Iure dicuntur *martyrum flores*, quos in medio frigore infidelitatis exortos, velut primas erumpentis ecclesiae gemmas, quaedam persecutionis pruina decoxit.

Ex more docti mystico. R.

Thes. I. p. 96. Quadragesimalis.

Stephenson. (S) Monius septem libros saec. XV. consuluit. (M) Brev. Constant. (C) Mone I. p. 95: *Das Lied ist von Gregor d. Gr., es hat nicht nur seine Behandlung der Zahlenmystik (vgl. seine homil. in evang. 2, 24, 4 und 2, 31, 6), sondern auch die Art seiner Lehren und Predigten.*

1. S. en. 2. R. servamus. 4. S. novissimo. 6. R. praetulerunt. 15. 16. M. callidi hostis locum tyrannidi. 20. C. flectemus. 23. S. infunde. 29. R. S. fecimus. 32. S. possimus in perpetuum.

6. P. Ca. praetulcrunt. 15. callidi. 29. fecimus.

Audi benigne conditor. R.

Thes. I. p. 178. Quadragesimalis.

Cod. Reichen. 91. saec. X. ab Monio collatus. (Rch.)

Stephenson (S) Monius praeterea tredecim codices ac libros saec. XIV. XV. XVI. inspexit. (M) Brev. Constant. (C)

10. 11. R. Rch. C. poenasque comparavimus sed cuncta qui solus potes. 11. S. laudem tui nominis. Monius v. 10. 11. examen chartarum Cisterciensium saec. 14. et 15, instituit, quippe quae antiquissimas hymnorum voces religiosius servarunt. Tamen decimi saeculi membranae Rhen. ac. Reichen. scripturam Monii et Thesauri incertam reddunt. 13. S. contere. M: *Schreibfehler, denn die angelsächsische Uebersetzung beon tobrytt beweist es.* M. 13—16 *lauten in Valentiani hymnodia ss. patrum (Venet. 1646) p. 240 ganz verschieden also:* Concede nostrum conteri corpus per abstinentiam, culpae ut relinquant pabulum ieiuna corda criminum. *Diese Strophe habe ich sonst nirgends gefunden.* Res expeditissima. Desumpsit Val. stropham e Breviario Romano, illo tempore iam correcto. 17—20 lässt Valentianus weg. 19. S. ut sint acceptabilia.

10. P. et poenas comparavimus.

Te lucis auctor personant.

Thes. I. p. 258. Paschalis.

Te, lucis auctor, personant
huius catervae carmina,
quam tu replesti gratia
anastasis potentia.

Nobis dies haec innuit
diem subpremum sistere,
quo mortuos resurgere
vitaeque fas sit reddere.

Octava prima redditur,
dum mors ab unda tollitur,
dum mente circumcidimur,
novique demum nascimur.

Dum mane nostrum cernimus
redisse victis hostibus,
mundique luxum tempnimus,
panem salutis sumimus.

Ieiuniorum victimis
corpus litamur aridis,
piisque parsimoniis
sacris potamur hostiis.

Haec alma sit sollempnitas,
sit clara haec festivitas,
sit feriata gaudiis
dies reducta ab inferis.

Gloria patri ingenito,
semperque unigenito,
simul cum sancto spiritu
in sempiterna saecula.

Mone I. p. 186: Hs. der Stadtbibliothek zu Trier No. 1404. 8—9. Jahrh. (A), bei Bebel f. 12. (B), bei Clichtoveus f. 37. (C). Hs. zu Karlsruhe o. No. 15. Jahrh. für die feria secunda (D).

Mone 1. c.: *Ein Hymnus, der selten vorkommt, weil er seiner Bestimmung nach früh veraltet ist; Daniel aber setzt ihn irrig unter die späten Lieder und gibt davon nur den An-*

fang, I. 258. Er gehört noch in das 5. Jahrhundert, und ist ein Osterlied für die Täuflinge. Wie die Täuflinge im Taufhymnus No. 137 plebs heissen, so werden sie hier V. 2. caterva genannt und Christus wird als lucis auctor angerufen, weil sich dies auf die Taufe bezieht. S. No. 56, 1. Deshalb ist auch V. 9—12 die Octave der Ostern mit der Octave der Epiphanie und die Octave der Beschneidung Christi mit seinem Geburtstage als Parallele aufgestellt, und der weitere Inhalt des Liedes geht nicht zunächst auf Christus, sondern auf die Wiedergeburt der Täuflinge. Der Hymnus war mehr in Gallien als in den andern Ländern im Gebrauch.

Hymnus, quem nos legimus in cod. Rhenov. **91.** saec. XI., neque non in libro Constantiensi (Co), iure a Monio antiquiori ecclesiae aevo vindicatus est. Neque ego V. D. abnuerim, cantare poetam novellam Catechumenorum fidem ac gratiam, quamquam omnes carminis sententiae pertinere possunt ad omnes Christianos, paschali tempore quodammodo renatos ac mente circumcisos. At vero quod poeta significaverit Octavas Epiphaniae et Nativitatis, ea sententia magna laborat difficultate. Etenim si hymnus conscriptus est saec. V., antiquior est, cum festo circumcisionis, tum Octava Epiphaniae, cuius ante saeculum octavum vel nonum nullum exstat vestigium. Octava hoc loco accipienda est pro resurrectione Domini, vel quod idem est, pro die Dominica. Sensus: Paschali festivitate vel quavis dominica die renovat ecclesia atque reducit ressurrectionem Christi vel primam Dominicam. Cum Christus resurgeret, mortis imperium fractum est: nunc tollitur per undam baptismi. Et quod monuerunt apostoli, ut qui cum Christo consurrexissent, praeputio cordis circumcisi in nova ambularent vita: id quovis anno paschali praesertim tempore ecclesia fidelibus inculcat. Gregor. in Ezechiel. p. **1341** ed. B. *Dies quippe dominicus, qui tertius est a morte dominica, a conditione dierum numeratur octavus — — Sexta feria passus est, sabbato quievit in sepulcro, dominico autem die resurrexit a morte. Praesens enim vita nobis adhuc est sexta feria — sabbato quasi in sepulcro quiescimus — dominico vero die, a passione tertio, a conditione ut diximus octavo, iam corpore a morte resurgimus.*

A. in titulo hymnum, p. **120.** **1.** B. C. D. Co. personent. **5.** Co. haec dies. **8.** A. om. vitae. B. Co. dicere. **9.** Co. abunda. **13—20.** om. D. **13.** A. cum. **17—20.** om. B. C. Co. Et sane ieiunii commemoratio male congruit cum alma et laeta Paschatis festivitate. **25—28.** om. B. C. Co. aliam praebet doxologiam. D. interserit stropham: Quaesumus auctor gratiae etc.

Festum nunc celebre magnaque gaudia. **R.** (*S. bene*)
Thes. I. p. 217. De Ascensione Domini.

Veni creator spiritus. **R.**
Thes. I. p. 213. II. p. 383. Pentecostalis.

Prima hymni commemoratio obvia est in Delatione S. Marculfi anno 898 facta. Cf. t. I. p. 214. Mira ac singularia profert Mone I. p. 242: *Vor allem muss ich einen Irrthum über den Verfasser dieses Liedes berichtigen, weil dies Einfluss auf dessen Kritik hat. Bei Tomasi S. 375 wird bemerkt, dass im Leben des h. Notker (Acta SS. Bolland. April. tom. 1, 587) Karl d. Gr. als Verfasser dieses Hymnus angegeben ist, und noch Daniel I. 213. folgt unbedenklich dieser Versicherung, obgleich die Hss. dieses Hymnus zum Theil älter sind als Karl d. Gr., welcher keineswegs die lateinische Sprache so gut verstand, dass er einen solchen Hymnus hätte machen können. Obiger Hymnus stimmt am meisten mit den Liedern Gregors d. Gr. überein, und ich halte ihn für den Verfasser. Die klassische Metrik mit theilweiser Zulassung des Reimes, besonders aber die gebetartige Behandlung sind den Liedern Gregors eigen. Auch die klassische Scansion v. 5. paraclītus verräth einen Kenner des Griechischen, was Gregor war, daher die Endstrophe nicht von ihm ist, theils wegen der Betonung paraclĭto, theils wegen dem regelmässigen Reim. Die Doxologie ist schon im V. 21—24 enthalten. Dass in diesem Liede Ambrosius nachgeahmt wurde, zeigt der Anfang und die entlehnten Verse.* — Sexcenties Monium monui, ne praetermittat, quae scripsi in Prolegomenis: hymnorum inscriptione nihil significari nisi ecclesiae traditionem. *)

Trench, Sacred latin Poetry, p. 167: *This hymn, of which the authorship is popularly attributed to Charlemagne, has had always attributed to it more than an ordinary worth and dignity, such as our Church has certainly recognized and allowed, when, dismissing every other hymn, she has yet retained this in the offices for the ordaining of priests, and the consecratings of bishops. It was also in old time habitually used, and the use in great part still survives, on all other occasions of a more than common solemnity, as at the coronation of kings, the celebration of synods, and, in the Romish Church, at the creation of popes, and the translation of the relics of saints.*

*) Alii Carolum Crassum auctorem carminis existimarunt.

Ceteroquin Viri Docti erat proferre codices Caroli temporibus antiquiores. At in hoc ipso carmine Monio ad manus erant libri saeculi decimi quarti tantum ac quinti (M), mihi Cod. Rhenov. **111.** saec X. (R. 1), Rhenov. **91.** saec. XI. (R. 2). Accedit Stephenson (S).

6. M. d o n u m D e i *haben alle, sowohl das Versmass als auch die gleiche Satztheilung in 8. forderten die Berichtigung deique donum.* **11.** R. 1. 2. M. p r o m i s s o. **12.** R. 1. 2. S. d i t a s. **16.** R. 2. M. p e r p e t i. **21—24.** Desiderantur in utroque Rhenoviensi atque in S. cf. p. 52 sq. **27.** *te für et haben alle, ein Scheibfehler, der sich fortgesetzt hat.* Mentem Monii non assequor: emphasi poeta Spiritum item iterumque alloquitur. Non Trinitatem cogitavit, sed Spiritum a Patre F i l i o q u e procedentem, qui non patris tantummodo spiritus sed et filii. Et haec ipsa stropha verosimilem suadet coniecturam. Synodus Carolo auctore et suasore congregata Aquisgrani anno **809** doctrinam occidentalis ecclesiae confirmavit: spiritum a patre et filio aequaliter procedere, Doctrina de Spiritu sancto rite sancita movit poetam quempiam, ut Spiritum sanctum novo carmine celebraret, a quo duplicis processionis mentio non abesset. Posteri, quoniam patres Aquisgranenses Caroli Magni de Spiritu sententiam probaverant, etiam hymnum illum in honorem Spiritus a Patre et Filio procedentis decantatum, ab ipso imperatore profectum esse opinati sunt.

16. P. Ca. Cs. D. p e r p e t i: 21—24 desiderantur in omnibus 29—32. Cs. G l o r i a p a t r i D o m i n o, n a t o q u e q u i a m o r t u i s s u r r e x i t a c p a r a c l i t o i n s a e c u l o r u m s a e c u l a. Ca. 29—32: D u d u m s a c r a t a p e c t o r a i m p l e s t i t u a g r a t i a, d i m i t t e n o s t r a c r i m i n a e t d a q u i e t a t e m p o r a. S i t i a m P a t r i c u m f i l i o etc.

6. August. enchiridion **12.** *Spiritus sanctus ipse proprie sic est Deus, ut dicatur etiam Dei donum.* **10.** T r e n c h; *The title digitus Dei, so often given to the Holy Ghost, rests originally on a comparation of Luke XI. 20. Si in digito Dei eiicio daemonia, with Matth. XII. 28, Si autem ego in Spiritu Dei eiicio daemonia, where evidently the digitus Dei of Luke is equivalent to the Spiritus Dei of Matthew. Cf. Augustine, Enarr. 2. in Ps. XC. 11; who also elsewhere unfolds a further fitness in this appellation: Quia per Spiritum S. dona Dei sanctis dividuntur, ut cum diversa possint, non tamen discedant a concordia caritatis, in digitis autem maxime apparet quaedam divisio, nec tamen ab unitate praecisio, propterea Spiritus S. appellatus est digitus Dei. And again, Enarr. in Ps. CXLIII. 1: In digitis agnoscimus divisionem*

operationis, et tamen radicem unitatis. Elsewhere he has another explanation of the name (De Civ. Dei, 1, 16, c. 43): Spiritus S. dictus est in Evangelio digitus Dei, ut recordationem nostram in primi praefigurati facti memoriam revocaret, quia et legis illae tabulae digito Dei scriptae referuntur. Jerome gathers from this title an intimation of the ὁμοουσία *of tho Spirit with the Father and the Son (In Matth. XII.): Si igitur manus et brachium Dei Filius est, et digitus eius Spiritus Sanctus, Patris et Filii et Spiritus Sancti una substantia est. Gregory of Nazianzum draws the same conclusion.*

Sancte sator, suffragator.

Ad Deum oratio.

Sancte sator, suffragator,
legum lator, largus dator,
iure pollens es, qui potens
nunc in aethra firma petra,
a quo creta cuncta freta,
quae aplustra ferunt flustra,
quando celox currit velox.
cuius numen crevit lumen,
simul solum supra polum.

Prece posco, prout nosco,
coeliarche Christe, parce
et piacla, dira iacla
trude tetra tua cetra.

Quae capesso et facesso
in hoc sexu sarci nexu,
Christe, umbo meo lumbo
sis, ut atro cedat latro
mox sugmento fraudulento.

Pater, parma procul arma
arce hostis, ut e costis,
immo corde sine sorde
tunc deinceps trux et anceps
catapulta cedat multa.

Alma tutrix atque nutrix,
fulci manus mi, ut sanus
corde reo, prout queo,
Christo Θεῷ, qui est leo,
dicam deo grates geo,
sicque beo me ab eo.

Mone I. p. 366: *Reichenauer Hs. No. 135 (A), auf dem letzten Blatte, 10. Jahrh. Dieses Gedicht steht am Ende der expositio Alcuini de XV psalm. gradual., welche mit einem Glossenliede auf dieselben Psalmen schliesst, das in der Ausgabe der Werke Alcuins von Abt Froben 1, 399 abgedruckt ist, der es aber nicht dem Alcuin zuschreibt. Obiges Gedicht hat mit der vorausgehenden Schrift keinen Zusammenhang und keine Aehnlichkeit mit Alcuins Gedichten, der nur klassische Versmasse gebrauchte, dass es aber von einem Angelsachsen herrühre, zeigt die metrische Anlage der Behandlung. Die ersten 12 Verse sind in vier Spalten geschrieben, der übrige Text in fortlaufenden Zeilen, jedoch so, dass jedesmal drei Verse eine Langzeile bilden und mithin der letzten Zeile ein Vers zur Ergänzung fehlt. Das Lied bestand also aus 10 dreizeiligen oder aus 5 sechszeiligen Strophen. Steht auch in*

der Hs. zu Darmstadt No. 2106 (B) aus dem 9. Jahrh., und in Aretin's Beiträgen zur Gesch. u. Lit. Bd. 6 p. 130 (ex codice monasterii Tegernsee, sacc. IX.; adscripta est in membrana versio germanica, male tornata et sermonis latini passim imperita. C.) *Denis catal. codd. theol. Vindob. I. 3. p. 2932 giebt den Anfang nach einer Wiener Hs. (D)* — Aretini scripturam recusit Du Méril Poésies etc. I. p. 155 sq.: *A une consonnance, qui porte sur deux syllabes chaque vers réunit ordinairement une allitération, qui, comme on devait s'y attendre, n'est plus qu'un lien purement matériel.*

2. dator C. regum D. 3. aequi für es qui D. 5. creata C. fuerunt A. verrunt C. Du Méril: *Il y a dans le texte:* Quae aplaustra uerrunt flostra, *mais la traduction (en haut-allemand) est claire:* De fana skeffe forrent plomum. *L'allitération porte sur les voyelles A et U; il faudrait aussi, pour la conserver dans le vers 12, écrire jacla avec une voyelle initiale.* 8. creavit A. 10. preci ABC. 11. arcae B. coeli arce A. 13. cethra A. terra — caethra B. 15. carnis n. C. M. *Hiernach ist* sarci *ein latinisirter Genitiv von* σαρκός, *ebenso wie in coeliarehe v. 11, beide Sprachen gemischt sind.* 17. sit AB. 18. deest in C. 20. uti ABC, collis C. 21. imo AC. 23. caedat B. 25. fulce AB, mi pro mihi M. *alle haben me nach der Lingua rustica.* 27. deo C. 28. s. ab eo me C. Du Méril: *Ces deux vers sont, comme on le voit, tout à fait corrompus; le traducteur allemand ne les comprenait déjà plus:* Ih quidu Cote dancha tam (ou taon) So fana imo mih fana imo. *Peut être faut-il lire.* Dicam Deo grates ego; Sic ab eo me abeo. *Nous disons je m'en vais, et le que peut avoir été amené par la forte accentuation du c; il n'est pas rendu en allemand, et nous avons écrit pendant long-temps avecque.*

V. 25 sq. Monius, ut solet, interpretationem addit longe quaesitam: *Beziehen sich auf die Unterstützung der Hände des Moyses während seinem Gebete gegen die Amalekiter, was auch in den griechischen Liedern oft erwähnt wird.*

Ad coeli clara non sum dignus sidera.

Cod. Par.: Versus Confessionis de luctu poenitentiae. Cod. Reichen.: De lamentatione cuiusdam.

Ad coeli clara non sum dignus sidera
levare meos infelices oculos,
gravi depressus peccatorum pondere.
parce redemptor!

Bonum neglexi facere, quod debui,
probrosa gessi sine fine crimina,
scelus patravi nullo clausum termino.
subveni Christe!

Cunctae quae salso maris sunt in littore
arenae mixtis purpuratis conchulis,
non meis possunt coequari vitiis,
fateor malis.

Doleo multis peccatorum iaculis
confossus, arcu quae Venus libidinis
intorsit, lita spicula mortiferi
fellis ab unda.

Effudit daemon de pharetra flammeas
sagittas, meum super vulnus vulnere
infixit statim cupido turpissima
fronte rugosa.

Factus sum vilis; cuncta super ilia
venit latenter gladium superbiae,
cordis infixit mucronem sub medio
manu cruenta.

Genus serpentis affuit invidia,
veneni portans pocula pestiferi,
dedit in sitim; mortis auctor extitit
sordida lues.

Horrida vultu faculam discordia,
igne succensam deferens sulphureo,
medio meo posuit sub pectore,
coxit amare.

Inter has quoque pennas gerens plumbeas
inanis cursim transvolavit gloria,
quae me ventosa nitebatur subito
fraude perire.

Kanendo venit fistula ingluvies,
bona praesentis inrogabat temporis,
extendit ventrem, temulentum reddidit,
miscuit risus.

Lugere modo me permitte, domine,
mala, quae gessi, reus ab infantia,
lacrimas mihi tua dona gratia
cordis ab imo.

Meis, ut pnto, vitiis tartarea
tormenta multis non valent sufficere,
nisi succurrat, Christe, tua pietas
misero mihi.

Nullum peccatum super terrae faciem
potest aut scelus inveniri quodpiam,
a quorum non sim inquinatus faecibus
infelix ego.

Ortus, occasus, aquilo, septentrio,
coelum terraque, mare, fontes, flumina,
montes et colles, campi, mixta rosulis
lilia flete.

Plangite mecum astra rutilantia,
mecum mugite bestiae silvicolae,
dicite, tu es miser, qui sub impio
crimine gemis.

Quis me de manu Cocyti flammivomi
erui potest nisi patris unica
proles, qui mundum pretioso sanguine
iure redemit?

Redemptor mundi, unica spes omnium,
aequalis patri sanctoque spiritui,
trinus et unus deus invisibilis,
mihi succurre!

Si me subtili pensas sub libramine,
spes in me nulla remanet fiduciae,
sed rogo, tua me salvet potentia,
filius dei.

Tolle peccatum, dilue facinora,
ablue sordes donaque charismata,
instaura meum clementer pectusculum
munere tuo.

Veniam peto non meis demeritis
fisus, sed tua certus de clementia,
qui bona reis pietate solita
gratis impendis.

Xriste, te semper recta fide labiis
confessus, corde credidi orthodoxo,
haereticorum dogma nefas respui
pectore puro.

Ymnum fideli modulando gutture
Arrium sperno, latrantem Sabellium,
assensi nunquam grunnienti Simoni
fauce susurra.

Zelo pro Christi sum zelatus nomine,
nam sancta mater lacte me katholico
tempus per omne nutrivit ecclesia
ubere sacro.

Gloria sanctae trinitati unicae
sit deo patri, genito, paraclito;
laus mea sonet omnia per saecula
domino semper.

Codex saec. IX. asservatus in Bibliotheca Bernensi; cf. Sinner Catalogus Codd. Bibl. Bern. I. p. **161**. Praeter stropham, a Sinnero exscriptam, latet, proh dolor, reliqua libri Bernensis scriptura (B). Codex Reichenoviensis (Karlsruhe No. 95) saec. IX., collatus a Monio: *Von einem Irländer geschrieben. Die zwei ersten Strophen sind so abgetheilt, die andern wie der Abdruck:*

ad coeli culmen
non sum dignus sidera
levare meos
infelices oculos
gravi depressos
peccatorum pondere
parce redemptor.

Diese Abtheilung der Verse scheint mir alt zu sein, denn die Strophen aus dem 6. und 7. Jahrh. haben einen ähnlichen Bau. (R) Codex Ottobonianus carmen tribuit Hilario Pictaviensi. Quapropter editores S. Hilarii Maurini duas priores et duas strophas quae perorant, transcripserunt p. **1213**. (O) Codex Bibliothecae Regiae Parisiensis No. **1154**. fol. **99**. saeculi undecimi, non noni, ut refert Monius. Debetur libri varietas Doctissimo Du Méril Poésies etc. I. **182**. II. **207** sq. (P) Eidem Viro Docto patuit scriptura Codicis Claromontani No. **189**, quam ipsi communicavit Champollion-Figeac. (C) Monius I. p. **387** sq. Parisiensem et Claromontanam scripturam in suum usum convertere neglexit.

1. R. coeli culmen. **3.** C. gravide pressus O. depressos. **4.** O. redemptis. **7.** Dum. clauso. P. clausu *peut être le signe d'abréviation a-t-il été omis.* **8.** C. succurre. **10.** R. harenac. R. P. conculis. **11.** P. coaequare. **14.** R. M. confusus rui qua. **15.** P. litta. C. licta. P. C.

mortifera. 16. R. abunda. C. abunde. 17. R. M. demum. 18. M. *besser wäre* vulnera. C. versibus 17. 18 adnectit 23, 24, deinceps stropham sextam e. v. 21. 22. 19. 20 componit. Placuit verborum dispositio Du Méril: sed observandus est, opinor, peccatorum ordo ac series. V. 13—20 plangit poeta libidinis aestum, 21—24 se superbiae accusat, 25—28 invidiae etc. Claromontanus liber miscet libidinem atque superbiam. 21. R. M. male cincta. 22. M. gladius. Sed gladium neutro genere dictum esse apud antiquos auctor est Nonius 3, 106. Lucilius:

Haerebat mucro, gladium in pectore totum. 22. M. R. superbia. 26. P. C. pestifera. 29. 30. P. facula-succensa. 30. R. solfureo, *irische Schreibung*. 33. R. M. male: internas — plumeas. Perquam apte poeta vanam gloriam plumbeis alis volantem facit. Opinantur caeci homines vana gloria ad coelos se efferri, sed detrahuntur ad ima. 34. Dum. inanis cursu. P. inanem cursi. *peut-être faut-il lire* inani. P. gloriam. 36. C. fraude decepit. 37. P. ingluvias. 38. R. M. bona praesentans irrogavit. 39. C. tumidentum. 43. R. M. donet. 46. C. succurrere. 50. P. invenire quidpiam. C. copiam. 54. P. terramque. 55. R. M. et colles campi mixta quoque. P. rosulo. 57. R. rutulantia *irische Schreibung*. 58. R. silviculae. 60. R. cremine. 61. C. conciti. 62. R. M. unici. 63. P. prolis. 69. P. penses. C. libramina. 71. R. M. perperam rogativa. C. clementia. 74. P. donoque carismatum. 77. Dum. non de meis mer. M. meis de mer. Nostram scripturam, unice veram, tuetur cod. R. Demerita hoc loco non sunt, ut apud Scholasticos, peccata, sed bona et antiqua significatione pro meritis accipienda sunt. (Plaut. Pseudol. 2, 4, 14.) 82. P. confessum. C. credidit. 84. C. toto. 85. R. guttore. 88. P. O. aure. 89. P. O. zeloque. R. zelum. M: *Die richtige Lesart scheint mir zelo — renatus.* Minime vero. Poeta exprimit vocem scripturae 3. Reg. 19, 10: zelo zelatus sum pro Domino. 90. Dum. sanctae matris lacte nam. C. me matris sancta. 95. 96. P. in omne. R. M. meo sonet in ore perpetuum domini.

Mone l. c. *Die Erwähnung der Venus und des Cocytus, der Irrlehrer Arius und Sabellius verräth, dass dieses Lied aus einer Zeit herrührt, wo diese Ketzereien und die klassische Bildung noch nicht erloschen waren. Aehnliche Beziehungen haben Sedulius (carm. pasch. 1, 184. 306 flg.) und ein griechisches Busslied bei Goar euchology. graec. p. 686. und ein Glaubensbekenntniss S. 249. Das Versmass ist eine in betonte Verse aufgelöste sapphische Strophe und wahrscheinlich*

in Italien entstanden, wo man auch die griechischen Akrostichen nach dem Alphabet zuerst kennen lernte und nachahmte. — Man hat diesen Gegenstand früh und auf mannichfache Weise in Liedern behandelt, welche zu beachten sind, weil aus ihnen das Dies irae entstanden ist. Mihi Hiberniam sapit carmen, affine abcdariis hymnis, quos legimus in Antiphonario Benchoriensi.

Du Méril I. p. **183**: *La latinité et la prosodie sont trop défectueuses pour que nous l'attribuions à saint Hilaire sans quelque preuve positive. On ne peut d'ailleurs lui refuser une haute antiquité.* Apparet poetam nosse Prudentii Hamartigeniam et libros Ambrosii.

1—4. Ambros. de interpr. Job. **1, 3**: *Quid aliud est peccatum nisi sarcina, quae huius saeculi onerat viatorem gravi depressum fasce delicti.* Epistol. LXX: *Nullus enim maior est dolor, quam is qui peccati mucrone vulnerat conscientiam, neque ullum gravius est onus, quam peccatorum sarcina et pondus flagitiorum. Deprimit animam, curvat usque ad terram, ne se erigere possit.* **8—12.** Godofredus ab Strasburg: *Wan miner sünde der ist me, Danne wagen in dem bodense.* Paulus Gerhardt: *Ich, ich und meine Sünden, die sich wie Körnlein finden des Sandes an dem Meer.* **12—16.** Prudent. Ham. **417. 418.** *Aurea tela quibus de sanguine tincta draconis mortifero splendore micant.* **35.** Ham. **399**: *ambitio ventosa.* **437**: *qui ventosae scandit vestigia famae.*

Audax es vir iuvenis.

Versus de contemptu mundi.

Audax es, vir iuvenis,
dum fervet caro mobilis,
audenter agis perperam,
tua membra coinquinas.

attende homo, quod pulvis (es)
et in pulverem reverteris.

Brevis est tempus, iuvenis,
perpende, quod morieris,
venitque dies ultimus
et perdes flores optimos. attende etc.

Carni tuae consenties,
animam tuam decipis,
dum flecteris ad libidinem,
male deceptus permanes. att.

Dentes tui fremidant
et labia tua exasperant,
lingua mala generat;
in tua vita trepidas.

Elevans tuos oculos,
ut vanitatem videas
flectetur mens misera,
membra ad malum erigis.

Fecisti malum consilium
et offendisti nimium,
qui multum secutus es
amorem et libidinem.

Gloriam quaeris in populo,
laudem humanam diligis,
placere deo non cupis,
qui te de coelo conspicit.

Honorem transitorie
praesumpsisti accipere,
sed maior poena sequitur,
cui maiora creditur.

In terram semper aspicis,
semper de terra cogitas,
sed hic relinquis omnia,
unde superbus ambulas?

Karo te traxit in foveam,
vide, ne malus moriaris;
festina te corrigere,
antequam finis veniet.

Luge modo, dum tempus est,
ne gemas in iudicio,
ubi non valet gemitus
nec ulla intercessio.

Modo labora fortiter,
dum es in isto corpore,
emenda tuum vitium,
ne gemas in perpetuum.

Non te frangat cupiditas,
nec te flectat cupiditas,
et noli cum diabulo
participare amplius.

O si ex corde intellegis,
quae praecepta legis sunt,
sed illi, qui adulterant,
lapidibus subiaceant.

Per salvatorem iterum
venit magna redemptio,
qua cuncta, quae comit-
tuntur,
poenitendo remittuntur.

Quare non vis, iuvenis,
recurrere ad dominum?
roga eius clementiam,
ut donet indulgentiam.

Rumpe cordis duritiam,
homo, tuam malitiam,
festina te corrigere,
antequam tempus pereat.

Suscipit Christus veniam,
ut donet indulgentiam
ad illam veram animam,
qui carnem suam maculat.

Terribilis Christus venit
ad iudicandum populum
et ipse reddit singulis
secundum sua opera.

Venit Christus ad iudicium
et erit fortis districtio,
ubi non adiuvet pater filium,
nec filius defendet patrem.

Xristo servias, iuvenis,
ad eum recurrere,
ut ante eius limina
securus sis de crimine.

Ydei quaere gratiam,
delet peccati maculam
humilitas, et caritas
ducit ad coeli patriam.

Zelum habet optimum
qui deum amat et proximum,
lactabitur in saeculum
et vivet in perpetuum.

Mone 1. p. 396: *Hs. zu Darmstadt No. 2106 aus dem Anfange des 9. Jahrhunderts. Das Lied ist ein Akrostichon nach dem Alphabet. Eine Hs. zu Wien führt Denis an catal. codd. theol. I. 3. p. 2932 und verachtet dieses Lied. Nach*

dem Rundreim war das Lied eine Betrachtung zum Aschermittwoch.

4. *dem Reime nach besser* coinquinans. 10. *nach dem Reime besser:* tu decipies. 11. l. flectis — libidines. 14. tua *könnte des Verses wegen wegbleiben.* 17. l. eleves. 20. *scheint fehlerhaft.* 24. l. libidines. 25. *für den Abl.* l. populi. 29. transitoriam Hs., *nach dem Reime verbessert.* 32. *ist dem Sinne nach verdorben.* 33. 34. *reimen nicht.* 38. morieris, Hs. 41. modo *könnte am Ende stehen.* 50. flectet, Hs. 54. legis *stünde besser am Ende.* 57. *vielleicht* denuo f. iterum. 59. quod f. qua Hs. 62. recurrere *ans Ende.* 69. venia *das Gebet um die Sündenvergebung, im Altdeutschen Venie.* 71. *der Acc. steht für den Dat.* 72. *ist wohl zu verbessern:* quae macerat carnem suam. 77. *dem Reime nach soll der Dat. iudicio stehn.* 78. et *kann wegbleiben.* 79. 80. *sind verdorben, dem Versmasse nach könnten sie so lauten:* ubi non iuvat filium — pater, nec filius patrem. 81. serve, Hs. 85. f. Idaei. 86. peccata macula, Hs. 88. caelos patriae, Hs.

Sacrata libri dogmata.

Versus Hartmanni ante Evangelium canendi.

Sacrata libri dogmata
portantur evangelici,
cunctis stupenda gentibus
et praeferenda laudibus.

Mundemus omnes corpora
sensusque cordis simplici
purgantes conscientia,
verba pensemus mystica.

Vultus declini, pariter
clausa tenentes στόματα,
stemus intentis auribus,
ut decet ante dominum.

Nec sat videtur sonitus
auditu solo capere,
ni cor purgatum teneat
factisque iussa compleat.

Sic mandat ipse maximus
magister summi filius,
sensus nostrorum pectorum
arvis diversis comparans.

Sunt, ait, rura plurima
quis semen frugis spargitur,
censu sed multum dispari
reddunt accepta foenora.

Quaedam saxorum stramine
replentur nimis pessimo
frugemque necat maximus
ardor solaris luminis.

Quaedam siccato germine
replentur spinis horridis
viarum strata plurimis
officiunt seminibus.

Ast qui felices fertili
glebas fecundat germine,
illum laetantem cumulat
fructus laboris centuplex.

Sic voluntatis integrae
perfecta nitent opera
terraque cordis optimi
centenum refert numerum.

Mone I. p. **302**: *Hs. zu S. Gallen 10. Jahrh. No. 378. p. 127. mit der Melodie. Der Name des Dichters ist im 16. Jahrhundert beigeschrieben. In der Hs. zu S. Gallen No. 381. p. 23. steht obiges Lied auch mit dem Namen des Dichters aus dem 11 Jahrh. V. 1. 2. u. 3. 4. wurden abwechselnd bei den folgenden Strophen als Rundreim wiederholt. Der Abdruck in Canisii lect. antiq. II. 3. p. 190. hat folgende Abweichungen: 9. vultus. 14. corpore. 22. queis. (cf. Leyser P. p. 263.)*

Nach der Ueberschrift ist dieses Lied ein Graduale oder eine Sequenz, (?) nach seinem Inhalte konnte es auch vor der Predigt gesungen werden, die auf das Evangelium folgte.

V. 10, Ob dies Gebot des Schweigens eine Hinweisung auf die Gallicanische Liturgie sei, worin der Diakon nach (ante) dem Evangelium Stillschweigen forderte, ist nur aus alten S. Galler Messbüchern zu entscheiden, sonst muss man es für eine allgemeine Abmahnung von unnöthigem Geschwätz erklären. — Ego puto Hartmanni versus aptissime parabolae accommodatos praecessisse sermoni.

Quem terra, pontus, aethera.

Thes. I. p. 172. II. p. 382. De Beata Virgine.

Cod. Rhenov. 111. saec. X. (R) Cod. Monacensis saec. IX. vel X. Thes. II. p. VIII. (M) Uterque liber integrum carmen octo stropharum continet. Mone I. p. 128—131 carmen Fortunati in duas partes divisum lectoribus offert. Inter membranas, in quibus primam partem legit, antiquissima est Admontensis No. 215. saec. IX. (A): totum carmen V. D. obvium erat in codice monasterii S. Petri Salisburgensis V. 2. saec. XII. (S)

Thomasius in Hymnario inscribit: V. H. Fortunati episcopi Pictaviensis: at nec Browerus neque Luchi investigarunt carmen in suis codicibus Fortunati.

Stropha tertia exstat in AMRD, omissa in recentioribus. **9.** M. m i r e n t u r e r g o t e m p o r a. **11.** MAD. c o n c e p i t. **13.** A. m a t e r M a r i a. M. m a t r i s m u n e r a. **17.** M. beata. **21.** M. d o m i n a *haben alle* (posterioris temporis libri), *nur Tomasi die Lesart* f e m i n a, *ohne Anführung der Quelle.* Haud accurate inspexit Monius Thesaurum; sane libri excusi et ex codicibus recentiores, ut S. et Monac. **16.** saec. XIII. d o m i n a, sed. cod. Hammon. saec. XI, cod. Herbipol. saec. XIII. M. legunt f e m i n a. Addo Cod. Rhenoviensem **111.** saec. X. **22.** M. s u p e r *haben alle gegen das Versmass, Daniel verbessert* s u p r a. Minime emendavi versum, sed secutus sum vetustissimas membranas. **24.** R. l a c t a s s a c r a t o u b e r e, ita Monius, et recte. M. l a c t a s a c r a t a ubera. **28.** M. f a c t a e s t. **29.** M. t u r e d d i s. **33—36.** desunt

in libris vetustis. Hortulus animae Lugd. 1518 apud Monium strophae: Maria mater etc. aliam adnectit: Maria virgo virginum, tu posce nobis omnium remissionem criminum, tuum placando filium.

Ca., Cs. P. om. 9—12. 33—36. 17. beata. 21. domina.

8. Mone: *fenestra bedeutet Glas.* (Magis placet adnotatio Thesauri.) *Petrus Damiani carm. 61. hat diese Stelle nachgeahmt: celsa poli fenestra.* Adde Fulgentium: Facta est Maria fenestra coeli, quia per ipsam fudit Deus verum saeculi lumen.

Diversis nominibus inscribitur Hymnus in codicibus. M. in natali Mariae. Alii: In purificatione, assumptione etc. Radulphus: Pro quolibet festo (Mariano) ad Nocturnum: Quem terra et ad Laudes eius portio: O gloriosa. Saeculo decimo sexto et in libris Lutheranorum choralibus locum obtinuit, ut apud Ludecum. Sed orthodoxa manus versibus 21—32 in margine adscripsit: Omittuntur.

Ave maris stella.

Thes. I. p. 205.

Rambach Anth. I. p. 219: *Da sie schon in einem Breviarium von M. Cassino, das im 11. Jahrh. geschrieben ist, vorkommt: so muss (?) sie bereits im 10. bekannt gewesen sein.* Saeculo decimo carmen tribuimus propter codicem Sangallensem ab Gerberto commemoratum Thes. III. p. 286. Monius, qui quinque carminis paraphrases libro suo inseruit, tom. II. p. 217. haec habet: *Die Sequenz steht bei Daniel I. 214, der sie in das 6. bis 9. Jahrhundert setzt, die aber nicht so alt, da sie mehreres aus der Antiphone Alma redemptoris mater entlehnt hat.* At primum Sequentiae nomen reiiciendum est in carmine, quod nunquam in missa post epistolam cantatum, semper inserviit horis canonicis. Deinceps nec me fugit, carmina: Ave maris stella et Alma redemptoris mater habere quid necessitudinis Thes. II. p. 318: sed duxi antiphonam Alma redemptoris aetate iuniorem, nec hodie video quid in hac sententia sit inepti atque incommodi. Imitatus est Hermannus Contractus, saeculi undecimi scriptor, versus Marianos iam decimo saeculo conscriptos.

Hymnarium Thomasii hymno nomen V. H. Fortunati episcopi Pictaviensis inscribit.

8. Evae nomen. 14. preces.

O sancta mundi domina.

Thes. I. p. 274. De Nativitate Mariae.

O sancta mundi domina,
regina coeli inclita,
o stella maris Maria,
virgo mater deifica.

Emerge dulcis filia,
nitesce iam virguncula,
florem latura nobilem,
Christum deum et hominem.

Natalis tui annua
en colimus sollempnia,
quo stirpe a lectissima
mundo fulsisti genita.

Per te sumus terrigenae
simulque iam coeligenae
pacati pace nobili
more inaestimabili.

Hinc trinitati gloria,
sit honor ac victoria,
in unitate solida
per saeculorum saecula.

Mone II. p. 27: *Hs. zu Schaffhausen, Minist.-Biblioth. No. 9. des 10. Jahrh. (S) Hs. zu Stuttgart Brev. No. 98. des 11. Jahrh. mit Neumen. (C) Hs. daselbst Brev. 101. f. 78. ad nocturn. 15. Jahrh. (A) Hs. zu Strassburg o. No. des 12. Jahrh. (D) Hs. zu S. Peter in Salzburg V. 2. des 12. Jahrh. (E) Breviar. Basil. s. a. f. 133, ad primas vesperas in nativitate (B). Ein altes Lied, wohl aus dem 8. Jahrh., wie die Schreibung der Lesarten verräth.*

6. in teste A. **11.** virgo f. stirpe S, electissima A, allectissima BCDE. **13.** summus S. **14.** iam fehlt S. **15.** paci A. **17.** sit f. hinc ABES. **18.** semper f. honor, ACDE. par f. ac E. decus f. honor B. **19.** solidi A.

Christe qui virtus sator et vocaris. ***R.***

De Omnibns Sanctis.

Christe qui virtus sator et vocaris,
cuius ornatur pietate, quidquid
vel statu claret vel honore pollet,
suscipe laudes.

Ecce sollemnis diei voluptas
plena sanctorum meritis tuorum
corde devotam sociando turbam
personet hymnos.

Haec dies Christi genitricis almae
laude sacratur, pariter precamur
eius obtentu veniam petenti
da piae plebi.

Haec dies festum colit angelorum
ut tuam semper faciem videntes
semper in nostro vigilent favore
te miserante.

Et choros ducit sub apostolorum
turba praeclaro nitidos honore
per preces quorum meat et loquela
tuta per hostes.

Martyres festis veneramur aptis
vota confessor capit omnis ista,
virgines sanctas monachosque claros
laude sonamus.

Omnis hoc digna patriarcha partem
doctor et vates habet et sacerdos,
gaudio quorum numero superna
scriptio servat.

Omnium sane pariter tuorum
festa sanctorum colimus precantes
hos, tibi qui iam meruere iungi,
nostra tueri.

Et quibus vitae stadium ministris
curritur horum precibus beatis
fulgido coeli gremio locemur
perpete vita.

Gloriam sanctae piae trinitati
turba persultet, canat et revolvat,
quae manens regnat Deus unus omni
tempore saecli.

Cod. Rhenov. 111. saec. X. Est carminum, quae festivitatem Omnium Sanctorum celebrant, vetustissimum.

Martyr Dei qui unicum. R.

Thes. I. p. 247. II. 383.

Supplemus textum Breviarii Romani correctum.

Invicte Martyr, unicum
Patris secutus filium,
Victis triumphas hostibus,
Victor fruens coelestibus.

Tui precatus munere
Nostrum reatum dilue,
Arcens mali contagium
Vitae repellens taedium.

Soluta sunt iam vincula
Tui sacrati corporis,
Nos solve vinclis saeculi
Dono superni numinis.

Deo Patri sit gloria etc.

Rex gloriose Martyrum. R.

Thes. I. p. 248. De Martyribus.

Supplemus textum Breviarii Romani hodiernum.

Rex gloriose Martyrum,
Corona confitentium,
Qui respuentes terrea
Perducis ad coelestia.

Aurem benignam protinus
Intende nostris vocibus,
Trophaea sacra pangimus,
Ignosce quod deliquimus.

Tu vincis inter Martyres
Parcendo confessoribus,
Tu vince nostra crimina,
Largitor indulgentiae.

Deo patri sit gloria etc.

In schedulis manu scriptis, quae additae sunt libro Norimbergensi, hymnus ita dilatatus est, ut accommodatus sit Protestantium doctrinae.

Rex gloriose martyrum
corona confitentium,
qui es in te credentium
via, vita et veritas.

Aurem benignam protinus
appone nostris precibus,
esto nobis propicius,
ignosce quod deliquimus.

Tu vincis in martyribus
mundi furentis impetum,
et donas illis animum
constantem in periculis.

Velut infirma vascula
ictus inter lapideos
videntur sancti martyres,
sed fide durant fortiter.

Non fidunt suis meritis,
sed sola tua gratia
agnoscunt se persistere
in tantis cruciatibus.

Sic cohaeredes gaudii
sunt passionum socii,
et membra dolent pariter
exemplo suo (l. sui) capitis.

Quicunque vere pii sunt,
illos oportet ingredi
per cruces et molestias
in vitae aeternae requiem.

Debentur Deo gratiae,
quod verbum sui filii
confirmat in martyribus
virtute Sancti Spiritus.

Deo patri sit gloria
eiusque soli filio,
cum Spiritu paracleto
et nunc et in perpetuum.

Sanctorum meritis inclyta gaudia.

Thes. I. p. 203. In Communi Plurimorum Martyrum.

Frequens est hymni commemoratio apud Hincmarum de non trina Deitate p. 410 et S. *Diu est quod quidam occa-*

sione accepta de finalitate hymni, cum auctor penitus ignoratur, in quo dicitur: Te trina Deitas unaque poscimus delectabiliter vocum novitatibus ut innotescerent incumbentes, coeperunt contendere, quod sicut trinus et unus Deus, ita trina et una Deitas debeat dici. p. 416 (verba Gothescalci): *Igitur iure sub numero singulari trinae et uni Deitati, suppliciter, velut expedit, competit, congruit, dicimus: Te trina Deitas unaque poscimus, Ut culpas abluas, noxia subtrahas, Des pacem famulis, nos quoque gloriam Per cuncta tibi saecula.* p. 436: *ex hymni cuius initium est Sanctorum meritis inclyta gaudia, cuiusque compositorem hactenus invenire nequivimus, finalitate, ubi a quibusdam cantatur vel potius blasphematur: te trina Deitas.*

Brev. Constant. 6. aridam. 13. nec. V. 21. Schlosserus germanicum fecit: *Ein- und dreifältige Gottheit wir flehen Dich.* At nunc ubique legitur summa Deitas.

Virginis proles opifexque matris. R.

Thes. I p. 250. De Virginibus.

Cod. Rhenov. (R) Brev. Aberd. (Ab) 2. R. dum. 6. gessit. 10. pavescas vitiose pro pavescens. 11. 12. Ab. secreta — coeli.

Cs. si hymnus canitur de Virgine non Martyre. 3. beatae.

Jesu corona Virginum. R.

Thes. I. p. 112. III. 281. De Virginibus.

Cod. Rhenov. (R) Brev. Aberd. (Ab) — 7. R. gloriae Ab. decorans.

2. Ca. Cs. P. D. concipit.

Martyris Christi colimus triumphum. R.

Thes. I. p. 245. De S. Laurentio.

Martyris Christi colimus triumphum
annuum tempus venerando, cuius
cernua vocis prece iam rotundus
orbis adorat.

Pontifex Sixtus monuit ministrum
fixus in ligno crucis: exequeris
me cito, poenam patiendo magnam
ibis ad astra.

Tortor iratus petit, ut talenti
pondus ignoti manifestet omne,
mente vesana cupiens vorare
aurea lucra.

Sprevit hic mundum peritura dona,
fert opem nudis, alimenta claudis,
dividit nummos miseris catervis
corde flagranti.

Igne torquetur, stabili tenore
cordis accensus superat minaces
ignium flammas in amore vitae
semper opimae.

Uritur postquam latus omne testis,
verte, profecto loquitur iocando,
corporis partem laniando coctam
dentibus atris.

Spiritum sumpsit chorus angelorum,
intulit coelo pie laureando,
ut scelus laxet hominum precando
omnipotentem.

Supplici voto rogitemus omnes:
sancte Laurenti veniam preceris,
qui tuum festum celebrant ubique
voce vel actu.

Gloriam Patri resonemus omnes,
eius et Nato iubilemus apte,
cum quibus regnat simul et creator
Spiritus almus.

Vita Sanctorum via spes salusque. **R.**

Thes. I. p. 269. De S. Gallo.

Vita sanctorum, via, spes salusque,
Christe, largitor probitatis atque
conditor pacis, tibi voce, sensu
pangimus hymnum.

Qui est virtus manifesta totum
quod pii possunt, quod ore
corde vel factis cupiunt amoris
igne flagrantes.

Qui tua sanctum pietate Gallum
indicem lucis superae dedisti,
eius ut docti monitis tenebras
mente fugiamus.

Hic ad exemplum volucris canorae
actibus sese prius excitavit,
ut quod ingessit vigor instruentis
vita probaret.

Qui potens verbo, venerandus actu
semper aeternis inhians lucellis
plura virtutis meruit supernae
signa patenter.

Quaesumus mundi sator et redemptor,
ut sacris eius precibus tueri
hanc velis plebem, tribuens quod optat
corde benigno.

Temporum pacem, fidei tenorem
languidis curam veniamque lapsis,
omnibus praesta pariter beatae
munera vitae.

Hoc Patris proles, Pater hoc benignus,
Spiritus praesens hoc utrique compar
Nunc et aeterno faciat manere
tempore saecli.

Martine confessor Dei. R.

Thes. I. p. 260. De S. Martino.

Martine confessor Dei
valens vigore Spiritus,
carnis fatiscens artubus,
mortis futurae praescius.

Qui pace Christi affluens
in unitate Spiritus
divisa membra ecclesiae
paci reformas unicae.

Quem vita probabilem,
quem mors cruenta non laedit,
qui callidi versutiis
in mortis hora derogas.

Haec plebs fide promptissima
tui diei gaudia
votis colit fidelibus,
adesto mitis omnibus.

Per te quies sit temporum,
vitae detur solatium,
pacis redundet commodum.
sedetur omne scandalum.

Ut caritatis spiritu
sic affluamus invicem,
quo corde cum suspiriis
Christum sequamur intimis.

Strophas 4. 5. 6. Ludeco Romanam doctrinam redolentes omisit. Substituit haec:

Qui laetaris cum angelis,
exultas cum archangelis,
triumphas cum apostolis
in saeculorum saeculis.

5 Sit Trinitati gloria,
Martinus quam confessus est,
cuius fidem per omnia
in nobis Christe robora.

Saeculum undecimum.

I. Codex Rhenoviensis Mo. 91. saec. XI. (R) Sol astra terra aequora. Thes. I. p. 257.*) Sol luna coelum sidera. Thes. I. p. 258. Decus sacrati nominis. Thes. I. p. 8. II. 381. Praeco praeclarus sacer et propheta. Thes. I. p. 267. Christe redemptor omnium, conserva. Thes. I. p. 256. Alma cunctorum celebremus arma. De Omnibus Sanctis. Ad laudem Christi virginis. Virginis et martyris Caeciliae. Jesu redemptor omnium, perpes. Thes. I. 249. II. 383. Summe confessor sacer et sacerdos.

II. Codex Berolinensis Theol. 4. No. 11. saec. XI. (B) Cum natus esset Dominus. Salve lacteolo decoratum sanguine festum. Laudes omnipotens ferimus. Thes. III. 293. 294. (Leyser p. 263.)

III. Codex S. Emmerani A. LXXXIII. saec. XI. (E) Salve festa dies. Thes. I. p. 169. II. 382.**)

IV. Pontificale Pictaviense saec. X. et XI. apud Martene de antiqua ecclesiae disciplina p. 436. De antiquis ecclesiae ritibus I. 1. 18. (P)

Accesserunt carmina e libris Monii ac Du Méril deprompta.

Vox clara ecce intonat. R.

Thes. I. p. 76. II. 382. De Adventu Domini.

10. R. Brev. Aberd. laxare gratis. — 4. Cs. P. ab aethre. 10. Cs. Ca. P. gratis. 13. Cs. ut eum secundo.

Mone I. p. 92. sq.: *Oft beweist das Versmass, dass die Wortfolge verstellt ist, ebenso muss man die Verstellung der Casus zugeben, da sich auch Veränderungen der Zeitwörter*

*) Hymni, quibus nihil addendum erat, hic et infra nomine excitantur, ne desit iis aetatis significatio.

**) Supplcatur V. Herbergeri laudatio: — Sobald die Messe angehet, muss der schöne Gesang klingen: Salve festa dies etc. und darauf noch einmal das Halleluja zu dreien verschiedenen Orten in den Introitum eingesprengt werden. — Referunt Hieronymum Pragensem in rogo positum intonasse: Salve festa dies etc.

nachweissen lassen. So lauten z. B. die drei ersten Verse eines Hymnus in allen Handschriften und Drucken, die ich gesehen: Vox clara ecce intonat, obscura quaeque increpat, pellantur eminus somnia. Hier muss pellat (pellit?) gelesen werden, denn es bezieht sich auf vox, nicht auf somnia. Mentem Monii in his assequi mihi non contigit. Vox quam poeta facit intonantem, est Pauli Apostoli Rom. **13. 11** sq.: Hora est de somno surgere etc.

Verbum supernum prodiens. R.

Thes. I. p. 77. De Adventu Domini.

Cod. Rhenov. (R) Brev. Aberd. (Ab) Monius tres libros saec. XV. contulit. (M)

7. M. audita per praeconia. *Der durchgängige Reim des Liedes entscheidet für die Kritik der Lesarten, praeconia muss also stehen bleiben, damit lässt sich nur per verbinden.* Sed vox ut in omnibus exstat codicibus et libris, itaque tenenda scriptura vulgata. **10** Ab. corporis. **13.** Ab. arcemur.

Cs, et P. congruunt cum Thesauro.

A solis ortus cardine. R.

Thes. I. p. 143. III. p. 284. De Nativitate Domini.

Codex Rhenov. (R) Editio Sedulii optima Fausti Arevali Romae 1794. E codicibus quos inspexit antiquissimi sunt Vaticanus 1665 saec. IX. Vat. I. Vaticanus Reginae Sueciae 333. saec. VIII. vel IX. Reg. Ottobonianus 35. saec. IX. Ott. 1. (A) Codex Abbatiae S. Victoris in Biblioth. Regia Parisina no. 493. fol. 88 apud Du Méril Poésies etc. I. p. 142 sp. (P)

8. A. Reg.: *2, 3, Ottob. 1, Meus, Alb. quod condidit: alii cum editis quos condidit. In Vat. 1 factum est quos ex quod. Elegantius videtur quod, praesertim in carmine. Alioquin S. Gregorius Magnus hom. 19 in Evangelia dixit: Conditor noster, qui regit quos condidit, et Alcuinus in Sedulio legit quos.* **9.** R. A. clausae, quam genuinam duco scripturam. A. Reg. *2, Ottob. 1, Alcuinus, Fabr. et aliae editiones Clausae. Schedae Poelm., Reg. 5, Ott. 2, Ald. et alii editi, Castae. Alm., Alb., Cant. ex correctione Clausa: sic etiam Reg. 3, in quo prius fuit Clausae. Vat. 1, Casta; sed neque cum Casta, neque cum Clausa ratio stat metri. In Breviario Romano remansit Castae. Ven. Thomasius in Hymn. partem hujus hymni profert ex quodam breviario monastico ad laudes, in quo est Clausa.* **16.** A. virgo creavit. Certum est, ecclesiam antiquitus scripturam, ab errore et falsa interpretatione haud alienam, mutasse. **17.** Dum. *On lit dans le Bréviaire à l'usage*

de Rome: Enititur puerpera, mais les anciens poètes ne reconnaissaient aucune règle pour les hiatus; ils élidaient ou conservaient la première voyelle suivant leur convenances.

Cs. P. Ca. Castae.

Christe redemptor gentium. R.

Thes. I. p. 78. II. 382. De Nativitate Domini.

Cod. Rhenov. (R) Brev. Const. (C).

1. R. C. omnium: sic legendum ut 2. R. C. ex patre. 13. C. haec. 19. C. sui. 20. C. collaudans canit cantico.

1. 2. P. Cs. omnium — ex. 20. P. Cs. exultat.

Singulare quid observavi in libro: Prontuario del Ceremonial y Pontifical Romano para servir en la santa iglesia catedral de Mérida Caracas. 1849 p. 11. „Se cantan (Matutinum Nativ. Domini) de la manera que en las otras festividades, notándose en ellos de especial lo siguiente. El Obispo, al entonar el himno *Jesu Redemptor omnium*, eleva las manos, las iunta ante el pecho é inclina la cabeza hácia el altar.“

Nunc clericorum concio.

De Nativitate Christi. Du Méril II. p. 43 sq. e cod. Bibl. Reg. 1139. saec. XI. fol. 30.

Nunc clericorum concio
devota sit cum gaudio;
in tanto natalitio
nam summi Patri(s) filio
datur excelebratio.
Gaudeat homo!

Qui, carni(s) sumto pallio
virginis in palatio,
nostra fuit redemptio;
Gaudeat homo!

Peractis novem mensibus,
in claustris virginalibus,
nos (l. non) in lectis regalibus,
sed parvis et pauperibus,
et (l. est) natus puer regius.
Gaudeat homo

Pro nobis pannis vilibus
est involutus Dominus,
aeterni Patri(s) filius;
Gaudeat homo!

Hic restauravit gaudium
animabus fidelium,
quod ab(s)tulit daemonium.
Gaudeat homo!

Inter acta praesepia
puer est stricta (l. strictus?) fatia (l. fascia),
namque in pueritia
nutritur sic infantia.
Gaude!

O miranda potentia!
quis unquam audit talia?
patrem lactavit filia.
Gaude!

In hoc fallit quod docuit
Boetius qui retulit,
quod, mulier si peperit,
necessitas hoc arguit,
quod cum viro concubuit.
Gaude!

Inde natura stupuit;
ius amisisse doluit;
miratur quis hoc potuit.
Gaude!

Hic in crucis patibulo,
vitae damnati aemulo,
tirannum trudens vinculo,
fuso cruore proprio,
nos redemit de baratro.
Gaude!

Quae sanguinis effusio
nostra fuit redemptio;
modo dicatur lectio:
Gaude!

Dum. II. p. 44 sq. 20—21.: *Il manque ici sans doute cinq vers terminés en ium.* 25. *Si ce vers n'etait pas corrompu, acta y aurait conservé la signification du grec* ἄγειν, *Briser et par suite Tomber en ruine; (?) mais probablement il faut lire In et un participe de trois syllabes, qui ajoutait encore à l'idée de dénûment qu'éveille praesepia.* (Mihi extra dubitationem est, legendum esse arcta s. arta.) 29. *Quoique dans toute le reste de la pièce il n'y ait plus au refrain que Gaude, et que le ms. soit noté, peut-être est-ce une abréviation, et doit-on lire dans les trois derniers couplets comme dans les trois premiers, Gaudeat homo!* 35. *Boèce était, pour toutes les choses de science, une grande autorité pendant le moyen âge.* 52. *Ce vers prouve que ce cantique était chanté dans les églises, immédiatement avant la lecture de l'épître ou de l'évangile, comme l'est aujourd'hui la prose.*

Auscultet exultet fidelis concio.

De Nativitate Christi. Du Méril II. p. 46. e cod. Bibl. Reg. 1139. saec. XI. fol. 46.

Auscultet exultet fidelis concio;
cantica rhyt(h)mica fidelis gaudio!

Haec dies est qui est cunctis celebrior,
in qua dux stella, lux micat splendidior.

Festa sunt, sancta sunt haec natalitia,
quibus rex, lux et lex, novatur (l. novantur) omnia.

In solo de polo stirps nova mittitur;
avarus tartarus inde competitur.

Capitur, clauditur ventris sub clausula,
qui solum et polum ambit in saecula.

Humilis ac vilis iacet in stabulo,
nascitur, alitur lacteo pabulo.

Fit homo, de domo procedens regia;
nova res, mira res, nova sunt gaudia.

Natus est, Deus est, et fugit (l. sugit) ubera;
parvus est, tantus est qui regit sidera.

Nascitur . . . . . . (alitur?), puer a pueris
dicitur, creditur rex arc(h)isideris.

Dum. l. c.: *Chaque couplet est composé de deux lignes de douze syllabes, liées ensemble par une rime disyllabique et terminées par un ïambe, et il y a deux césures, marquées par une consonnance intérieure, à la troisième et à la sixième syllabe.*

1. Il y a dans le ms. Aut scultet. 2. Le copiste a sans doute écrit le mot fidelis par souvenance de la première ligne; il faut probablement un participe présent de trois syllabes, comme concinens ou resonans. 18. archisidus, le premier astre, le soleil; peut-être cependant doit on lire en deux mots avec l'ortographe du ms. arci sideris: Sidus signifiait quelquesfois le ciel, et arcus pouvait, même dans la bonne latinité, se decliner avec les formes de la seconde declinaison: Cur autem arci species non in deorum numero reponatur. Cic. nat. deor. III.20.

Congaudeat turba fidelium.

De Nativitate Christi. Du Méril II. p. 47 sq. e cod. Bibl. Reg. 1139. saec. XI. fol. 61.

Congaudeat turba fidelium!
natus est rex, salvator omnium,
in Betleem.

Laudem coeli nuntiat angelus,
et in terris pacem hominibus,
in Betleem.

Loquebantur pastores invicem:
transeamus ad novum hominem
in Betleem!

In praesepe et bos et asinus
cognoverunt quod esset Dominus
in Betleem.

Tunc Herodes quaerit perimere,
quem deberet orandum quaerere
in Betleem.

In Aegyptum Maria filium
transfert, timens regis imperium
in Betleem

Ex humana virgine nascitur,
quos (l. quo) nascente gaudens efficitur
Jerusalem.

Benedicat plebs ergo virginem,
venter cuius coelorum pertulit
artificem!

Rege nato sidus exoritur,
quo pervio regum coniungitur
societas.

Par est inter parem intentio,
pari quaerunt regem consilio,
quo liceat (l. iaceat?).

Regnunt, intrant, regem reperiunt;
cui aurum, thus, myrrham offerunt
et gratias.

Dum. l. c. *Chaque couplet est composé de trois lignes: les deux premièrs ont dix syllabes, une césure après la quatrième, une brève à la pénultième et une rime finale; la troisième ligne n'a que quatre syllabes dont l'avant-dernière est brève, et semble liée, au moins par une assonance, avec les autres couplets. Betleem et Jerusalem ont déjà la forme romane.* 22. *Le mot* plebs *semble indiquer une origine ecclésiastique; le clergé désigne toujours le reste des fidèles par plebs ou populus (?)* 23. *Si le poète n'a pas transposé les deux mots coelorum pertulit, et fait porter, comme en beaucoup d'autres cas, la rime sur la nasalisation des voyelles, il a cru que la consonnance de la troisième ligne le dispensait de faire rimer la seconde avec la première.* 26. Legendum praevio. 28. Leg. pares. 30. Ego malim legere luceat. 31. *Sans doute le copiste du ms., préoccupé de regem qu'il avait déjà écrit et qu'il allait écrire encore, a remplacé par ce barbarisme un verbe de deux syllabes; peut-être petunt ou eunt.* Fortasse Adsunt, intrant.

Praeterea stropharum ordo turbatus esse videtur.

Hostis Herodes impie. R.

Thes. I. p. 147. II. 382. III. 284.

Cod. Rhenov. (R) Editio Fausti Arevali cf. p. 144. (A) Cod. Parisinus apud Du Méril p. 142. (P)

1. A. *Nostri omnes mss., Alcuinus et antiquae editiones, Hostis Herodes, sed in Ott. 1, Hostis Herodis. In Breviariis antiquis pariter legitur Hostis Herodes. Erasmus primus, quod*

sciam, aliter reformandum hunc versum censuit, nimirum Herodes hostis impie. Eius verborum (in Colloquio convivii poetici) summa est: In versu Hostis Herodes impie bis peccari, quia primo loco Hostis trochaeus ponitur, qui in carmine iambico non admittitur: secundo loco Hero est spondaeus, cum debeat esse iambus. Hanc coniecturam Fabricius, et alii editores secuti sunt. Sequuntur etiam recentiores. Munckerus ad Hygin. fab. 233. pag. 289, substitui volebat Herodis hostis, quia alias ultima syllaba corripitur contra legem pedum. Reponit Arntzenius, in Sedulio talia aliquando esse admittenda. Verum his ita occurrerat Erasmus: cum Herodes dictio graeca sit, ultima in vocandi casu corripi poterit. Addit Erasmus, melius cohaerere epitheton impie cum hostis, quam cum Herodes. Correctores hymnorum breviarii Romani sub Urbano VIII. sic reformarunt: Crudelis Herodes, Deum — Regem venire quid times? In prima vero editione an. 1629, Crudelis Herodes, Deum — Terris venire quid times? Equidem existimo, a Sedulii manu esse Hostis Herodes impie. Quod enim primum obiicit Erasmus, Hostis esse trochaeum, qui in iambico carmine locum non habet, facile diluitur; nam aspiratio in voce Herodes vim consonantis habere potest, ut habet saepe apud Sedulium et alios eius aequales. Ita Hostis est spondaeus. Immo hac ratione posset reponi, ut sententia cum sequentibus melius cohaereat, Hostem Herodes impie, — Christum venire quid times? Ait deinde Erasmus, Hero esse spondaeum: verum id quidem, si prima in Herodes necessario producatur; sed cum in nominibus propriis poetae sequioris aevi hanc sibi licentiam arrogarent, ut pro lubitu syllabas producerent aut corriperent, merito possumus in Hero iambum agnoscere. Saepe etiam accidit, ut poetae Christiani in eodem nomine proprio eamdem syllabam modo corripiant, modo producant. Sedulius corripuit o in Joannes, quamvis per omega scribatur. Idem corripuit secundam in Mariae, et eamdem syllabam produxit. In nomine ipso Sedulii variat Fortunatus (l. VIII. carm. 9. et Vita S. Martini v. 17.) et priores duas syllabas modo breves, modo longas facit. **3.** Vat. **1.** arripit. **5.** Ott. **1.** qua venerant, prius fuit qui venerant. Post stropham secundam R. habet: Katerva matrum personat etc. **9.** R. lavacrum. **10.** P. attulit (?) Strophae tertiae et quartae R. interseruit aliam: Miraculis dedit fidem, habere se Deum patrem infirma sanans corpora et suscitans cadavera.

Cs. Ca. P. faciunt cum Thesauro.

Jesus refulsit omnium.

Thes. I. p. 4. De Epiphania Domini.

Mone I. p. 78: *Thomasius und Daniel schreiben das Lied dem h. Hilarius zu* (cramben sexcenties recoctam haud recoquimus), *dem es aber schwerlich angehört, denn die Gleichreime der Strophen sind so durchgeführt, wie es bei den noch übrigen (?) Liedern desselben nicht vorkommt. Was aber von Hilarius und der klassischen Metrik noch mehr abweicht, ist der Stabreim oder die Alliteration, welche durch das ganze Lied sich deutlich erkennen lässt und manchmal sogar doppelt vorkommt, wie 11. 12. fatentur, ferendo, und munus, mysticum, ebenso 31. 32. raptos, regnare und tartaro, tecum. Dies führt auf einen angelsächsischen oder irischen Verfasser, denn die alten Iren liebten besonders die Einmischung griechischer Wörter in die Hymnen, wie es hier, theils dem Reime zu lieb, theils ohne Reim (cosmi 20.) geschicht. Da die Strophen nur einen Reim haben, so lassen sich ie zwei Verse in eine Langzeile verbinden, die in der Mitte und am Ende gereimt ist, welches Strophenmass in den alt-irischen Gedichten häufig vorkommt.* Conf. Du Méril Poésies Populaires Latines, I. p. 117 sq.

Codex Rhenov. (R) Brev. Constant. (C) Mone (Hs. zu Stuttgart Brev. 98. mit der Melodie. 11. Jahrh. M.) Stephenson Latin. Hymns. (S).

4. R. C. dragmatum. 6. M. per aethera. 11. S. M. et. Codex Monii dividit hymnum, ut pars secunda ordiatur a. v. 12. Similiter C. tertiae strophae adnexa doxologia praecipit ut hymnus cantetur ad Nocturnum per Octavam Epiphaniae. Hymnum secundum: Denis ter annorum cyclis tribuit Laudibus. 13. C. denum. 14. R. corporis. C. per te vivens corp. M.: *ist dunkel, Bebel schlägt vor parce, was der Vers nicht zulässt, vielleicht besser in pace, weil die Verfolgung Christi eigentlich mit seinem öffentlichen Auftreten anfing.* Obversatur poetae opinor locus Fortunati: lustra sex qui"iam peracta tempus implens corporis. Legendum igitur: in parte vivens corporis, i. e. iam per triginta annos in forma hominis conversatus est. Corpus utrique poetae significat dies carnis Hebr. 5, 7. „pars corporis" est quasi sors, portio incarnationis, quae Domino obtigit. Concinit praeterea vox corporis optime aliis: cyclis, cunctis, carens, contagiis. 18. S. tremescit. 21. M. *ergo für ecce haben alle, aber dies muss stehen nach Matth. 3, 17.* Ego acquiesco in codicum consensione. 22. R. C. M. excelsi. 25. R. S. M. supplici. 28. R. S. C. M. potenter hydrias aquae. recte. 29—32. M. *Daniel hält diese*

Strophe nicht für ächt und lässt die letzte weg. Thomasius giebt beide auch nicht in seinem Texte, sondern als Lesart einer andern Hs. Sie sind aber den andern ganz gleich. Uncis inclusi v. 29—32 utpote suspectos. Sed leguntur in R. et C. 29. R. C. M. benignum. In membrana Monii adiecta est doxologia: Laus Trinitati debita etc. quam exscripsimus e Thomasio.

A patre unigenitus. R.

Thes. I. p. 234. De Epiphania Domini.

A patre unigenitus
ad nos venit per virginem,
baptisma cruce consecrans,
cunctos fideles generans.

De caelo celsus prodiit,
excepit formam hominis,
facturam morte redimens,
gaudia vitae largiens.

Hinc te redemptor quaesumus,
illabere propitius
klarumque nostris sensibus
lumen praebe fidelibus.

Mane nobiscum domine,
noctem obscuram remove
omne delictum ablue,
piam medelam tribue.

Quem iam venisse novimus,
redire item credimus,
sceptroque tuo inclito
tuum defende populum.

Gloria tibi domine,
qui apparuisti hodie,
cum patre et sancto spiritu
in sempiterna saecula.

Cod. Rhenov. (R) Thomasii Hymn. (T) Stephenson. (S) Mone I. p. 79. (Hs. zu Stuttgart Brev. 101. fol. 51. 15. Jahrh. A. Hs. in meinem Besitz 14. Jahrh. B.) M. Brev. Aberdon. (Ab)

Mone l. c.: *Ein akrostichisches Lied nach dem Alphabet, daher ich im V. 6. excepit stehen liess, obgleich accepit besser ist, und V. 11. klarum setzte, wie auch V. 18. die Wortfolge ändern musste. Da solche Lieder nach der vierzeiligen Strophe nur bequem bis ins T oder U geführt werden können, so ist in der ersten Strophe gewöhnlich ein Anlaut zweimal gesetzt, wie hier zweimal A. Der Hymnus bei Thomas. p. 420. Altissimi verbum patris* (p. 47.) *geht aber durch das ganze Alphabet, nur muss im drittletzten Verse statt Christo geschrieben werden Xristo, und im zweitletzten für hymnum ymnum, wodurch die Reihenfolge des Alphabetes bleibt.*

6. A. concepit. T. accepit. 9. A.B.T.E. hoc. 18. A.B.T. item redire. 19. A. sub sceptroque. B. sub sceptro. E. T. Ab. et Sarisbur. tu sceptrum tuum inclytum. 20. T. E. Ab. et Sarisbur. tuo—clipeo. 22. E. qui lotus es in flumine, das Weitere fehlt.

9. Ca. hoc.

Alleluia dulce carmen vox perennis gaudii. **R.**
Thes. I. p. 261. Sabbato ante Dominicam Septuagesimae.

1. gaudiis. 2. laus suavis. 4. cecinit Hir. 10. inde. 12. all. perpetim.

Sequiori aevo quo hymni ac sequentiae notio confusa apparet et perturbata, hymnus a non nullis in missa cantari solitus est. Itaque Brander in Sequentiarum catalogo ponit: Sabbato quo Alleluia suspenditur, ympnus antiquus ut Corde natus.

Libellum precum sc. XV. Dom. Sept.: *Heri licebat nobis jubilosum Alleluja cantare frequentiusque valedictione quadam itidem saepius frequentare. Hodie autem orta est dies in qua iubemur cuncta iocunda postponere et formam poenitentialem assumere. Gloria in excelsis et dulcisonae sequentiae nunc omittuntur.*

Crux benedicta nitet, dominus qua carne pependit. **R.**
Thes. I. p. 168. De Sancta Cruce.

Cod. Rhenov. (R) Luchii Codices Vaticani p. 144. et Broweri Editio. 2. Brow. Duo ex Vat. lavat. 5. R. tibi. R. adiungit stropham decimam, nusquam quod sciam in Fortunati codicibus obviam:

O tam magna Deo magnalia tanta, parasti,
Quanta mira facit gloria magna Deo.

Trench.: *The cross as the tree to which the vine is clinging, and from which its tendrils and fruit depend, is a beautiful weaving in of the image of the true Vine with the fact of the Crucifixion. The blending of one image and another comes perhaps yet more beautifully out, though not with quite such logical coherence, in that which sometimes appears in ancient works of Christian art — namely, Christ set forth as the Lamb round which the branches of a loaded vine are clustering and clinging.*

Magno salutis gaudio. **R. V.**
Thes. I. p. 179. II. 382. Dominica in Ramis Palmarum.

1. V. magnum — gaudium. R. post stropham secundam hanc habet: Currunt (cernunt) Judaei Lazarum, Qui fuerat iam mortuus, Sedentem cum discipulis, Loquentem cum apostolis. 30. V. recisa. 45. V. hos ergo.

P. stroph. 1. 2. 3. in festo S. Mariae Magdalenae ad Matut. Cs. 3. in eadem festivitate ad Vigilias: Nardo Maria pistico

Unxit beatos domini Pedes rigando lacrimis Et detergendo crinibus.

Apud non nullos hymnus cantabatur in Processione Palmarum. Rituale Suessionense tempore Nivelonis II. scriptum: *Ante Tertiam pulsatur novies major campana. Aqua benedicta fit in sacrario: interea veniant congregationes. Paratisque omnibus ante altare cantent duo subdiaconi, qui in tabula debent praescribi, versum istum: Magno salutis gaudio, Laetetur omne saeculum, Jesu redemptor omnium, Sacravit orbem languidum. Chorus iterum Magno. Et tunc exit processio.*

Gloria laus et honor.

Cod. Vindob. nr. rec. 1832. saec. XI. Thes. I. 337. II. 381.

Fabulam de origine cantici maxime divulgatam cum in Thesauro ipse recoxerim, postulat veri studium, ut reiiciam in Supplementis. Nec ab hoc officio detineor ipsa historiunculae lepida quadam commoditate (Rambach A. I. **200**: *Gar nicht unwahrscheinlich ist es, dass Th. mit einzelnen Ausdrücken, besonders mit dem rex pie, rex clemens, auf den Kaiser selbst anspiele, und aus dem Erfolge scheint zu erhellen, dass dieser den Wink verstanden habe.)* Neglexerunt hymnologi quoad sciam omnes doctam Menardi adnotationem ad Gregorii Sacramentarium p. **318** sqq., qua confictam fabulam validissimis argumentis refutavit. Neque Bährii diligentia maior fuit, Supplem. z. Rom. Lit. **11**. p. **94**: — *das von T. im Gefängnisse zu Angers gedichtete Lied auf den Palmsonntag, welches zu den ausgezeichnetsten Producten seiner Muse gehört.* Menardus (ad Libr. Sacram. Gregor. Nota **234**): *Alcuinus lib. de divinis Officiis cap. 14. totam Processionis rationem describens sub finem ait: Hac finita inchoantur a duobus Cantoribus quidam versus: Israel es tu Rex. Respondet chorus aspiciens, seu inclinans se ad supra scriptum sanctum Evangelium: Gloria laus et honor tibi sit. Et ordine sequuntur alii versus. Sanctum Evangelium, cuius hic mentio fit, illud est, quod in quodam feretro positum gestabatur in illa processione, ut scribit idem Alcuinus supra eodem capite. In loco citato notandi sunt ii versus, Israel es tu Rex etc. Gloria laus etc. Quos vulgo dicunt a Theodulpho, Episcopo Aurelianensi, Andegavis in carcere compositos. Is enim, ut ferunt, cum insimulatus adversus Ludovicum Pium Imperatorem cum Bernardo, Italiae Rege, Andegavis dicti Imperatoris iussu in custodiam datus est, ubi hos versus composuit, quos cum in die Palmarum in ipso carcere decantaret, illac forte transiens Imperator carminum melodia captus Theodulphum carcere liberavit et ad sedem remisit.*

Hoc scripsere quidam auctores non adeo antiqui, quos erroris locus supra citatus Alcuini, in quo horum versuum fit mentio, convincit: cum Alcuinus obierit anno octingentesimo quarto, longe ante coniurationem Bernardi, ut testatur Oderannus Monachus S. Petri Vivi in Chron. Anno DCCCIV. obiit Alcuinus Philosophus Abbas S. Martini. Sed apud antiquos scriptores, qui de gestis Ludovici Pii Imperatoris scripsere, mirum est de eiusmodi historia seu potius fabella silentium, et quod ipsi scribunt de Theodulpho et aliis coniuratoribus, huic commento prorsus adversatur. Nam Imperator eodem anno DCCCXVIII captis coniuratoribus Aquisgranum reversus est, transactoque Quadragesimali ieiunio paucis post Pascha diebus coniurationis auctores, et Bernardum regem iudicio Francorum capitali sententia condemnatos luminibus tantum iussit orbari: Episcopos synodali sententia depositos monasteriis mancipari: ceteros prout quisque vel nocentior vel innocentior apparebat, vel exilio proscribi, vel detonderi, atque in monasteriis conservari, ut scribit Eginhardus ad eumdem annum. Idem scribit Theganus lib. de gestis Ludovici Pii Imperatoris num. 22., solius depositionis Episcoporum, nulla in monasteriis detrusionis mentione facta. Idem testatur quidam anonymus antiquus scriptor in vita Ludovici Pii, ubi refert Theodulphum, et ceteros episcopos fuisse depositos, et monasteriis obtrusos nempe in exilio. Siquidem se in exilium actum fuisse testatur ipse Theodulphus, epistola ad Modoinum Episcopum:

Hoc Modoïne tibi Theodulphus dirigit exul
Summo Pontificum cernuus ecce melos.

Et in Epistola ad Aigulphum Episcopum:

Hoc Aigulphe tibi, praesul sanctissime, mitto
Theodulphus carmen exul ab exilio.

Et in epistola citata ad Modoinum conqueritur se non fassum iniuste fuisse episcopatu abdicatum, idque sine auctoritate Romani Pontificis:

Non ibi testis inest, iudex nec idoneus ullus;
Non aliquod crimen ipse ego fassus eram.
Esto: forem fassus, cuius censura valeret
Dedere iudicii congrua frena mihi?
Solius illud opus Romani praesulis extat,
Cuius ego accepi pallia sancta manu.

Quae videre est apud Henricum Canisium tomo 5. antiquar. lectt. parte 2. Ex his patet, cum iam esset condemnatus paulo post solemnitatem Paschae Theodulphus, cum non

fuisse vinculis solutum in ramis palmarum ab Imperatore, eius melodia delectato, qui tum erat Aquisgrani. Ivit postea Ludovicus in Britanniam minorem, hoc est Armoricam, ut compesceret Mormanum, qui sibi in Britones regiam potestatem arrogaverat, quo ad ordinem redacto rediens, Andegavos venit, ubi Irmingardis Regina coniux eius, quam proficiscens ibi aegrotantem dimiserat, duobus diebus, postquam ipse ad eam venit, morbo invalescente V. Nonas Octobris discessit, ut scribit Eginhardus ad eumdem annum; id etiam testantur Theganus et Anonymus supra citati. Bis eo anno fuit Andegavis Imperator, eundo in Armoricam et redeundo; nec tamen potuit solvere Theodulphum, qui tantum post Pascha Andegavos profectùs est et reversus est mense Octobri, et paulo post obiit. Tandem pius ille Imperator et misericors, anno DCCCXXI. in conventu generali apud Theodonis Villam, cum celebrarentur nuptiae Lotharii filii sui et Irmingardis Hugonis Comitis filiae, accersitis coniuratoribus iniuriam condonarit, eisque omnia bona facultatesque restituit, ut testatur Eginhardus ad praefatum annum: Emicuit in hoc palatio piissimi Imperatoris misĕricordia singularis, quam ostendit super eos, qui cum Bernardo nepote suo in Italia contra caput ac regnum suum coniuraverunt. Quibus sibi ad praesentiam venire iussis non solum vitam et membra concessit, verum etiam possessiones iudicio legis in fiscum redactas magna liberalitate restituit. Idem testatur supra scriptus Anonymus in vita Ludovici Pii. Ex quibus patet non donatum fuisse crimen ipsi Theodulpho Andegavis in carcere existenti. Et certe valde erat infensus ipsi Theodulpho Ludovicus, nec parcere volebat, nisi prius crimen fateretur, ut scribit Modoïnus Episcopus ad ipsum Theodulphum:

Commissum scelus omne tibi dimittere mavult,
Si peccasse tamen te memorare velis.
Nam prodesse tibi confessio pura valebit,
Si te voce probas criminis esse reum.

Et paulo post:

Nullo alio superare modo puto principis iram
Posse, probes nisi te criminis esse reum.

Haec refert Henricus Canisius libro supra citato. Sed pius Imperator postea sententiam mutavit, ut paulo ante diximus, et omnibus coniuratoribus pro sua clementia singulari pepercit. Quidam Anonymus, qui vixit tempore Philippi Augusti Francorum regis cap. 3. libri de translatione reliquiarum S. Mamantis in Gallias, hos versus tribuit Reinaldo Episcopo Lingonensi, et similia ferme narrat iis quae falso de Theodulpho

credita fuisse supra scripsimus: Procedente tempore assumtus ad regimen urbis Lingonicae Reinaldus Episcopus piae recordationis, qui decimus sedit ante venerabilem Wilhelmum, qui nunc est electus noster. Vir ille quidem spectabilis genere fuit; sed nobilitatem generis honestas morum, et multiplex litterarum scientia illustrabat. Non solum liberalibus studiis eruditus fuit, sed utriusque testamenti paginis sufficienter instructus. Ipsa enim eius opera testimonium perhibent veritati. Nam cum ipse teneret comitatum Tornodorensem, et comitatum Barri super Sequanam pro suis nepotibus, qui erant adhuc parvuli, propter discordias quasdam, sicut dicitur, Rex Francorum, qui tunc erat, ipsum tenuit in Noviomensi civitate, in turri iuxta portam: ubi non fractus adversitate, sed gaudens, quia intelligebat quod filium quem diligit flagellat Deus, fecit hymnum, et modulatis vocibus decantavit cum pueris in ramis palmarum, scilicet: Gloria laus. Ipse etiam vitam beati Martyris (Mamantis) transtulit de Graeco in Latinum. — Haec ille, quem sequendum putarem, nisi mentio illorum versuum apud Alcuinum obstaret. — — At vero recte monet Martene de ant. eccl. disc. p. 195: *Non negarim hunc hymnum a Theodulpho fuisse compositum et quidem ad usum ecclesiae Andegavensis, maxime cum illum sub illius nomine citasse videatur Lupus abbas Ferrariensis.* Quod vero ad Alcuinum, haud amplius obstat (ut cum Menardo loquar) libri de divinis officiis auctoritas, quippe qui minime ab Alcuino conscriptus est (Hist. litér. de la France IV. p. 340. Froben. Alc. II. p. 461.) Itaque nihil prohibeor, quo minus Theodulphum carminis auctorem existimem: historiam vero episcopi virtute carminis a vinculis absoluti a Reinaldo ad Theodulphum translatam esse opinor.

Pontif. Pictaviense saec. X. vel XI. apud Martene de ant. eccl. disc. p. 200: 3. es tu rex. (Sic legitur etiam in Ordinario Turonensi vetustissimo ac vetere missali Sarisburiensi.) 5. coelitus. 6. et cuncta. 13. rex pie, rex clemens. 13. alti. Post 14. interserit versus hos:

Inclita terrenis transitur ad aethera victis
  Virtus a vitiis nos capit alma tetris.
Nequitia simus pueri, virtute vegeti,
  Quod tenuere Patres da teneamus iter.
Degeneresque Patrum ne simus ab arte priorum
  Nos tua post illos gratia sancta trahat.

15. tuus et nos simus asellus. 18. eis nostra. 19. tegmina sive animae. Post 22. haec adduntur:

Castaque pro ramis salicis praecordia sunto,
Nosque operum ducat prata ad amoena virorum. (via?)
Pro ramis oleae pietas, lux, dogmaque sancti
Flaminis in nobis sit tibi rite placens.
Arbore de legis caedamus dogmata quaedam,
Queis veniendi ad nos sit via tuta tibi.
Nostraque sic praesens celebret devotio festum,
Continua ut valeant annua festa sequi.

Audi iudex mortuorum. V. Ber.

Thes. I. p. 237. II. 383. III. 286. In Consecratione Chrismatis.

Hymnum esse Fortunati foetum, ut Luchio placet, satis indicat Codex Ritualis Ecclesiae Bisuntinae saec. XI. conscriptus et asservatus in archivio Cathedralis Ecclesiae Veliternae, in quo legitur sub hoc titulo: Versus Fortunati in laudem Chrismatis. (B) Eum edidit J. C. Trombellius in tom. II. tract. de Sacr. p. 255. (T)

1. T. (ut libri rituales plurimi*) carmini praemittit hypopsalma: O redemptor sume carmen temet concinentium. B. Cod. Bonon. Pontif. Alberti Castellani ed. 1743 nobiscum faciunt. 2. Pontific. Innoc. VIII. credentium. 3. B. Cod. Bonon. Castell. proferentium. 4. B. Cod. Bon. Pont. Innoc. VIII. praemium. T. praevium. Respicit ut puto ad ramos olivarum quibus Christo Domino Jerosolymam celebriter ingredienti obvia turba facta est. At quid olivarum commemoratio in coena Domini? Pont. Bisunt. sc. XII. apud Martene Disc. p. 309. donum pacis perditum. 8. Ber. T. cum omnibus ut videtur libris suis sacrandum. 11. T. salvator. 12. Pontif. Innoc. VIII. humi supplex. Bon. humo. T.: *Hanc lectionem reliquis praefero et ex ea derivatam suspicor vulgatam lectionem imo.* At ego unice veram vocem duco quae legitur in Ber. hymno supplex. B. stat ad aram. 13. Pontif. Brixiense saec. XIII. s. XIV. persolvat. 15. Pontif. 1572. conservare. Ber. T. dignare. 17. T. B. V. Ber. hoc olivum signum vivum. Pontif. Brix. nostram tuetur scripturam. Bon. Pontif. Innoc. VIII. hoc signum olivae vivum. 18. Pontif. Innoc. VIII. contra iura. 22. T. sanctur sauciata. Brix. medetur. V. Ber. et medetur. 25. In Thes. per errorem tota pro lota. 33. T. sit haec dies. Ber. T. festa nobis. 25—28. desunt in cod. Bononiensi.

*) Non omnes. Pontif. Mogunt. sc. XIII. apud Mart. 337. Versus puerorum: Audi iudex mortuorum cum ceteris. Sequitur versus, quem clerus post quemlibet versum repetit: O red. sume carmen temet concinentium.

***Rex sanctorum angelorum totum mundum adiuva.* B.**

Thes. I. p. 260. II. 383. III. 286. In Vigilia Pentecostes ad Baptismum.

Cod. Berol. (Ber) Vetustorum codicum scriptura apud Martene de ant. eccl. disc. p. 541 (Mt) Mone I. p. 183 sp. (Hs. zu Karlsruhe o. N. von 1493. Bl. 47. (A) mit der Bemerkung: metrum trochaicum septimetrum ut in hymno: Crux fidelis. Hs. im Karlsruher Archiv, 15. Jahrh. mit der Melodie. (B) Hs. zu Kreuzlingen bei Konstanz, 14. Jahrh. mit der Melodie, (C) und der Ueberschrift: ad benedictionem fontis. Hs. zu S. Gallen No. 381. p. 49. 11. Jahrh. ad descensum fontis. (D) Hs. zu München Clm. No. 14083. f. 83. 11. Jahrh. mit Neumen: Letania ad baptismum in sabbato sancto. (E) Hs. zu München Clm. 14845 f. 91. 12. Jahrh. mit Neumen: Letania in sabbato paschae. (F) Hs. zu Stuttgart Bibl. No. 20. f. 75. 12. Jahrh. mit Neumen: Versus ad fontem. (G) Hs. zu Freiburg No. 66. 15. Jahrh. (H) Denis codd. theol. Vindobon. 3, 2975. erwähnt den Hymnus in einer Wiener Hs. des 12. Jahrh.)

Mone l. c.: *Die Einrichtung dieses Liedes erfordert, dass der erste Vers bei jeder folgenden Strophe wiederholt werde, damit jede 3 Verse bekomme, wie es bei diesem Versmasse Regel war. C wiederholt den ersten Vers abwechselnd in seinen beiden Hälften, also nach 3. Totum mundum adiuva, und nach 5. Rex sanctorum angelorum, und so fort. Die andern Hss. haben keine Wiederholung, obgleich der erste Vers durch seine eigene Melodie sich dazu eignet, weil er sich dadurch von den andern Verspaaren, die unter sich gleiche Melodie haben, deutlich unterscheidet. (M.)*

2. F. germinans, ita correctum in E. M. *Der Scholiast in A erklärt germinis durch Jesu Christi, die Lesart germinans bezieht sich auf die Ruthe Aarons und zunächst auf die Wurzel Jesses.* 3. G. ordinis. 5. Codices omnes Mt. M. sanguis fusus. A. sanguinis. M. *Nach 5. fügt D. von anderer aber gleich alter Hand diesen Zusatz bei:* Sancte Galle, pater alme, tuo fac oramine, quo dignetur his festivis interesse gaudiis. *In Canisii lectt. ant. ed. Basnage II. 3. p. 202. ist aus dieser Hs. der obige Hymnus abgedruckt, und diese beiden Verse ohne Bemerkung geradezu in den Text aufgenommen, so wie auch das Lied dem Mönch Ratpert zugeschrieben wird, was eben so irrig ist. Dieser Abdruck hat noch dazu Lesfehler.* Ber. hanc stropham interserit: Adalrice pater alme fac tuo oramine, Quo dignemur his festivis interesse gaudiis. Apparet in stropha intercalari mentionem factam esse patroni. 6. Mt. consonate. 7. H. quando. Mt. dies ind. 8. A. H. Mt. nos. 9. Ber. D. iuvamine. 11. Mt. protoplasti. G. gygantium. 12. 13. in D. H. positi sunt post 15. 13. H. recentis. C. recentes. 14. A.B.C.D.E.F. Ber. Mt. Mo. fac interna, quod in textum re-

cipimus. Sensus: Fac ut fons externa facie aquam, interna illum sanguinem et aquam ostendat, quae ex latere tuo effluxerunt. Mt. mysteria. E. F. hac. H. fontes. A. Mt. perfluxit. Deest in Ber. ac D. stropha octava. 16. A. Mt. et. 17. F. E. et pr. H. tandem. 18. Mt. compar. 19. dirigamus. H. om. ut.

Hymnus cani solitus est in Vigiliis Paschatis et Pentecostes in Descensu ad Fontem ac praesertim per Germaniam. Nam in decem Missalibus Galliae, Hispaniae, Italiae, Syriae, quorum ritus in Sabbato sancto exponit Martene de antiqua ecclesiae disciplina altum est carminis silentium. Contra in permultis Germaniae libris, adeo saeculi decimi sexti, fit eius mentio. Ne desit exemplum, Ritus ecclesiastici Augustensis episcopatus etc. Dilingae 1580 praescribunt hymnum in Ordine benedicendi fontem Baptismatis p. 554 sq. 5. sanguis fusus. Udalrice pater alme etc. Ut laetetur ante Fac interna. 15. pectore.

Tibi laus perennis auctor baptismatis sacrator. P.

Ad Baptismum in Vigilia Paschatis.

Tibi laus perennis auctor, baptismatis sacrator,
qui sorte passionis dat praemium salutis
nox clara plus et alma quum luna, sol vel astra
quae luminum corona, reddis diem per umbram. Tibi laus.

Dulcis sacrata, blanda, electa, pura, pulcra
sudans honore mella, rigans odore chrisma. Tibi laus.

in qua Redemptor orbis de morte vivus exit,
et quos cathena vinxit, sepultus ille solvit. Tibi laus.

quam Christus aperuit ad gentium salutem
cuius salubri cura redit novata plasma. Tibi laus.

Accedite ergo digni ad gratiam lavacri,
quo fonte recreati refulgeatis agni. Tibi laus.

Hic gurges est fidelis purgans liquore mentes,
dum rore corpus sudat, peccata tergit unda.
Gaudete candidati, electa vasa regni,
in morte consepulti, Christi fide renati.

Luchi: *Martene existimat esse Fortunati cui facile assentiatur qui affinitatem ac similitudinem eiusdem cum stylo Fortunati attenderit.* Pontif. Pictav. sc. X. vel XI. apud Mart. A. D. p. 431: (De Sabbato sancto) *Post haec si voluerit Pontifex baptizat unum aut duos ex infantibus etc. Interim canitur versus Fortunati Presbyteri ad baptizatos: Tibi laus perennis auctor.*

Inventor rutili dux bone luminis. **B.**

Thes. I. p. 131. II. 382. III. 282.

14. Obb. aç facibus. 25. Obb. digna Deus.

Martene de ant. eccl. disc. p. 403: — *Addit codex Victorinus, ut igne benedicto accensisque candelabris, revertantur pueris praecinentibus hos versus: Inventor rutili. Eundem hymnum decantandum praescribunt Ordinarium Argentinum et Cenomanense, Miss. Antissidiorense et Sarisburiense: cuius loco in Rotomagensi et Baiocensi Ordinario notatur antiphona: Cum rex gloriae.* (Thes. II, 321.)

Mitis agnus leo fortis.

Paschalis. Du Méril II. p. 53. E Cod. Bibl. Reg. 1139. saec. XI. fol. 47.

Mitis agnus, leo fortis,
triduanae somno mortis
excitatur hodie;
inferorum fractis portis
nos consortes suae sortis
efficit et gloriae.

Ad sepulcrum cum ung(u)entis,
pari voto piae mentis,
acces(s)erunt feminae;
afferentes unctionem,
angelorum visionem
meruerunt cernere.

Par accessus, amor idem;
ad eumdem habent fidem
sub eodem nomine;
lapis erat revolutus,
quidam eis est locutus:
Nolite metuere.

Festinantes ite retro;
nuntiantes visa Petro
caeterisque propere!
resurrexit vere Jhesus;
immortalis et illaesus
vivit iam in aethere.

Dum. l. c. *Chaque couplet se compose de six lignes; quatre ont huit syllabes et sont liées deux à deux par des rimes disyllabiques dont la pénultième est longue; la première rime avec la deuxième, et la quatrième avec la cinquième. Les deux autres lignes n'ont que sept syllabes et une simple consonnance, précédée d'une brève.*

Beata nobis gaudia. **R.**

Thes. I. p. 6. Add. Pentecostalis.

Mone I. p. 241: *Bei Daniel wird dieser Hymnus dem h. Hilarius zugeschrieben, was schon darum befremdet, weil er selbst den Zusammenhang dieses Liedes mit dem vorigen des Ambrosius (Iam Christus astra ascenderat) bemerkt, und Hilarius bereits todt war († 367), ehe Ambrosius Hymnen machte. Das Lied hat aber nicht nur den Reim, sondern auch die Betonung wie 4. discipulos, 15. número, ist also um vieles jünger*

als Ambrosius. Iam saepius Viri Docti iudicium praeceps atque iniquum ostendimus. Sane vero carmen, cum ex praecedenti v. 24. suum faciat, recentioris aetatis est, fortasse saeculi septimi.

Cod. Rhenov. (R) Mone (Hs. von S. Peter No. 47. zu Karlsruhe mit der Melodie, 14. Jahrh. ad completorium durch die ganze Octave. Andere Hs. daselbst No. 63. 14. Jahrh. de vigilia ad vesperas. Hs. zu Stuttgart Brev. 101. de spiritu s. ad nocturnos. Hs. zu Freiburg No. 56. 14. Jahrh., in meinem Besitz, 14. Jahrh., von S. Peter No. 55. zu Karlsruhe, 14. Jahrh., zu Lichtenthal 13. Jahrh. M.) Stephenson. (S)

1. M.: *gaudia haben alle, da der Vers sich aber auf den vorigen Hymnus V. 8. bezieht, so ist wohl tempora die ursprüngliche Lesart.* Non consentio. 5. R. luminis. 6. M. *figuras weil besser.* figuram collective positum. 11. M. *madere haben alle, mir scheint die ursprüngliche Lesart* calere, *was mit fervidi V. 8. besser zusammenhängt.* Minime vero. Optime v. 11. 12. verba sibi respondent madere et repleri. Accedit quod madere ex adversariorum mente contemtim prolatum. Ceteroquin madere vox est frequentissima in rebus Bacchicis. Cic. Philipp. 2. 105. Tibull. 3, 6, 5. Martial 11, 16. Plaut. Truc. 4, 4, 2. 18. M. cernui. M.: *cernuo ist gegen den Reim.* At valet codicum auctoritas et sensus: nam vultu necessitate quadam epitheton exposcit.

Ca. Cs. P. D. faciunt cum Thesanro.

O nata lux de lumine. R.

Thes. I. p. 259. De Transfiguratione Domini.

O nata lux de lumine
Jesu redemptor saeculi:
Dignare clemens supplicum
Laudes precesque sumere.

Qui carne quondam contegi
Dignatus es pro perditis:
Nos membra confer effici
Tui beati corporis.

Prae sole vultu flammeus,
Ut nix amictu candidus,
In monte dignis testibus
Apparuisti conditor.

Vates alumnis abditos
Tuis alumnis conferens,
Utrisque te divinitus
Deum dedisti credere.

Te vox paterna coelitus
Summa vocavit filium,
Quem nos fideli pectore
Regem fatemur gloriae.

Concede nobis quesumus
Almis micare moribus:
Ut ad polorum gaudia
Bonis vehamur actibus.

Laudes tibl nos pangimus
Eterne regum rex Deus,
Qui es trinus atque unus
Per cuncta regnans secula.

Nealius carmen investigavit in Breviariis Anglicis. Hymni p. 198.

Nunc tibi virgo virginum. R.

Thes. I. p. 294.

Nunc tibi, virgo virginum,
laudes ferimus carminum
teque, coelorum regina,
resultet haec plebecula.

Tu porta domus fulgida,
egressionis inscia,
et virgo fructu florida
virgoqne nato gravida.

Te nostra sonant carmina,
te angelorum agmina,
infernus tibi ululat,
et fretus maris intonat.

Lacta regina parvulum
aeterni regis filium,
lacta sacrato ubere,
qui te concessit vivcre.

Tu clara stirpe regia
iureque mundi domina
desideratum omnibus
tu protulisti gentibus.

O stella maris fulgida,
absolve plebis crimina
gemitusque supplicium
immutando in gaudium.

Laus patri invisibili,
laus eius almo flamini,
laus sit et unigenito
orbis terrarum domino.

Mone II. p. 44: Hs. zu S. Peter in Salzburg I, 8. des 12. Jahrh. Es ist wohl aus dem 7. Jahrh., der Dichter entlehnte die Verse 15. 19. 20. aus Fortunatus, und V. 11. 12. sind der No. 141 (Aurora lucis rutilat) 2. 4. nachgeahmt.

Post Petrum primum principem. R.

De S. Andrea Apostolo.

Post Petrum primum principem
Andreas est Apostolus
salutis verbum praedicans
in Achaia provincia.

Captus in Patra oppido
traditur diro carceri,
ferali poena caeditur,
tortor calet vesania.

Dilaniatus ictibus
ligno crucis suspenditur;
biduo vivens, non cessat
fidem docere populum.

Clamor plebis attollitur,
carus Deo exposcitur,
reddi iustus et innocens,
sanctus et bonus quaeritur.

Fallax ut ad patibulum
quasi ad solvendum properat:
devotus martyr in poenis
orat ne artioribus

Loris resolvat impius
divinis indemptus muniis,
frater instigat iurgiis.
iustisque querimoniis.

Eant tecum, quae tua sunt:
Egea tu durissime:
completa eius passio
devicto hoste callido.

Imploret ergo meritis
Suis pro nostris actibus
Ut mereamur consequi
Sancta in fine praemia.

Martyris ecce dies Agathae. R.

Thes. I. p. 9. II. 381. III. 281.

Duo tantum sunt codices liturgici, in quibus carmen investigare mihi contigit. Alter est Vindobonensis n. r. **1106.** saec. XII. (Thes. II. p. XI.) alter Rhenoviensis **91.** saec. XI. Utriusque adiicimus varietatem, nec non textum a Du Méril I. p. **118** sq. receptum.

3. R. qua sibi Christus eam. **5.** R. facie. **14.** R. hic. **15.** D. laetior inde magisque flagrans. *Les nécessités du rhythme nous ont fait préférer la leçon des Bollandistes, quoiqu'on trouve dans les manuscrits:* inde gavisa m. q. fl. Ut concedatur Damasus carminis auctor, ea aetate in hymnaria receptum est, qua leges metricae obsoleverant. **20.** R. ergo premat. **21.** R. renitet. **22.** V. supplica Dominum. D. rogita Domino. *Cette violation des lois de la grammaire pour observer celles du rhythme prouve d'une manière positive que la rime en était une partie essentielle.* Vide quae adnotavimus in Thes. **24.** R. foveat. **27.** R. nunc Deus unus. D.: *Nous omettons une dernière strophe, que nous ne croyons pas de saint Damase; les lois du rhythme n'y sont pas observées, et l'usage de terminer les chants en l'honneur des saints par l'adoration du Père, du Fils et du Saint-Esprit, ne devint général que lorsqu'ils servirent au culte divin.*

Ut queant laxis resonare fibris. R.

Thes. I. p. 209. II. 383. III. 286.

7. gerendi. **13.** recubans cubiti, ut cod. Monacensis **16.** saec. XIII. **17.** modicis sub annis. **23.** est latex. **25.** vates. **37.** certe ter.

13. Ca. Cs. P. recubans.

Primae Strophae, ut musices peritis placeamus, adscribimus ex Vilsecker Lehre des Römischen Choralgesanges p. **9**:

„Guido selbst erwähnt dieser sechs Sylben blos in einem Briefe an seinen Freund, und es ist sehr wahrscheinlich, dass die Methode, den Gesang mittels der Solmisation, d. i. mittels der sechs Sylben ut, re, mi, fa, sol, la, und die Kirchentonarten mittels des Hexachordes und der sogenannten Guidonischen Hand zu lehren, von Guido's Schülern auf dessen Namen ausgebildet wurde." — Nec praetermittimus Frantzium p. 30: „Nach der Reformation nahm Urbanus Regius eine Veränderung dieser Zeilen vor: Ut-queant laxis Re-sonare fibris Mi-ra baptistae, Fa-muli precamur Solve pollutis La-biis reatum tu Deus alme." — Aus dem Jahre 1695 findet sich in den Actis Eruditorum das Distichon:

Corde Deum et fidibus gemituque alto benedicam,
Ut-Re-Mi-Fa-ciant Sol-vere La-bra Si-bi.

Aurea luce et decore roseo. R.

Thes. I. p. 156. De Petro et Paulo.

12. R. qua cunctis. R. mentes polum nostras ferre. 15. perfecte. — Stropha Brev. correcti: O Roma felix deprompta est ex hymno: Felix per omnes festum mundi cardines.

P. Ca. Cs. die 29. Iun. has strophas habent. Aurea. Ianitor. O Roma felix. in festis Petrinis Iam bone Paulinis Doctor. — D. 29. Iun. Aurea. Ianitor. Olivae.

Rambach A. I. p. 95: — *Die Hymne, die nicht zu den schlechtesten gehört, möchte man doch gerne für einen Gesang von ihrem als Denker so ausgezeichneten Gatten hingeben, wenn dieser sein dichterisches Talent überall in dem Fache christlicher Poesie versucht hätte.* Mone I. p. 188: *Man schreibt den Hymnus gewöhnlich der Elpis zu, was mir aber nicht wahrscheinlich ist, weil ihr Gemahl Boethius die klassische Metrik nie verstand und sie daher schwerlich Grund hatte, die barbarische vorzuziehen.*

Felix per omnes festum mundi cardines. R.

Thes. I. p. 243. De Apostolis Petro et Paulo.

1. festa. 3. Paulique sanctissimi. 13. limina coeli. 15. limites. 31. tantorum. 35. cruentasti.

Schlosser I. p. 400 sq. *Signoretti: Notisi che il detto Inno nell' Innario del cardinal Tommasi è attribuito ad altro autore, ma si dee piu tosto attribuire ad Elpide, come apparisce dall' erudita nota, che trovasi nel Boezio del Comino di Padova 1721 chi registra tutto l'intero inio:* Plurimi S. Paulinum carminis auctorem existimant.

Christe sanctorum decus angelorum. R.

Thes. I. p. 218. De S. Michaele Archang.

Cod. Rhenov. (R) Monius I. 444. quatuor saec. XIV. et XV. libros consuluit. (M)

2. R. auctor hum. — et rector. 11. M. veniat. 17. R. sic. 19. M. assistat.

Cs. Ca. P. 6. mitti. 19. assistat.

Tibi Christe splendor patris, vita, virtus cordium. R.

Thes. I. p. 220. De S. Michaele Archang.

Codex Rhenov. (R) Monio I. p. 440. praesto fuerunt quinque codices saec. XIV. et XV. „Dieses Lied und No. 313. (Mysteriorum signifer) scheinen ihrem Inhalt nach für eine bestimmte Kirche gemacht, die den Erzengel Michael zum Patron hatte."

1. R. vita ac virtus. 6. R. diabolum. 8. R. mundos. Brev. Ab. 4. collaudemus.

Ca. Cs. P. D. non discrepant.

In recentioribus Breviariis quorundam ordinum ac provinciarum festa quoque S. Gabrielis ac Raphaelis cantu Rabani exornantur, mutata tamen stropha secunda. Alterum archangelum ita canunt:

Collaudamus venerantes omnes coeli milites,
sed praesertim Gabrielem Dei Patris nuntium
ad Mariam, atque verbi incarnandi pronubum.

Tertium haec stropha celebrat:

Collaudantes, venerantes omnes coeli principes,
sed praecipue fidelem medicum et comitem,
Raphaelem in virtute alligantem daemonem.

Nunc incipiendum est magnum mihi gaudium.

Ratpertus monachus, Notkeri, quem in sequentiis miramur, condiscipulus, fecit carmen barbaricum populo in laudem sancti Galli canendum. Quod nos multo impares homini, ut tam dulcis melodia latine luderet, quam proxime potuimus, in latinum transtulimus.

I. Nunc incipiendum est mihi magnum gaudium:
sanctiorem nullum quam sanctum unquam Gallum
misit filium Hibernia; recepit patrem Suevia.
Exultemus omnes laudemus Christum pariles,
sanctos advocantem et glorificantem.

II. Cursu pergunt recto cum agmine collecto,
tria tranant maria, celeumant Christo gloria,
Columbanus, Gallus, Magnoaldus et Theodorus,
Chiliano socio post functo sacerdotio,
Gallos pervagantur, Francis immorantur.

III. Renovant Luxovium in Christi caulas ovium,
passi moechi varias Brunhildis insidias,
tristes spernunt Franciam, contendunt et in Sueviam,
castro de Turegum adnavigant Tucconium,
docent fidem gentem, Jovem linquunt ardentem.

IV. Tucconio ingrato hinc excommunicato,
vadunt in directum, examen ut collectum,
quaerunt alvearia tentantes loca varia;
Arbonam per lacum advolant Potamicum,
colligit Vuillimarus illos Christo carus.

V. Pergit hinc Brigantium grex gentes baptizantium.
Columbanus amplum hic Christo sacrat templum,
docet parvum clerum cantare Deum verum;
latrones et duos occidunt fratres suos,
fugit mox Italiam, terram procul aliam.

VI. Gallus infirmatur, a via retardatur;
cui mandat motus quod restet Columbanus,
missas nunquam celebret se vivum quoad sciret;
repetit febricitans Arbonam, Christum supplicans,
aegros allevientem, faciat se valentem.

VII. Presbyter Christo carus dat lectum Vuillimarus,
convalescens Gallus silvarum fit mox avidus,
dux fit Hiltubaldus, occurrit locus commodus,
clamant damna daemones, retentant Gallum vepres,
Diaconus accurrit, lapsans illum distulit.

VIII. Gallus forte psalmum in ore tenet almum:
Requies haec est mea in saeculorum saecula,
semper hic habitabo, Deum meum invocabo.
Hiltipalte percare, iam noli me vetare,
libet sic iacere, noli sustinere.

IX. Instat tandem triduo vir Domini•ieiunio,
consecrando locum litabat vota precum,
fit ambobus ardor, procumbit omnis arbor,
regnat vis flammarum condensa per silvarum,
infert ursus truncos igni passim advectos.

X. Panem Gallus bestiae mirandae dat modestiae,
mox ut hunc voravit, in fugam festinavit
iussa silvis cedere, hic nullum posthac laedere.
Diaconus iacebat soporans et videbat,
qua virtute Gallus pollet Dei famulus.

XI. Hinc de loco daemones abegit et serpentes,
ducis sanat filiam, quam Satan vexat rabidam,
exit ore torvus colore tanquam corvus,
offert Gallo dona pro mente virgo sana,
quae dispersit Sanctus, et dedit pauperibus.

XII. Optant illum populus pontificem et clerus;
quis sacrandum proprium Iohannem dat discipulum;
hinc superno numine in montis stans cacumine
spiritum abbatis locandum cum beatis
e conspectu terrae angelos vidit ferre.

XIII. Votum mox inhibitum post patris litat obitum,
gaudet pisce magno, perbrevi capto stagno;
trabem breviorem dat prece longiorem,
pergit hinc ad castrum ob Michaelis festum,
egit missas more, spiritus tonat ab ore.

XIV. Aegrotat in castro electus Deo nostro,
post fletum, post gemitum defungens efflat spiritum,
Michael fidelis locavit hunc in coelis,
accurrit episcopus flens ad magistri corpus.
Caligas eius induit claudus et exiliit.

XV. Corpus est nudatum, ut solet, ob lavatum,
renes et sacratos mirantur vulneratos;
capsam clausam pandunt, catenam et offendunt;
cruore perfusum horrebant et cilicium,
clamant: O felicem suimet carnificem!

XVI. Equis hinc indomitis gravatum corpus martyris
praesul imponebat, infrenes et laxabat;
currunt in directum ad cellae patris tectum;
sequitur cum clero Iohannes atque populo,
Kyrie eleison clamant et defletum tumulant.

XVII. Iohannes, noli flere, magistrum crede vivere;
vivit, inquam, Gallus, beatior iam nullus,
vivit per miracula, dans scutum ad obstacula,
iudex, inter dextros sessurus, in sinistros
in tremendo examine: gloria tibi, Domine.

Tres sunt insignis San-Gallensis bibliothecae codices manu scripti, quibus cantio Ratperti, ab Ekkehardo IV. latina facta, continetur, no. 168. (quem litera A denotamus), no. 174. (B), no. 393. (C). Quorum primus maiorem redolet vetustatem; tertius, ineunte saec. XI. conscriptus, aetate inferior, carminis formam exhibet elegantissimam atque correctam. Ex hac ipsa membrana Ildephonsus ab Arx, vir de San-Gallensium rebus optime meritus, duas strophas priores una cum aliis San-Gallensis historiae ac doctrinae documentis inseruit Monumentis Germaniae a Pertzio editis tom. II. p. 33., ita tamen, ut v. 9. ad aliorum codicum normam componeret: praefatiunculam Ekkehardi e cod. 174. desumpsit. Porro J. Grimm Lateinische Gedichte des X. und XI. Jahrh. p. XXX sqq. carmen integrum quod Iosephus a Lasperg (nuper pro dolor e vivis sublatus) e cod. 393. exscriptum ad amicum miserat, publicavit, adnotatione praesertim metrica adiecta. Secundum Grimmii librum repetita est cantilena apud Du Méril Poésies I. p. 156 sqq. (II. 28.)

Adhuc latuit aliorum codicum scriptura, quam ego, cum in fano S. Galli aliquot dies commorarer, Ven. Greithio membranas illas ostendente ac benevole offerente, in haec supplementa transscripsi.

Praefatio. A. Ratpertus Notkeri Balbuli condiscipulus fecit carmen barbaricum de S. Gallo populo cantandum. Id ipsum nos ne tam dulcis melodia memoria laberetur, vertimus in latinum. B. Ratpertus monachus, Notkeri quem in sequentiis miramur condiscipulus, post Sancti Galli historiam quam modulavit, et alia multa quae fecit insignia, fecit tandem et carmen barbaricum populo in S. Galli gratiam cantandum. Quod postea fratrum quidam, ut tam dulcis melodia latine luderet, quam proxime potuit transferens, talibus operam impendit.*)

I. 3. A. laetetur patrem. 5. B. electos adv. 5. 6. A. sanctos praeparantem et glorificantem.

II. 2. Ildeph. ab Arx: *litora Hiberniae, Galliae et Angliae lambentes.* At Ratpertus in casibus S. Galli 1: *per maria diversa.* A. cantantes. B. paeanant. 3—5. Voci: Chiliano socio superscripta sunt: *sic in Teutonico meo legitur.* Dum.: — *ce qui prouve qu' Ekkehard, comme il le fait pressentir lui-même, tenait plus à la musique qu' aux paroles.*

---

*) Non possum enodare, qui factum sit ut Ild. ab Arx, qui praefationem e cod. B. depromsit, in non nullis a nobis discrepet. Omisit verba quam modulavit. Quae sequuntur sic habet: fecit et c. b. de S. Gallo. Porro: fratrum quidam, cum rarescere qui id saperent videret.

A. Col. Gal. M. et T. Sigibertus Placidus cum plurimis complicibus, Francis immorantur, nimis honorantur. B. Col. G. Magnus, Chilianus et Theodorus, Sigibertus, Placidus cnm plurimis complicibus, Francis immorantur, honori habentur. Ildeph.: *Sigibertum et Placidum S. Columbani unquam socios fuisse non liquet. Chilianum falso adiectum esse paulo post adnotat.* At vero, quum nuspiam nisi fallor omnia omnium duodecim sociorum nomina referuntur, equidem vero similius puto, fuisse in S. Columbani apostolica societate Sigibertum, Placidum, Chilianum. Sane vero cum aliis Sanctis similium nominum (quae illo aevo inter usitata erant) cave confundas. (Vide Append.)

III. 2. B. et ius. 3. B. sancti spernunt. A. in Alemanniam. Casus 1.: *accepta potestate per Alemanniam locum eligendi.* 5. A. imbuunt fide gentem. B. rident. Dum. *nous ne savons quel nom portent maintenant Tucconium et castrum de Turegum.* „Urbs Turegum, urbs famosa" hodie vocatur Zürich: Tucconium hodie Tuggen ad ostium Lintomagi.

IV. Deest stropha in Cod. A. 4. B. involitant. Casus 1.: *iuxta lacum potamicum.* 5. B. presbyter Christo carus.

V. 3. A. docens — laudare Deum. 4. 5. A. latro Sigibertum trucidat hic et Placidum: properat Italiam. B. latro S. trucidat hic et Pl. fugiunt Italiam.

VI. A. 1. febris aegra Gallum detinuit sanctissimum. 2. B. cur restet. 3. A. immo missas Christi ne celebret. B. missas — ageret — dum audiret. 4. B. Arb. multum supplicans. A. petit hinc febricitans Arb. castrum supplicans. 5. B. aegr. confortantem. A. omnium potentem.

VII. 1. A. dat tectum. 2. A. B. fit heremi m. a. C. in margine deserti. 4. A. daem. dat lapsans Gallus preces. 5. B. Hiltupaldus ac. A. lapsus.

VIII. 2. A. per cuncta saecli saecula. 3. B. elegi hunc locum domino, diacone. 4. A. diacone perc. 5. In cod. 393. superscriptum sublevare. A. B. noli sustinere, libet sic iacere.

IX. 1. B. vir vigilus. 4. A. contexta. 5. A. ursus hic silvester Gallo stat minister. B. ursus truncos dexter advexerat minister.

X. Tota stropha deest in A. In Casibus S. Galli ursi omnino nulla fit commemoratio. B. 1. p. dedit bestiae mirabilis. 2. abscessum fest. 3. iam nullus. Lasperg legit in C. caedere. 4. dormitans et. Ego legi in cod. 393. diaconus, apud Grimmium diacon. Dum.: *Il*

y a, quatorze vers plus haut, Diaconus, et l'on a déjà Hiltibaldus et Hiltibald; ces variantes d'orthographie n'inspirent pas une grande confiance dans la correction du ms. — At iniquius iudicat Vir Doctus. Nam usus vocis Diacon et Diaconus apud unum eundemque scriptorem promiscuus est: nec magni facio interpretem, ut poscebat rhythmica ratio, scripsisse Hiltipald ac Hiltipaldus.

XI. 1. B. hinc de cella. 2. B. tenet rab. 3. B. furentis torv. cor. 5. A. disp. protinus. A. B. Grimm: dedit et.

XII. 1. A. optat. 2. A. B. quis Johannem proprium sacrandum det disc. 3. A. divino numine. B. tonantis numine. 4. A. animam abb.

XIII. 2. Grimm: petroso, vel petrosae. Vox in membrana difficilis est ad legendum: sed ego legi perbrevi. A. B. extracto brevi stagno. 3. B. fecit tabulam minorem orando longiorem. 4. 5. A. Egressus Arbonam sumpturus iam coronam, praedicat verbum more, sp. tonat ore. B. evocatus castrum — praedicat hic de more.

XIV. 2. A. B. efflavit G. spiritum. 3. A. portavit. B. portat. 5. A. cal. sanctas ind. debilis. B. contractus et.

XV. 1. A. ad lav. 2. et sacratae videmus vulneratae. 3. A. caps. eius. B. c. Galli. 4. A. cernentibus hic cilicium.

XVI. 1. Grimm: sacratum. A. consulto membra martyris. B. Ioannes membra mart. 2. B. imposuerat — laxaverat. 4. sacerdos atque. 5. iubilant.

XVII. 5. A. B. trem. numine.

Grimmius p. XXXIV sqq. de metrica carminis ratione disputat, quam comparat cum strophis Ottfridi. Alia amplectitur Du Méril p. 159 sq. At vero cum nobis in hanc arenam non descendendum sit, iuvat addere duorum carminum notitiam, quae suprascripto admodum similia sunt. Exstat in Bibliotheca Helmstadiensi Vita B. Ludgeri metrica, anno 1138 conscripta: fragmentum lego apud Behrends Leben des h. Ludgerus p. 164:

Fundavit insuper tria loca pariter
Numero locorum quot et populorum:
Werthinam, Helminstadt monachis fundaverat
De proprietate vel haereditate,
Et episcopium dictum Monasterium.

Alterius carminis frustulum aliquanto largius exscripsit Behrends: Delibamus stropham perorationis:

Facit ibi fructum coelos usque ductum,
Et episcopium adhuc testimonium,
Quo incepit sedem Hildegrinus idem,
Qui quamvis Werthino sit conditus corpore,
Halverstadis tamen sit patronus. Amen.

Audi nos rex Christe.

Cantus peregrinantium. Du Méril II. p. 56. Ms. B. de Clermont no. 189. saec. XI.

Audi nos, Rex Christe;
audi nos domine,
et viam nostra dirige!

Deus miserere;
Deus miserere
et viam nostram dirige!

O Trine et Une,
cunctis (l. cunctos) nos protege,
in hoc sancto itinere!

Ducem nobis praebe,
angelum adhibe,
qui nos deducat ante te!

Iter nostrum rege,
ab hoste defende
et ad propriam reduce!

Dexteram extende,
sinistram submove,
ab adversis nos defende!

Tu, formator bone,
iube nos vivere
in regno tuo (i. regni tui?) lumine!

Gloriam (i. Gloria) aeterne
maneat cum Patre,
in saeculorum saecula Amen!

Ad te Deus gloriose, rerum factor omnium.

Versus Confessionis de luctu poenitentiae. Du Méril I. p. 182 sqq. ex Cod. Bibl. Reg. Paris. 1154. saec. XI.

Ad te, Deus gloriose, rerum factor omnium,
lacrymosis clamo gemens et amaris vocibus:
poenitenti, Christe, da veniam!

Brevis est haec vita nimis et plena miseriis:
quam secutus, ad coelestem non levavi animam:
miserere mei, piissime!

Confundor et erubesco ante tuam faciem,
cum recordor quanta feci coram te peccamina:
ab inferno, Christe, nos libera!

Delectatus voluptate carnis, vixi reprobe;
non quaesivi voluntatem tuam digne facere:
poenitenti, Christe, da veniam!

Epulando resolute me nefandis pollui
deceptoriis et blandis corpus meum subdidi:
miserere mei piissime!

Feci malum plus quam omnes viventes in saeculo,
unde tuum supplex posco iam Deus auxilium:
ab inferno, Christe, nos libera!

Gloriosam maiestatem et tuam potentiam
collaudant, adorant cuncti, quam tremunt archangeli:
poenitenti, Christe, da veniam!

Haec est ura (via?) nam salutis te Deum cognoscere,
te pro malis exorare unumquemque propriis:
miserere mei piissime!

Iustus es iudex et pius et rectum iudicium;
in furore tuo, precor, ne me, Deus, arguas:
ab inferno, Christe, nos libera!

Karo omnis ad examen veniet terribile,
ubi iusti exultabunt et moerebunt impii.
poenitenti, Christe, da veniam!

Luctu plenà dies illa et amara reprobis!
dies irae, dies illa, dies et caliginis!
miserere mei, piissime!

Moeror gravis homicidas et raptores, periuros,
ebriosos atque molles occupabit pariter:
ab inferno, Christe, nos libera!

Non superbi ac discordes, odiosi, lubrici,
detractores et manduces (l mendaces) diem hanc effugient:
poenitenti, Christe, da veniam.

Obstupebunt et murcescent (l. marcescent)*) omnes illic invidi;
concremabit et avaros ultrix flamma divites:
miserere mei, piissime!

Plectet ignis duros corde et tempestas valida;
iusti autem laetabuntur coram summo iudice:
ab inferno, Christe, nos libera!

Qui ex tota mente sua dilexerunt Dominum,
hi gaudentes conregnabunt illi in perpetuum:
poenitenti, Christe, da veniam!

---

*) Ego vero lego mutescent vel obmutescent.

Rex et dicet: Maledicti, ite vos in tartarum;
Sanctis vero: Benedicti, venite ad gloriam:
miserere mei, piissime!

Sic claudentur tenebrosi (l. tenebroso) peccatores carcere,
et ardebunt ut dampnantis (l. damnati) cum stridore dentium:
ab inferno, Christe, nos libera!

Tunc electi ad promissam ibunt laeti patriam,
ubi vitam sempiternam habebunt cum angelis:
poenitenti, Christe, da veniam!

Vita illa dies erit, pax atque securitas!
quem videbunt congaudentes, facie ad faciem:
miserere mei, piissime!

Xriste, rerum fabricator et redemptor omnium,
suscipe vocem clamantis ad te, quaeso, miseri:
ab inferno, Christe, nos libera!

Ymnos tibi ut acceptos valeam persolvere,
da misello de peccatis veram indulgentiam!
poenitenti, Christe, da veniam!

Zelo tuo pectus meum fac ardere iugiter,
ne flamma gehennae meam unquam urat animam!
miserere mei, piissime!

Luctuosum scripsi rhythmum querelumque fletibus;
quo finito, mecum omnes clament quoque singuli:
ab inferno, Christe, nos libera!

O Deus miseri.

Carmen poenitentiale Godeschalki. Du Méril I. p. 177. ex Cod. Bibl. Reg. Paris. 1154. saec. XI.

O Deus miseri
miserere servi!
Ex quo enim me iussisti
hunc in mundum nasci,
prae cunctis ego amavi
vanitate pasci.
Heu! quid evenit mihi?

O Deus miseri etc.*)
Tu me, Domine, fecisti
ut servirem tibi;
ego miser te dimisi,
et longe abivi.
Heu! quid evenit mihi?

*) Duo habet carmen hypopsalmata: alterum in versiculorum exordio: O Deus miseri miserere mei, alterum in calce: Heu quid evenit mihi.

Tu me quoque redemisti
de iugo servili,
et ego te non agnovi,
nec ad te redivi.

Mandata quae praecepisti
pro dolo*) reliqui;
fateor voce lugubri,
nimium deliqui.

Almam legem quam dedisti,
benigne, neglexi,
et illa quae vetuisti
avide dilexi.

Cuncta bona praeterivi
animo libenti,
atque multa mala peregi
pectore ferventi.

Volontates (l. voluptates) non dimisi;
sed his me addixi,
et ocius me peccati
vinculis devinxi.

Iram tuam provocavi
crimine frequenti,
ideoque te offendi
offensa ingenti.

Sed quid plura dicam tibi,
o pia lux saecli?
Malo**) quoque quae permisi
cuncta miser feci.

Ergo iam succ[urre fl]enti,
Domine, clienti,
scelera tibi fatenti,
veniam petenti.

Affer opem indigenti
iam manu clementi,
vulneraque detegenti
medere languenti.

Subveni te invocanti
et in te speranti,
dextram da quam***) redemisti
iam periclitanti.

Interea omnes sancti,
cohaeredes Christi,
exorate prece dulce
pro me infelici!

Alma tu Maria, tui
virgo mater Dei,
interventu nunc salubri
memor esto mei!

Sancte Michael, insigni
supplicato regi;
deprecamur atque (l. deprecaminique) cuncti
angelorum chori.

Claviger quoque praecelsi
sancte Petre regni,
socios adiungens tibi
preces funde patri!

Martyrumque gloriosi
beatorum globi,
flagitate pro miselli
peccatis alumni!

Patriarchae quin electi
et prophetae sancti,
suffragamini petenti
precibus clienti!

Virgines o clarae, vestri
per amorem sponsi,
memoramini nunc mei,
delictis oppressi.

---

*) Coniicio proh dolor.
**) Lege mala.
***) L. quem.

O Deus miseri
miserere servi!
Insuper vos, summi Dei
confessores almi,
opem ferte, precor, mihi;
orate instanti!
Heu! quid evenit mihi!

Du Méril I. p. 177 sq.: *Ce Gottschalk, Godescalch ou Gotheskalk, est probablement l'hérésiarque du IXe. siècle qui fut si violemment poursuivi par Hinkmar, archevèque de Reims, et Hraban, archevèque de Maïence, pour ses opinions sur le trinitarisme et la prédestination. — Au moins trouvera-t-on dans les poésies profanes une chanson dont le rhythme est du même genre qui lui appartient incontestablement, et Sirmond a cité, l. c. col. 1478, une petite pièce également monorime, qui procède son épître à Ratramn:*

Age, quaeso, perge Clio;
propera, celer virago;
repeda, sagax propago,
cui frater est Apollo:
fer amico ovans Ratramno,
domino, patri, magistro,
calamo metrum impolito
quod ei libens remitto. —

Au reste, quelques hommes du même nom pourraient aussi avoir composé ce cantique spirituel; un moine, appelé Gotschalcus ou Jotsaldus, composa une complainte en vers hexamètres sur la mort d'Odilon, abbé de Cluny, qui mourut en 1048; ap. Bibliotheca Cluniacensis, col. 329; un Godescalcus, diacre de Liège, écrivit dans le VIIIe. siècle une Vie de saint Lambert, et l'on trouve seulement dans l'Acta Sanctorum Ordinis sancti Benedicti, siècle III, part. 1, trois personnages du même nom: un abbé de Saint-Bertin, un évêque de Puy, et un frère de Fulcuin, abbé de Lobbe.

Saeculum Duodecimum.

I. Codex Hammoniensis saec. XII. vel XI. cf. Thes. I. Proll. p. XI. (H). Nuntium vobis fero de supernis. Thes. I. p. 235. Auctor salutis unice. I. 236. Iesu salvator saeculi. I. 238. Rex angelorum praepotens. I. 243. Clara diei gaudia. I. 289.

II. Codex Vindobonensis, qui Kehreinio ad manum erat. Cf. Kehrein Kirchen- und religiöse Lieder p. XVII sq. *Die erste Handschrift No. 2682 (in Hoffmann's Verzeichniss der altdeutschen Handschriften der k. k. Hofbibliothek zu Wien, Leipzig 1841. 8. No. CCXXXIX) ist eine Pergamenthandschrift in 4. (klein Fol.), nach Hoffmann aus dem 12. Jahrhundert. In dieses Jahrhundert versetzt sie auch Graff (Althochdeutsch. Sprachschatz I. Vorr. LXXXIII. Wn. 1842.)* (K). Huius diei gloria. I. p. 287.*) Iesu salvator saeculi. I. p. 297. Iste confessor Domini sacratus. I. 248. Qua hora Christus sitiit. I. 169. Iesu quadragenariae. I. 5. Rex Christe factor omnium. I. p. 180. Nocte surgentes vigilemus omnes. I. 176. Ecce iam noctis tenuatur umbra. I. 177. Quod chorus vatum venerandus olim. I. p. 242.**)

III. Reliqua carmina Monio ac Dumerilio testibus ad hanc aetatem pertinent.

Agnoscat omne saeculum. K.

Thes. I. p. 159. De Nativitate Domini.

Deest carmen in Codicibus Fortunati Vaticanis nec non in libris Broweri. Fabricius carmen legit in uno cod. Murbacensi sub Fortunati nomine (15. fructus). Item Thomasius in Hymnario inscribit hymno nomen Fortunati. — Brev. Const. ad horas minores in Nat. Dom. (Radulph. l. c. c. 13.) 5. praecinit. 9. concepit. 10. fideli munere. 11. non baiulat. 13. iam flor. 14. fructus. 27. delevit. 28. hoc.

Corde natus ex parentis ante mundi exordium. H.

Thes. I. p. 122. II. 382. III. 282.

9. Ar. Obb. psallite omnes angeli.

---

*) Affertur tertium volumen Monii, qui hunc hymnum in codice Rhenoviensi No. 129. saec. XI. invenit. Damus Monii varietatem: 2. dat, Christe. 5. vocantem. 13. fundendo. 17. hic. — „Dan. sagt: sane memoratu dignum est, in hoc hymno additum esse s. Chr. martyris praeconium. Dies ist irrig, denn unter Ch. wird hier der Apostel Johannes verstanden, der Bruder des Jacobus etc." Sed praetermittit, quod cardo rei est: incidit in ipsam S. Iacobi diem S. Christophori festivitas; itaque factum est (quod saepius evenisse scimus) uno cum Sancto principali commemorari Sanctum inferioris ordinis. Itaque nemini placebit Monii subtilis interpretatio longius quaesita. Conferas praeterea Sequentiam de S. Iacobo infra in Branderi Catalogo positam.

**) Non video causam, cur Monius hunc Kehreinii Codicem Vindobonensem prorsus neglexerit.

Sancte Dei pretiose protomartyr Stephane.

Thes. I. p. 241. III. 280. De S. Stephano.

Legit Nealius Hymnum in Breviario Bracharensi. Habetur partim et in Brev. Sarisburiensi: quod ab Henrico Episcopo in ecclesiam Ulysippensem, a Philippo Lancastriensi in Bracharensem invectum haud paucos Lusitaniae suppeditavit hymnos. **12.** ditas. **16—24**:

O beate Protomartyr, circa stantes plurimi
Martyres, quisque coronam indutus pro meritis,
Uno ore beatorum vocant beatissimum.

Igne, ferro, aqua, fune, bestiarum dentibus,
Torti, vincti, caesi ibant ovantes in Patriam,
Ubi animae iustorum claro gaudent lumine.

Quibus, Coeli Dominator, tu peccantes servulos
Magna iubilatione addas fine sacculi,
Ut cum illis nomen tuum laudemus perpetuo.

25. cruore roseo.

Brev. Const. habet strophas Thesauri maioribus typis excusas, doxologia tamen prorsus mutata. Occurrunt praeterea in nonnullis monasticorum ordinum Breviariis recentioribus, uti in Praemonstratensium ac Carmelitarum. Conspirant cum Thesauro praeter doxologiam Constantiensi consonam:

Gloria et honor Deo usquequaque altissimo,
una Patri Filioque, inclyto Paraclito,
cui laus est et potestas per aeterna saecula.

Mone III. p. 508. e quinque Codd., quorum unus saec. XI. est, primariam cantici formam hanc exhibet:

Sancte Dei pretiose protomartyr Stephane,
qui virtute caritatis circumfultus undique

Dominum pro inimico exorasti populo:
funde preces pro devoto tibi nunc collegio,

Ut tuo propitiatus interventu Dominus
nos purgatos a peccatis iungat coeli civibus.

(Gloria et honor Deo usquequo altissimo
una patri filioque inclito paraclito)
[cui laus est et potestas per aeterna saecula.]

Mone l. c.: *Obiges Lied wurde zweimal bedeutend verändert. — B. (Hs. von Reichenau 12. Jahrh.) enthält es als 3 Responsorien und Versus, also in zweizeiligen Strophen, wie die Reime verlangen, und ohne Doxologie, die nicht zu den*

Responsorien gehört. Durch die Beifügung derselben wurde das Responsorium ein Hymnus; wäre man bei den V. 7. 8. stehen geblieben, die gleichen Bau mit den andern haben, so hätte es einen Hymnus in 4 zweizeiligen Strophen gegeben, da man aber eine dreizeilige Doxologie nahm, so mussten die 6. vorausgehenden Verse auch in zwei solcher Strophen verbunden werden, wodurch diese ihren regelmässigen Reim verloren. — Die zweite Aenderung wurde in Norddeutschland gemacht, und Daniel I, 241. hat sie nach einer Hamburger Hs. ohne Angabe des Alters, (flocci habuit, ut saepius, V. D. Prolegomena p. XI.) nach den Brevieren von Havelberg, Halberstadt, der Bursfelder Congregation und Clichtovaeus bekannt gemacht. Sie besteht in einer Erweiterung, deren Strophen sämmtlich 3 gleiche Reime haben, also schon äusserlich nicht zu obigem Texte gehören, und innerlich seinen Zusammenhang unterbrechen.

Haec omnia minime extra dubitationem sunt, neque ea protulisset Monius, opinor, si ad manum fuisset Brev. Bracharensis scriptura. Ego puto genuinam hymni faciem ostendisse versus tripartitos, ὁμοιοτελεύτων prorsus expertes. Quae triplicem vocalium concentum sonant, illae strophae sequioris aevi sunt et interpolatae.

Sollemnis dies advenit. K.

Thes. I. p. 278. De S. Joanne Ev.

Sollemnis dies advenit,
quo virgo coelum petiit,
evangelista maximus
Joannes et apostolus.

Hinc vota laudis solvere
ac hymnum gestit promere
caterva nostri ordinis
honore tanti coelibis.

Quem sacro super pectore
tuo facis recumbere
ultima in coena Domine,
quam patereris pridie.

Cui matrem tali foedere
mortis coniungis tempore
ut noverint se colere
matris ac prolis nomine

Qui carne solo positus,
mente polo contiguus,
verbum inedicibile
cordis conspexit lumine.

Huius prece assidua
ut nostra solvas crimina,
e coelo dones praemia
voce precamur cernua.

Sursum erectis cordibus
versis in terram vultibus
in Trinitatis nomine
te adoramus Kyrie.

Mone III. 112. quatuor codices inspexit, ex quibus unus (Hs. zu Stuttgart No. 98 aus Zwifalten) saec. XI. est. **6.** et. **16.** metris. **20.** mentis. **21.** cuius.

Dies absoluti praetereunt. K.

Thes. I. p. 235. Septuagesimae.

Dies absoluti praetereunt,
dies observabiles redeunt,
tempus adest sobrium,
quaeramus puro corde Dominum.

Hymnis et confessionibus
iudex complacabitur Dominus,
non negat hic veniam,
qui vult, ut homo quaerat gratiam.

Fugiamus de hoc exsilio,
habitemus cum Domini filio,
hoc decus est famuli,
si sit cohaeres sui domini.

Post iugum servile Pharaonis,
post catenas durae Babylonis
liber homo patriam
quaerat coelestem Hierosolimam.

Sis Christe nobis dux huius viae,
memento quod sumus oves tuae,
pro quibus ipse tuam
pastor ponebas morte animam.

Gloria sit Patri et Filio
Sancto simul Paraclito,
sicut erat pariter
in principio et nunc et semper.

Adscribimus Codici Vindobonensi Monii varietatem I. p. 89 sq., cui saec. XIV. et XV. libri nonnulli patuerunt (M). Accedit Brev. Constantiensis scriptura (C). — **5.** MC. et in conf. recte **9—12** in MC. sunt **13—16**, et **13—16** in MC. **9—12.** **14.** MC. dirac. **17.** MC. vitae.

1—4. Val. Herberger: *Unsere selige Vorfahren haben die Zeit von heut an bis auf Ostern die gebundene Zeit genannt. Denn sie wünschten, dass sich von nu an Niemand lose gürte, sondern dass sich männiglich aller weltlichen Leichtfertigkeit entschlahe — auf dass sich Jedermann durch wahre Busse zu Gott kehre etc. Darum haben sie heute gesungen: Dies absoluti praetereunt etc.*

Mone: *Der Form nach ist das Lied von einem französischen Dichter.*

Clarum decus ieiunii.

Thes. I. p. 178. Quadragesimalis.

Monius non nullos saec. XV. libros inspexit (M). Stephènson (S). — **3.** S. altor. **4.** M. hinc. **9.** M. mysterium. **12.** S. Christi.

Mone I. **93** sq.: *Moyses, ut legem acciperet secundo, diebus quadraginta ieiunavit, Elias in deserto quadraginta diebus abstinuit; ipse auctor hominum ad homines veniens in quadraginta diebus nullum omnino cibum sumsit. Gregor. M. hom. in evang. 1. 16. 5. Aus dieser Stelle sieht man, dass die Lesart altor zu V. 3. in der Hs. Stephensons nicht gut ist, und dass vielleicht in obiger Stelle der Homilie ebenfalls auctor omnium statt hominum besser sein möchte. In diesem Hymnus hat also Gregor einen Theil seiner Predigt wiederholt, um dieselbe dem Volke einzuprägen.*

Chorus novae Jerusalem.

Thes. I. p. 222. Paschalis.

Monius quinque codices saec. XIV. et XV. consuluit (M). Brev. Aberdon. (Ab). — **14.** M. qui dignus. **21.** Ab. et in melioribus Brev. Sarisbur. metae, ut in Thesauro.

Cs. P. Ca. et hodie hymnum canunt in Octava Paschatis. **2.** P. nova melos dulcedine. Ca. nova mellis. **9.** Ca. devoravit. **18.** Ca. precamur. **21—24.** P. qnaesumus auctor omnium in hoc paschali gaudio etc.

Laus angelorum inclyta. **K.**

De S. Andrea Ap.

Laus angelorum inclyta,
spes conditorum unica,
lumen, Deus, de lnmine
tu nos ab alto respice.

Nobis secundans hunc diem
apostoli sollemnia
Andreae, cuius per orbem
clara micat confessio.

Qua te redemptorem saecli
verbo probavit fidei
pro te trusns ab Aegea
tetri carceris intima.

Dehinc caesus scorpione
sub septeno ternione
nexus cruci per biduum
pendens docuit populum

Sic eius aeterno Christe
clarificatum lumine
spiritum snmens in pace
coeli locasti in aethere.

Cuncti cui proclamemus
Andrea succurre pius,
quo pro nobis exorante
memento nostri Domine.

Laus et honor tibi Christe
una cum regnante Patre
almoque simul Flamini
uni sub trino nomine.

Mone III. p. 98. (Hs. zu Admont 12. Jahrh. Hs. zu S. Peter in Salzburg 12. Jahrh. Hs. zu Würzburg Theol. perg. No. 34. fol. alt. aus dem 11. Jahrh.) 12. in ima, recte.

Exultet aula coelica. H.

Thes. I. p. 241. De S. Nicolao.

Exultet aula coelica,
laetetur mundi machina,
dum refert solis orbita
Nicolai sollemnia.

Qui vagitus infantiae
decoravit mirifice,
dans virtutum primordia
inter ortus tripudia.

Quarta cum sexta feria
semel sugebat ubera,
iam in aetate tenera
hac usus abstinentia.

Cuius tumba fert oleum
matris olivae nescium,
quod natura non protulit,
marmor sudando parturit.

O venerande pontifex,
pius nec tardus opifex
cunctis qui corde credulo
te quaerunt in periculo.

Aufer mortis dispendia,
confer vitae stipendia,
quo post carnis exilia
tecum simus in gloria.

Praesta Pater ingenite etc.

Mone III. p. 460. e codd. sc. XV. — 8. artus. Adest stropha septima: Qui laetaris cum angelis, exultas cum archangelis, triumphas cum apostolis in saeculorum saeculis.

Plaudat laetitia lux hodierna. K.

De S. Nicolao.

Plaudat laetitia lux hodierna
vox coeli iubilet, terra resultét,
promant laude pia gaudia digna.

Praesul praecipuus qua Nicolaus
defert ad Dominum vota rogantum
pellens ipse prece noxia quaeque.

Hic agnis Domini pabula verbi
donat corporeae tempore vitae
dispensando fide pondus herile.

Servans militiae castra supernae
praedones cohibet, daemones arcet,
adstans exiguis causa salutis.

Rerum summe Deus, vernula fidus
a te promeruit filius, ut sit
terrae pro gentes coelicus haeres.

Virtutis validae tu Nicolaë
promptos servitio semper ab alto
nos orando fove nocte dieque.

Laus uni Domino nomine trino,
laudent hunc hodie condita quaeque,
decantemus eum nunc et in aevum.

Mone III. p. 453. e eodd. saec. XV. — 11. daemonas. 13. o rex summe Deus. 15. terrae progenies.

Sancte Blasi plebi tuae subveni. K.

De S. Blasio.

Sancte Blasi plebi tuae subveni
et nos ab hoste defendendo protege
sicque devote famulantes effice,
ut tibi nostrum placeat obsequium.

Iuva nutantem ordinem monasticum,
succurre clero et gementi populo
et principes doce sequi iustitiam,
et simul totam sustenta ecclesiam.

Sit Trinitati sempiterna gloria,
honor, potestas, atque iubilatio
in unitate cui manet imperium
et tunc et modo per aeterna saecula.

At hanc cantiunculam primitivo consilio ad S. Blasium pertinere, difficile est ad credendum. Exposcit primi versiculi indoles nomen Sancti trysallabum. Porro nihil inest carmini quod proximo sensu spectet vel ad S. Blasium vel ad quemlibet alium Sanctum. Ut mihi videtur est cantus communis de quolibet sancto patrono, invocando in exordio proprio nomine. Itaque hodie insignis monasterii Rhenoviensis fratres sanctum suum patronum Fintanum votivo carmine celebrant, quod praeter exordium

Sancte Fintane plebi tuae subveni

ad verbum conspirat cum supra scripto.

Mone III. p. **239**. (Hs. zu Admont **12**. Jahrh. Hs. zu S. Peter in Salzburg **12**. Jahrh.) **1**. o sancte Bl. sed utraque membrana ommittit τὸ o. **7**. princ. doce., recte.

Martyr egregie. K.

Thes. I. p. 242. De S. Georgio, Blasio?

Martyr egregie,
Deo dilecte,
ad te clamantium
voces tuorum
propitius audi
Sancte Blasi.

Tu per innumera
mortis tormenta,
triumpho nobili
promeruisti
martyrum militiae
signifer esse.

Vana iudicasti
gaudia mundi
et transitoriae
dulcia vitae,
memor Christi tui
mente liquisti.

Inde pro meritis
fulges in coelis,
ut inter sidera
sol atque luna
certus iam praemii,
pro quo certasti.

Ora pro famulis
tibi devotis
et coram iudice
veniam posce,
ne nos iudicio
damnet extremo.

Trinitati decus,
honor et virtus,
inseparabilis
laus Unitati,
consors imperium
omne per aevum.

Quin poeta S. Georgium Martyrem celebraverit, vix dubitandum est. Etenim in Codice Hammoniensi ac Breviario Halberstadensi Georgii nomen obtinet: accedit quod illi Sancto debetur antesignani dignitas, quae minus apte deferatur S. Blasio. Et ipsa translatio codicis Vindob. theotisca nomen Sancti in prima stropha omittit. Tandem metro solum convenire Georgium neminem fugit. — Monius qui neque Thesauri nec Kehreinii in hoc carmine rationem habuit, legit carmen in Codice monast. Admont saec. **12**. „die das Lied irrig auf den h. Blasius überschreibt" et in cod. Tegernseensi saec. **15**. **6**. sancte Georgi. **19**. unde. **33**. inseparabili.

Magno canentes annua. K.

De S. Benedicto.

Magno canentes annua
nunc Benedicto cantica,
fruamur huius inclytae
festivitatis gaudiis.

Qui fulsit ut sidus novum,
mundana pellens nubila
aetatis ipso limine
despexit aevi florida.

Miraculorum praepotens
attactus alto flumine
resplenduit prodigiis
ventura saeclis procinens.

Non ante saeclis cognitum
noctu iubar effulserat,
quo totus orbis cernitur
et haec terra conspicitur,

Sit Trinitati gloria
sit perpes et sublimitas,
quae tam lucernam fulgidam
donavit nostro saeculo.

Mone III. p. 226. (Hs zu Stuttgart 11. Jahrh. aus Zwifalten. Hs. zu München Clm. 19824 des 15. Jahrh.) Dieses und das folgende Lied sind aus der ersten Hälfte des Mittelalters, wahrscheinlich aus dem 6. Jahrh. (??). 10. almo. 12. praecinens.

Christe, fili Iesu Summi, mentes nostras visita. K.

De S. Benedicto.

Christe, fili Iesu summi, mentes nostras visita,
coaequalis Patri atque Nato alme Spiritus,
una virtus, lumen unum, Deus perpes ex Deo.

Auge fidem puram nostris semper clemens sensibus,
quo beati Benedicti colamus sollemnia,
ut exemplum pii Patris non desit discipulis.

Quem donasti tuo Christe coelesti cum munere,
ut honorem mundi omnem mente flocci penderet,
teque solum fontem vitae diligeret perpetis.

Alme Christi sempiterni Benedicte confessor,
cum ceteris Dei sanctis nunc pro nobis supplica
Christo, quo dignetur esse peccatis propitius.

Doxa Deo Patri trina sit regenti machinam
eiusque Proli laus perpes nec non sancto Pneumati,
trinis quibus in personis regnat una Deitas.

Eia fratres extollamus odarum concentibus.

De S. Rudperto.

Eia fratres extollamus odarum concentibus
inminentis festi diem toti κόσμῳ celebrem,
quo concinit inter choros Rudpertus angelicos.

Qui praesagus emetati carnalis terminii
erecta spe celebratis missarum sollemniis
resurrectionis die solutus est corpore.

Hunc euntem stipant turmae coelestis militiae,
spiritum voce canora ferentes in acthera,
sic suum contigit phase sacro paschac tempore.

Qui locutus patriarchae in sinibus Abrahae
aurem nostris invocatus praebet supplicatibus,
intercedens pro salute corporis et animae.

Cuius tumbae provolutus salvus redit languidus,
lumen admiratur caecus, claudi gaudent gressibus,
fauccs clamant, qnae veternis haerebant silentiis.

Macte, summe confessorum cum Christo regnantium,
gregis tui pastor pius adesto precatibus
et criminum veternorum resolve chirographum.

Sit patri virtus, potestas, perpes sempiternitas,
eius concrepet et nato honor, iubilatio,
pneumati sit laus perennis saeculorum saeculis.

Mone III. 495. (Hs. zu Admont No. 18. des 12. Jahrh., welche nur 16—21 enthält, wahrscheinlich zum Gebrauch als Antiphone. Hs. zu S. Peter in Salzburg V., 2. des 12. Jahrh. Drei andere Hss. daselbst des 15. Jahrh. Hs. zu Gratz des 14. Jahrh.)

Salve crux sancta, salve mundi gloria. K.

Thes. I. p. 243. De S. Cruce.

Salve crux sancta, salve mundi gloria,
vera spes nostra, vera ferens gaudia,
signum salutis, salus in periculis,
vitale lignum vitam portans omnium.

Te adorandam, te crucem vivificam,
in te redempti dulce decus saecnli.
semper laudamus, semper tibi canimus
per lignum servi, per te lignum liberi.

Originale crimen necans in cruce
nos a privatis, Christe, munda maculis,
humanitatem miseratus fragilem
per crucem sanctam lapsis dona veniam.

Protege, salva, benedic, sanctifica
populum cunctum crucis per signaculum,
morbos averte corporis et animae,
hoc contra signum nullum stet periculum.

Sit Deo Patri laus in cruce Filii,
sit coaequalis laus sancto Spiritui,
civibus summis gaudium sit angelis,
honor in mundo crucis exaltatio.

Codex Vindobonensis Kehreinii saec. XII. (V). Monius duos libros saec. XV. contulit (M). Breviarium Fratrum Humiliatorum apud Nealium, Hymn. p. 183. (H). Brev. Constant. (C).

4. V. hominum. 6. H. per te — hic te dec. 7. M. tibi semper. 8. H. sumus liberi. 10. V. munda malis. H. nos iam a pravis. 11. V. fragiliter. M. humilitatem. 20. Variat scriptura pro festorum commoditate: sit crucis inventio; crucis exaltatio; cr. veneratio.

Hodieque a non nullis monachorum ordinibus hymnus in divino officio usurpatur.

Ca. Dm. 8. sumus liberi. 18. Dm. coaequali.

Haec dies celebris.

De S. Ottone.

Haec dies celebris
magna dat gaudia,
in qua praecipuus
praesul est additus
sanctorum numero
egregius Otto,
ut auro iaspis optimo.

Pergenti homini
tradita coluit,
nam monasteria
condidit plurima,
reverso homini
sine dispendio
meam tulit more decuplo.

O felix Suevia,
cuius ex ubere
processit coelitus
luminis radius,
qui lucet omnibus
clare, sed clarius
in Christo coruscantibus.

Per verba praesulis
credidit Slavia,
venenum evomens,
coelica glutiens,
plebs Pomeranica
Christo est reddita
de drachmis decem perdita.

O decus praesulum,
Christe, nos adiuva
Ottonis meritis
tibi nos placitis,
ut nos cum omnibus
ad dextram stantibus
locemur in ovilibus.

Sit laus perpetua
doxaque maxima,
sit decus pariter
tibi, Christe, pater
coniuncto filio,
simul paraclito,
qui regnas sine termino.

Mone III. 473. *Hs. zu München Clm. 13087. 12. Jh. (?)* — 40. Leg. coniuncte.

Votiva cunctis orbita. **K.**

Thes. I. p. 286. De S. Magdalena.

Votiva cunctis orbita
lucis triumphat gratia,
qua scandit astra vernula
Maria Christi fulgida.

Calcans beata luridam
saecli ruentis machinam,
ardore sancti Spiritus
ignes subegit lubricos.

Haec sacras Iesu lacrymis
plantas rigavit intimis,
tersit capillis osculans,
vitae tenebras expians.

Te quaesumus, gratissima,
deposce nobis veniam,
coelestis aulae tinnulis
quo perfruantur organis.

Salve beata Trinitas
aeterno manens gaudio,
viva creatrix saeculi
quae regnas in perpetuum.

Mone III. p. 415. (Hs. zu Stuttgart No. 98. 11. Jh.) 9. sacras Ihesu lac. 13. gratissimam. 16. perfruamur. 18. manens perenni. 19. iuva.

Iesu Christe auctor vitae. **K.**

Thes. I. p. 245. De S. Magdalena.

Kehrein l. c. p. 79. primam stropham procul dubio corruptam, non correxit:

> Deo Patri Iesu Christe, auctor vitae, qui in tuo sanguine peccatum lavasti Adae Mariae Magdalenae tribuisti salutarem fructum poenitentiae.

Reliquas strophas, pessime tornatas, adiicimus:

> Pretiosam margaritam stellamque clarissimam
> eam locasti in arce uranicae curiae
> ut esset evidens tuae exemplum clementiae.
>
> Interventu ergo eius sis nobis propitius,
> ac nostra dele peccata, et da vitae gaudia,
> qui regnas cum Deo Patre ac Spiritu compare.

Mone III. p. 418. e codd. et libris sc. 14. 15. 1—2. Iesu Ch. auctor vitae, qui in tuo sanguine peccatum lavasti Adae Mariac Magdalenae. 9. et spir. *Bei Dan. I, 313 steht der Anfang aber auf die heil. Afra.* At vero 1, p. 245. datur exordium carminis supra scripti: Accommodavit poeta sequioris aevi S. Afrae, alteri Magdalenae.

Conscendat usque sidera. K.

Thes. I. p. 291. De S. Laurentio.

Kehreinius quarta stropha auctum habet.

Ipse dignetur Dominum
rogare clementissimum,
ut ab aeternis ignibus
nos salvet et daemonibus.

Mone III. p. 388. (Hs. zu Stuttgart 11. Jh.) *Das Lied ist von dem Bischof Heribert von Eichstädt, der 1042 starb.* — Tertia Str. Ipse dign. 11. dev. saevis.

O quam glorifica luce coruscas. K.

Thes. I. p. 245. De Assumptione Mariae.

O quam glorifica luce coruscas
stirpis davidicae regia proles,
sublimis resides virgo Maria
supra coeligenas aetheris omnes.

Tu cum virgineo mater honore
angelorum domino pectoris aulam
sacris visceribus casta parasti,
natus hinc Deus est corpore Christus.

Quem cunctus venerans orbis adorat,
cui nunc rite genu flectitur omne,
a te petimus te subveniente
abiectis tenebris gaudia lucis.

Hoc largire Pater luminis omnis,
Natum per proprium Flamine sacro,
qui tecum nitida vivit in aethera,
regnans ac moderans saecula cuncta.

Occurrit in recentiori Praemonstratensium Breviario insignitum nomine Petri Damiani. 3. residens. 11. a quo nos petimus te veniente.

O sancta mundi domina. K.

Thes. I. p. 277. De Nativitate Mariae.

O sancta mundi domina
regina coeli inclyta,
o stella maris Maria,
virgo mater deifica.

Emerge dulcis filia,
nitesce iam virguncula
florem latura nobilem
Christum Deum et hominem.

Natalis tui annua
en colimus sollemnia,
quo stirpe electissima
mundo fulsisti genita.

Per te sumus terrigenae
simulque iam coeligenae,
pacati pace nobili
more inacstimabili.

Sit Trinitati gloria,
sit semper ac victoria
in unitate solida
per saeculorum saecula.

Const. in Conceptione M.: 5. emerge. K. merge. 9. conceptus tni. 11. electi. K. allectissima. 12. genita. K. gentia.

Christo coelorum agmina. K.

De S. Mauritio.

Christo coelorum agmina
dent laudes et mortalia,
cnm multis septus millibus
scandit astra Mauritius.

Thebaea felix legio
cruore compta muricis
victrix triumphi laurea
fide vicisti terrea.

Plaudent honore coelici
canendo melos obvii,
tendunt et ulnas gaudii
vitae ducentes principe.

Sis nostri memor domina,
dum pangis agno cantica,
gravatos sorde libera
delendo mortis crimina.

Salve beata Trinitas
simul et una Deitas,
viva creatrix saeculum
qui regnas perpetunm.

Alma Christi quando fides mundo passim traditur. K.

Thes. I. p. 262. De S. Mauritio.

Alma Christi quando fides mundo passim traditur,
et per latos orbis fines igne flagrans floruit,
tunc elegit sibi gratum militem Mauricium.

Qui loricam fide textam forti gestans pectore,
qua beata Thebacorum induebat agmina,
ad coelorum ut consortes incitaret praemia.

Martyr sacer quo vocavit inclytus Mauricius
omnes simul quasi unus vir (dictu mirabile)
ad coronam promerendam properabant coelitus.

Tunc armati spiritali ense Christi milites
submittentes velut agnus pia colla iugulo,
triumphabant trucidati spreto mundi principe.

Contemnentes blandimenta tyrannorum noxia,
flocci pendunt mundi poenas sub momento vincere,
ut ditentur sempiterno sine fine munere.

Diem festum revolutum anni monstrat orbita,
quo beatam Thebaeorum legionem colimus,
aegris salus quo praestatur, caecis visus redditur.

Tunc quapropter supplicantes illi prcces fundimus,
ut dignetur nobis Christum facere propitium,
quem amavit, cum quo regnat nunc et in perpetuum.

Mone III. p. 438 e codd. saec. XV. 6. invitaret. 7. quos. 18. funditur. 19. nunc. 21. quem cognovit, cum quo regnat perpetim.

Alma lux siderum. K.

De S. Dionysio.

Alma lux siderum
robur martyrum,
te omnia laudum
carmina te
sancti Domine
laudant hodie.

Quia sanctissimum
Dionysium
Ariopagitam
iam coelicolam
illis sociasti
sede perenni.

Qui portans proprium
caput abscisum
cantu angelico
venit subito
ductus ad tumulum
in Parisium.

Martyr tu Domini
Dionysi
cum tuis sociis
ora pro nobis
et plebi Dominum
fac propitium.

Virtus Trinitati,
laus Unitati,
honor et gloria
sit per tempora
priora futura
ac praesentia.

Mone III. p. 266 octo codices contulit. In horum numero unus saec. XI. est. *Nach dem Strophenbau von einem französischen Dichter. Je zwei Verse bilden eine betonte Auflösung des sapphischen Verses.* — 3—6. te decent omnia, Laudum carmina, Te sancti Domine, Laudant hodie. 30. et praes.

Laus tibi Christe pacis arbiter summe.

De S. Findano.

Laus tibi Christe,
pacis arbiter summe,
rex aeternae monarchiae,
quem celebri carmine
tota iubilat hodie
laeta plebs huius insulae,

Laetissima recolens
Findani sancti patroni
dulcis sollempnia;
quem te duce de Scotia
felici sinu complexa
servat Renaugia,

Quam piis nunc virtutibus
et sacris fovet
et illustrat ossibus,
sedula votis supplicum
salutis dona crebra
dans suffragia.

Huius quidem dulcia
locus hic monimenta,
clara tenet pignera,
sed ubique proflua
reddent atque digna
tanto patre merita.

Huius obtentu tua, Christe,
gratia nobis aeternae
det pacis gaudia,
et splendidis condigne
moribus perviam
tanti patris assequi semitam

Sideream mereamur,
angelis una sine fine
possidere patriam;
quod per te coelitus,
Findane sancte,
praestet Christus dominus.

Mone III. **301.** (Hs. zu Rheinau aus dem **12.** Jahrh.) In Codice Rhenoviensi No. **74** sc. XI. alius extat hymnus de S. Findano: Eia nunc socii fratres et domini. Mone p. **300.**

Ortu Phoebi iam proximo.

In festis Apostolorum.

Ortu Phoebi iam proximo
hymnum dicamus Domino,
apostolis condebitam
ferentes reverentiam.

Quo mereamur effici
semper horum pedissequi,
spernentes transitoria,
tendentes ad perennia.

Iudex Christus cum venerit,
referre cunctis propria,
tunc nobis non supplicia
proveniant, sed praemia.

Haec praestet summa Deitas etc.

Mone III. p. 59 e Codice Friburgensi saec. XII. ac Stuttgartensi saec. XV. (M). Brev. Constantiense (C). Nealius, Hymn. p. **232** Leodiensis Breviarii scripturam praebet (N). **1.** N. ortu lucis. Lectio o. Phoebi Nealio minus decora videtur, tamen vulgata est. **2.** M. dic. h. C. cana-

mus. 5. N. ut. 6. N. horum semper. 8. N. coelestia. 11. 12. N. nobis non ad s. procurrant, sed ad pr. M. nobis non ut supplicia proveniant ut praemia.

Hic est verus Christicola. K.

Thes. I. p. 303. De uno Confessore.

Hic est verus christicola,
apostolorum assecla,
cuius mater ecclesia
sacra promit sollemnia.

Quis ille felix gaudia
ovans conscendit ardua
coeliginarum epulis
fruiturus perennibus.

Huius o Christe meritis
nostris adesto precibus,
quo tibi laudum debita
deferamus obsequia.

Tibi Patrique gloria
cum sancto sit Spiramine
in summa coeli curia
nunc et per cuncta saecula.

Mone III. 158. Hs. zu Graez des 14. Jahrh. 8. coelestibus. 9. cuius. 12. digne demus.

Christe coelorum habitator alme. K.

Thes. I. p. 263. De Dedicatione ecclesiae.

Christe coelorum habitator alme,
haec domus fulget sub honore cuius,
hostiam clemens tibi quam litamus,
suscipe laudis.

Omnium semper chorus angelorum
in polo temet benedicit alto
atque te sancti simul universi
sedulo laudant.

Quaesumus quorum precibus sacratis
nos in hoc templo tibi dedicato
cernuarum vota precum canentes
cerne benignus.

Virginis sanctae meritis Mariae
atque cunctorum pariter piorum
contine poenam pie, quam meremur,
daque medelam.

Sic tuam praesta celebrare laudem
flebilem vitam miseratus istam,
fiat ut nobis licitum videre
te sine fine.

Doxa sublimi maneat Parenti
eius et Nato pariterque sancto
Pneumati trino domino et uni
semper in aevum.

Brev. Constant. **11.** cerma vota precum canentes. Corruptus est versus. **17.** hic.

Urbs beata Hirusalem dicta pacis visio. H.

Thes. I. p. 239. II. 383. In Dedicatione ecclesiae.

Monius septem vel octo codices saec. XIV. ac XV. inspexit (Mo). Itaque non aequiparant horum codicum scripturae Hammoniensem nostrum ac Herbipolitanum, et quem in appendice tomi II. p. 383. exscripsimus, Monacensem saec. XII (M). Brev. Constant. (C).

3. Mo. velut sponsa nobilis. C. coronata. **5.** M. Mo. copuletur. **7.** M. abditis. **9.** M. Mo. ob Christi nomen hic. C. pro Christo Deo hic. **11.** Mo. manus. **13.** M. angularis. **14.** parietis. **16.** Mo. Deo grata. **17.** M. canoro. **18.** Mo. fervore. **22.** Mo. hinc. M. C. acquirere.

1. Cs. Dm. Pm. Ier. beata. **3.** Cs. ut ang. Cs. Dm. Ca. Pm. coronata. **5.** Cs. Dm. Ca. Pm. copuletur. **9.** Cs. Dm. Ca. Pm. ob Christi nomen hic. **11.** Cs. Dm. Ca. Pm. manus. **13.** Cs. Dm. Pm. Ca. angularis. **14.** Cs. Dm. parictum compage. **18.** Cs. Dm. Ca. Pm. fervore. **22.** Cs. Dm. Ca. Pm. acquirere.

Mone I. p. **320**: *Daniel glaubt, dieses Lied sei nicht ursprünglich für die Kirchweihe bestimmt und nur bis zum V. 18. ächt, das Uebrige habe man später beigefügt, als dieses Lied für den ältern Hymnus: Christe cunctorum dominator alme in Gebrauch kam. Diese Vermuthung ist nicht gegründet, der Hymnus Christe cunctorum ist nicht älter, als obiger Urbs beata, und in diesem sind Behandlung und Zusammenhang durch den ganzen Text gleichmässig. Er gehört in das 6. oder 7. Jahrhundert.* — Magna est Viri Docti πληροφορία: sed pro oraculis poscimus argumenta. Nec lacunam explet Mohnikii sententia Hymnol. Forschungen II. p. **187**: *Ein uralter christlicher Hymnus, vielleicht aus dem 8. oder 9. Jahrhundert.* Ostendat Monius sedem carminis saeculo XII. antiquiorem: contra Hymnus: Christe cunctorum legitur in codice Thomasii Vaticano **82** et Rhenoviensi **111** saec. X. Sententiam a nobis prolatam, versus **1**—**18** efficere supernae civitatis laudationem, nec spectare Dedicationem, impugnavit Trench p. **294**; sed novis iisdemque idoneis argumentis adest nobis Nealius, Mediaeval Hymns p. **20** sq.: *Daniel imagines these stanzas (v. 19 sqq.) to be a later addition, when the hymn, originally general, was adapted to the dedication of a*

church. Mr. Trench, on the contrary, will have the whole poem to be of one date: and alleges, very truly, that this mixture of the earthly and heavenly temple is usual in hymns and sequences on a similar subject. Nevertheless, I think that Daniel is right: 1. Because there is a clear difference in the style and language of the two last and seven first stanzas. 2. Because the transition from one part to the other is so unusually abrupt. 3. Because, at the end of the sixth stanza, there is a quasi-doxology as if to point out that the hymn originally concluded there. — Et ipse novum addo argumentum, minime spernendum opinor. In Pontificali Pictaviensi saec .X. apud Martene de ant eccl. discipl. p. 431 haec leguntur in Benedictione fontis Sabbato sancto: — *Interim demittitur de camera ecclesiae super fontes tornatile lignum in modum turritae civitatis, in cuius medio dependet columba lignea, ferens in ore ampullam cum sacro chrismate locatis in giro per turres singulis crucibus. Tunc canitur versus: Urbs beata Ierusalem ad cuius inchoationem descendit Pontifex ab altari etc.* Vides hymnum priorem: Urbs beata, qui in civitatis coelestis laude versatur, cantatum esse in Benedictione fontis, quoniam baptizati illius urbis coelestis cives efficiuntur. Male conveniunt sanctae benedictioni versus hymni secundi de Dedicatione.

Ut placet Mohnikio, Meyfartus in huius hymni sancta amoenitate detentus, cecinit canticum: Jerusalem du hochgebaute Stadt. V. Herberger (Kirchweihe): *Darauf hat man gepredigt vom himmlischen Jerusalem. Dannenher kommt der schöne Hymnus: Urbs beata Ierusalem und andere schöne Themata.*

Heu, heu mala mundi vita.

Versus de vita mundi.

Heu, heu mala mundi vita,
quare me delectas ita?
cum non possis mecum stare,
quid me cogis te amare?

Heu, heu vita fugitiva,
omni fera plus nociva,
cum tenere te non queam,
cur seducis mentem meam?

Heu, heu vita, mors vocanda,
odienda, non amanda,
cum in te sint nulla bona,
cur exspecto tua dona?

Vita mundi res morbosa,
magis fragilis quam rosa,
cum sis semper lacrimosa,
cur es mihi gratiosa?

Vita mundi res laboris,
anxia, plena doloris,
cum sis semper in languore,
cur pro te sum in moerore?

Vita mundi mors futura,
incessanter ruitura
cum in brevi sis mansura,
quid est mihi de te cura?

Vita mundi res caduca,
vilior una festuca,
venenosa plus serpente,
cur in mea manes mente?

Vita mundi res maligna,
ut ameris nunquam digna,
quid putas tibi prodesse,
si me ducas ad non esse?

Vita mundi res crudelis,
arrogans et infidelis,
quid te putas adiuvare,
si compellas me peccare?

Vita mundi res misella,
scelerum cunctorum cella,
fornicatrix et avara,
cur haberis unquam cara?

Vita mundi pestis dura,
vita mendax et periura,
cum tu sis sine mensura,
quid requiris in me iura?

Vita mundi res acerba,
conculcanda sicut herba,
cum sis malis sitibunda,
quid me petis furibunda?

Vita mundi res deserta,
fallax nimis et incerta,
cum tu sis vermis et cinis,
quid de me quidquam definis?

Vita mundi res polluta,
vaga garrula, soluta,
cum sis tota plena nugis,
contra me cur stulta rugis?

Vita mundi, vita follis,
nimis vilis atque mollis,
cum tu sis iners et rudis,
mentem meam cur deludis?

Vita mundi res immunda,
solis impiis iocunda,
nutrimentum vitiorum,
quid habes in te decorum?

Vita mundi res lasciva,
caeca, ebria, captiva,
immunditiae lagena,
quare crederis amoena?

Vita mundi res molesta,
vita turpis et incesta,
cum sis nimis inhonesta,
cur me appetis infesta?

Vita mundi res mendica,
impotens et impudica,
cum sis bonis inimica,
cur me petis ut amica?

Vita mundi res amara,
valde brevis et ignara,
cum sis tota plena dolo,
cur in te vivere volo?

Vita mundi nulla vita,
in aerumna semper sita,
cum tu semper moriaris,
quid in me stare conaris?

Vita mundi pestis foeda,
animarum saeva praeda,
cum sis mihi pondus grave,
ne me tangas, precor, cave.

Desine mihi placere,
noli mihi congaudere,
desine me conturbare,
noli, quaeso, me amare.

Tua cuncta blandimenta
reputo velut tormenta,
et idcirco ne sis lenta,
me dimitte, fraudulenta.

Tuum execror amorem,
tuum renuo favorem,
tuum desero saporem,
tuum non amo decorem.

Ego te nunquam amabo,
et in te nunquam sperabo,
semper contra te pugnabo,
ad te nunquam propinquabo.

Per te ipsam certe iuro,
dona tua nihil curo,
quia potes nil donare
nisi poenas et plorare.

Ergo vita taediosa,
amor mundi res probrosa,
cur sectaris fugientem,
cur non spernis te spernentem?

Vita mundi carnis amor,
contra quam est meus clamor,
quare non verecundaris,
cur invitum amplexaris?

Erubesce iam et cede,
a me citius recede,
et ni cedas cum amore,
te repellam cum dolore.

Pellam te de corde meo,
adiuvante Christo deo,
nec permittam te redire,
si deberes interire.

Ne mireris, pestis dira,
si te persequar cum ira,
quia mihi tu fecisti
quidquid mali potuisti.

Visum mentis obscurasti,
manus quoque religasti,
me temptabas suffocare
et optabas devorare.

Si volebam respirare,
tu nolebas locum dare,
me pudet culpas narrare,
quae monebas perpetrare.

Nam cum tibi non parebam,
iram tuam sentiebam,
si quid boni faciebam,
te contrariam habebam.

Si volebam ieiunare,
me dicebas aegrotare,
me movebas manducare,
nisi vellem peiorare.

Si quid dabam indigenti,
resistebas meae menti,
dicens: noli tua dare,
ne cogaris mendicare.

Si laudabam paupertatem,
hanc dicebas falsitatem:
melius est congregare,
quam egenis quidquam dare.

Si volebam culpas flere,
quas me suaseras audere,
tu dicebas, quod per fletus
stultus fierem et caecus.

Si studebam revocare,
quos cernebam aberrare,
non cessabas mussitare:
sufficit temet salvare.

Si peccantem arguebam,
te dicentem audiebam:
ad odium hos accendis
contra te, quos reprehendis.

Si conabar obedire,
sic temptabas contraire:
quibus debes maior esse,
subiici non est necesse.

Si morabar in legendo,
stimulabas me dicendo:
vade magis operari,
unde possis sustentari.

Si volebam laborare,
tu movebas me pausare,
ne corpus debilitarem,
si laboribus instarem.

Si nolebam litigare,
sic temptabas animare:
omnibus despectus eris,
si tu cuncta patieris.

Si dormire vellem parum
tu vocabas me ignarum,
quoniam cito lippirem,
abundanter ni dormirem.

Si volebam parcus esse,
dicebas: non est necesse,
quia, si dispensas parum,
multi dicent te avarum.

Si volebam esse largus,
tu dicebas: esto parcus,
quia cito dilabuntur,
quae paulatim acquiruntur.

Ergo vita res inepta,
solis fatuis accepta,
cum sis tota plena sorde,
te refuto toto corde.

Tote corde te refuto,
nec sententiam commuto,
mortem volo plus subire,
tibi vita quam servire.

Mone I. p. 414: *Reichenauer Hs. No. 36. fol. 7. 14. Jahrh. (A). Steht auch bei Du Méril poésies du moyen âge p. 108. (B) nach einer Pariser Hs. des 12. Jahrh. (Bibl. Royale ms. 2389) als Einleitung zu dem folgenden Gedichte (Cum revolvo), von welchem es aber sowohl durch seinen selbständigen Inhalt wie auch nach den Hss. getrennt werden muss. Beide Lieder mögen aber wohl von einem Verfasser sein, wie die gleiche Behandlung verräth, und zwar von einem Italiener, und waren durch ihren Umfang entweder zu Zwischengebeten des Rosenkranzes*) oder der Psalmen bestimmt. Ein dritter Text steht in Levis anecdota sacra p. 119 (C), der von den beiden andern auch erheblich abweicht.*

1. mala B. om. **5.** heu v. t. **18.** timoris B. **19.** langore B. **20.** dolore B. **21.** B. vita m. fugitura. **23.** brutis pro brevi A. M.: *zu beiden Lesarten passt mansura nicht, welches eher casura heissen sollte.* **35.** adivitare B. **44.** cur B. **46. 47.** vita levis et superba, cum sis nimis iracunda. **50.** B. vita fall. **51.** cinis et vermis B. **52.** diffinis A. de quaquam definiris B. (**77** Du Méril: *follis, c'est le celtique Fol, qui s'est conservé en français, avec une terminaison latine; on lit dans l'Epitre III de Willelmus, abbé de Metz: Praetereo minas tuas, praetereo quod in ipsa festivitate B. Remigii follem me verbo rustico appellasti.)* **64.** me B. **66.** hebes, caeca et capt. B. **78.** atque rara B. **81.** m. mala vita B. **82.** et in hermis saepe B. M.: *welchen Fehler Du Méril ebenfalls fehlerhaft durch eremis erklärt.* **86.** animarum M.: *scheint mir unrichtig, vielleicht* et minarum. **89—92.** B. om. **93.** cert b. B. **94.** refuto B. **95.** non B. **96.** dimitti B. **97.** execro tuum B. M.: *in der ganzen Str.*

*) Haec minus placent. Nam Rosarii usus saec. XII. nondum invaluit.

stehen die Zeitwörter in B. voran. 99. decorem B. 100. odorem B. 104. apropinquabo A. 105. tibi iura B. 106. donis tuis B. 107. quore B. 110. reprobrosa B. 112. quid B. 114. mentis est cl. B. 116. cur in tutum B. 118. ante cit. B. 119. nisi c. B. 120. depellam B. 124. debeas B. 125. nec B. 126. persequor te B. 127. quare B. Post v. 129. B. interserit haec: et auditum minorasti, omne sensum conturbasti. 135. sudet me B. 137. sed cum B. 138. te ira tam B. 139. cupiebam B. Post 140. B. addit: et cum ego te credebam, nihil boni faciebam. 143. monebas B. 148. mandicare B. 149. volebam B. 152. quam amicis possis d. B. 154. me om. B. 156. fierem quandoque c. B. 158. oberrare B. 161. peccantes B. 165. studebam B. 168. subiici non est B. 170. me om. B. 171. 172. in B. omissi: eorum loco leguntur haec: quid hic sedes tot per horas? vade, surge, loqui foras. si volebam praedicare, me dicebas delirare. 174. monebas — pensare B. 177. volebam B. 180. econtra B. 181. nollem B. 183. quia cito lippidarem B. 187. dispendas B. 192. de longe conquir B. 193. idcirco vita inepta B. 200. vitae. B. M.: *Die jüngere Hs. A. giebt einen viel bessern Text als B., ihre Urschrift war also richtiger.*

Addatur varietas Cod. C. 9. heu vita nunquam v. 28. quid in. 66. ebr. caec. C. Loco versuum. 67. 68. leguntur. 59. 60. pro 79. 80. adsunt 35. 36. 124. deberem C. 144. peierare C. 174. tenet locum v. 182. monebas. 181. si volebam vigilare C. 183. quia — lippidirem C. 184. humi datus ni d. C.

Mone l. c. *In den Lesarten stimmen AC. meistens überein und weichen stark von dem Texte in B. ab, dagegen stimmen AB. in der Folge der Strophen gegen C., welcher nur 48 Strophen hat und zwar in dieser Ordnung: Nach Str. 3 folgt in C. Str. 7, dann Str. 10, dann Str. 4, dann Str. 16, hierauf Str. 21, dann Str. 17. 20. 36. 48. 47. 43, womit C. schliesst.*

Du Méril l. c. p. 108: *Probablement cette pièce, qui résume avec tant de force la pensée du monachisme, le mépris de la vie humaine, était attribuée à saint Bernard, parce qu'il fut pendant son siècle, nous pourrions même parler d'une manière beaucoup plus générale, la plus complète et la plus haute expression de l'esprit monastique.*

Cum revolvo toto corde.

Meditatio animae fidelis.

Cum revolvo toto corde,
in qua mundus manet sorde,
totus mundus cordi sordet
et cor totum se remordet.

Cum revolvo mente pura,
qnam sit vana mundi cura,
ut mens possit se curare,
curam mundi vult fugare.

Cum recordor pura mente,
cadit mundus quam repente,
ne mens cadat cum cadente,
mundum fugit mens attente,

Cum recordor mente sana,
quam sit stulta spes mundana,
a spe mentem ad spem verto
et spem mundi spe subverto.

Cum recordor, mundi cura
quam sit prava, quam sit dura,
mentis reor esse durae,
qui sub mundi vivit iure.

Cum recordor mundi laudem
et mundanae laudis fraudem,
laus et fraus in cordis ore
idem sonat uno more.

Cnm recordor mundi fructus
et eiusdem penso luctus,
sic est mihi fructus eius,
ut sit mundo nihil peius.

Cum recordor mundi florem
et quem habet flos odorem,
tantus dolor est in flore,
ut non sit flos in odore.

Cum recordor dies breves
et recordor dies leves,
grave fit quod fuit leve,
et fit longum quod est breve.

Cum recordor diem mortis
et extremae diem sortis,
sic me terrent isti dies,
ut sit mihi nulla quies.

Cum recordor quod sum cinis,
et quod cito venit finis,
sine fine pertimesco,
et ut cinis refrigesco.

Cum recordor moriturus,
quid post mortem sim futurus,
terret me terror venturus,
quem exspecto non securus.

Terret me dies terroris,
irae dies et furoris,
dies luctus et moeroris,
dies ultrix peccatoris.

Expavesco quidem multum
venturi indicis vultum,
cui latebit nil occultum
et manebit nil inultum.

Et quis nostrum non timebit,
quando iudex apparebit,
ante quem ignis ardebit,
peccatores qui delebit.

Veniet iudex de coelis,
testis verax et fidelis
veniet et non silebit,
iudicabit nec timebit.

Iuste quidem iudicabit,
nec personam acceptabit,
pretio non corrumpetur,
sed nec precibus flectetur.

Iudicabit omnes gentes
et salvabit innocentes,
arguet omnes potentes
et deliciis fluentes.

Tunc et omnes delicati
maledicent voluptati,
et qui vacant vanitati,
evanescent condemnati.

Quid tunc faciet peccator,
et quid corporis amator?
et quid agere valebit
cui nihil iam licebit?

Siquidem tunc apparebit
et quod fuit non latebit,
quisquis sit, iure pavebit,
donec sciat, quid habebit.

Proh dolor, tunc poenitere
nulli poterit valere,
et peccata tunc lugere,
nihil erit nisi flere.

O quam grave, quam immite
a sinistris erit: ite!
cum a dextris: vos venite!
dicet rex, largitor vitae.

Tunc spes omnis interibit,
et cras cras prorsus abibit,
ad tormenta quisquis ibit,
iam amplius non exibit.

Ibi flammis exuretur
et a vermibus rodetur,
ab angustiis angetur,
qui salvari non meretur.

O quam impii tortores
tunc torquebunt peccatores,
et terribiles ultores
iudicabunt pravos mores.

Proh dolor, tunc misereri
et doloribus mederi
nullus poterit mereri,
postquam coeperit torqueri.

[Ab hac te precor tortura
et ab hostium pressura
libera me, rex coelorum,
in saecula saeculorum.]

Cum recordor diligenter,
quid post mortem sit sequenter,
stabunt iusti quam prudenter,
iam delector vehementer.

Apropinquat enim dies,
in qua iustis erit quies,
qua cessabunt persequentes
et regnabunt patientes.

Dies illa, dies vitae,
dies lucis inauditae,
et mors ipsa morietnr,
qua nox omnis destruetur.

Ecce rex desideratus
ct a iustis exspectatus
iam festinat exoratus,
ad salvandum praeparatus.

Iam festinat rex coelestis,
iudex noster atque testis,
festinanter apparebit,
omnis caro quem videbit.

Apparebit nec tardabit,
veniet ac demonstrabit
gloriam, quam praestolantur,
qui pro fide tribulantur.

O quam pium, o quam gratum,
quam suave, quam beatum
erit tunc Ihesum videre
his, qui eum dilexere!

Tunc Ihesus dulcis affectu
et mirabilis aspectu
sit loquetur in effectu
omnis carnis in conspectu:

Vos, in me qui credidistis,
et qui mecum permansistis,
qui pro me passi fuistis,
ecce bonum, quod quaesistis.

Ecce regnum, quod spopondi,
et quod hactenus abscondi,
nunc videte, nunc habete,
nunc regnate, nunc gaudete!

[Tunc electi mirabuntur,
et mirantes laetabuntur,
exultantes respondebunt
et laudabunt quae videbunt:

Deo gratias agamus,
cernimus quod sperabamus,
deo gratias agamus
et Christum benedicamus.]

O quam dulce, quam iocundum
erit tunc odisse mundum,
et quam triste, quam amarum,
mundum habuisse carum.

O beati tunc lugentes
et pro Christo patientes,
quibus saeculi pressura
regna dat semper mansura.

Ibi iam non erit metus,
neque luctus, neque fletus,
non egestas, non senectus,
nullus denique defectus.

Ibi pax erit perennis
et laetitia solennis,
flos et decus iuventutis
et perfectio salutis.

Nemo potest cogitare
quantum erit exultare,
tunc in coelis habitare
et cum angelis regnare.

Ad hoc regnum me vocare,
iuste iudex, tunc dignare,
quem exspecto, quem requiro,
ad quem avidus suspiro.

Mone I. 417 sq.: *Hs. der Seminarbibliothek zu Trier O. 17. am Ende, aus dem 13. Jahrh. (A) Obiges Gedicht steht auch bei Du Méril poésies du moyen âge p. 108 als Theil eines grösseren Gedichtes nach einer Hs. des 12. Jahrh. (B) cf. p. 197. Mit Str. 52 geht obiger Text an und zwar ohne besondere Abtheilung, er entspricht aber dem ersten Theile dadurch, dass wie dort viele Strophen mit vita mundi, so hier viele mit cum revolvo oder recordor beginnen. Dem Inhalt nach kann man den ersten Theil als ein selbständiges Gedicht abschliessen und den zweiten auch als ein besonderes Lied behandeln, wie in der Trier Hs. geschehen ist. Eug. de Levis*

in seinen Anecdota sacra (Turin 1789) p. 124. schreibt das Gedicht dem Franciscaner Peter Gonella von Tortona zu, und theilt es in 5 Lieder ab (C). (De contemptu mundi 1—36. De timore mortis 37—52. De adventu iudicis 53—88. De poena peccatoris 89—112. De gaudio electorum 113—184.) Dass dieses Lied stark interpolirt wurde, zeigt die Beschaffenheit des Textes. Ich habe die muthmasslichen Zusätze in Klammern eingeschlossen.

8. B. vitare, C. mutare. 9. BC. revolvo, ita etiam per sequentes strophas. 17. C. curam. 24. B. sonant. C. novo more. 25. A. luctus. 26. A. fructus. 27. AB. mihi om. 28. B. ut sit luctus peior nullus. C. luctus nullus peius. 30. B. dolorem. 32. B. dolore. 38. B. extra me. 41. B. sim. 42. B. q. ven. iamiam fin. C. quod venit ven. 44. B. cinis nihil esco. 46. C. quod. — mortem om. 47. A. futurus. 48. B. quam. 55. A. nihil lat. 56. C. timebit. 57. BC. quaeso pro nostrum. 58. C. cum iam iud. 60. B. peccatoresque. 64. B. non. C. et non. 69. 70. A. om. 71. BC. arg. vero pot. 72. B. fruentes. 73. A. et om. 74. BC. valedicent. 75. B. vaccantes. C. vacavit. 76. C. evanescant. 81—88. A. om. 82. C. fuerit. 83. B. quidquid. C. quidquid fuit. 84. C. quod. 87. C. peccatum. 89. A. o om. 90. B. quam sinistrum. 91. 92. B. om. 94. C. prorsus om. 105—112. AC. om. 114. A. frequenter. 115. B. i. confidenter. 116. B. incessanter. 123. 124. B. habet commutatis locis, quod praeferendum. 124. C. vox. 126. A. et iam iust. 131. C. festinans. 132. B. quae. C. omnisque c. vid. 133. B. non. 135. B. mereantur. 137. B. et quam. 139. C. tunc pie vid. 140. C. nos qui Christum. 142. B. dulcissimus. C. dulcissimo. 143. BC. affectu. 144. B. caro. C. aspectu. 153—160. AC. om. 163. A. et om. 165—176. AC. om. 184. B. anxius.

Du Méril l. c. p. 116: *On cherchait pendant le moyen âge à exciter de toutes les manières le repentir du pécheur, et à le ramener ainsi à une vie plus chrétienne. Tont en reconnaissant que le regret d'avoir offensé Dieu était bien moins méritoire quand il était inspiré par la crainte des châtiments, on s'efforçait donc de le provoquer par le tableau du Jugement dernier et des vengeances qui frapperaient le pécheur endurci. Comme cette pièce, la prose pour le Jour des morts fut composée dans cet esprit, et nous en avons cité plusieurs dans nos Poésies populaires latines p. 135 et 136, dont l'inspiration était la même; nous ajouteront le commencement d'une autre qui se trouve à la suite du De imitatione Christi dans le ms. de la*

B. R. no. 3592, fol. 72, verso. Ou y lit sous un squelette à la plume:

O vos omnes qui transitis
et figuram hanc inspicite,
memores mei semper estis
et mundum hunc despicite.

Quondam eram gloriosus,
habens aurum et argentum;
nunc a vermibus corrosus,
quam horrendum testamentum!

Heu! quam male sum deceptus
habens annos iuveniles!
nec sum penitus adeptus
quos speraveram seniles.

Heu! nunc mors me supplantavit,
quando minime credebam.
et mihi vitam amputavit,
qui securus incedebam.

Quidquid boni intellexi
vel ab aliis audivi,
plane totum hoc neglexi,
quia carni deservivi.

Curam carnis semper egi,
et vanam gloriam amavi;
pro his in poenam hanc impegi:
sero novi quod erravi etc.

Comme on le voit, les rimes sont croisées, et, malgré ce rhythme trop peu marqué pour être populaire dans le sens grossier du mot, le poète recourait, suivant la necessité de la mésure, à des élisions ou même à des synalèphes (mei dans la 3e ligne de la str. 1) tout à fait arbitraires.

Ad perennis vitae fontem.

Thes. I. p. 116. II. 382. III. 281.

Accedit chartae Parisinae (Du Méril I. **131**. Thes. II. **382**) scriptura codicis quem Monius inspexit: (Hs. zu Karlsruhe ohne Nummer, 15. Jahrh.) **1.** sitit nunc. **10.** hic. **13.** aestus. **14.** purpureus rosarum. **16.** favum mellis. M.: *eben so ungeeignet als rivi.* Patria coelestis est terra promissa, „quae revera fluit lacte et melle." **23.** mutus. **26.** unum faciunt. **28.** mortalibus his. **36.** mortem iam. **39.** norunt. **40.** cuique — praemium. **41.** suum facit. **42.** commune fit. **48.** ed. iubilans. **49.** harmonias. **51.** redigant. **53.** aeterni orbis. **54.** bini cursus sidera. **58.** praebe. **59.** ut quietem — praecinctum debeas.

Königsfeld p. XXXIII.: *Zu dem lieblichen, fast üppigen Hymnus: ad perennis vitae fontem, hat (nach Augusti) Augustinus nur die materia carminis geliefert, welche Petrus Damiani in fliessende Verse gebracht haben soll. Als dem Augustinus allein zugehörig hat ihn Fabricius, Chemnicius, Rambach, Kehrein, Wallraff, Daniel u. s. w. aufgenommen.* Sed

haec oscitanter prolata sunt, cum p. **118**. scripserim: „S. Augustinum carminis auctorem esse putabit nemo.“ Recte Trench p. **296**: *This poem has been often, but erroneously, attributed to Augustine; evidently on the ground that it finds place in the Meditationes, which were long ascribed to that Father. These Meditationes, however, are plainly a cento from Anselm Gregory the Great, and many others besides Augustine; from whom they are rigthly adiudged away by the Benedictine editors, as indeed they had already been in earlier editions. The hymn is undoubtedly Damiani's, and quite the first and greatest which he has left us.* — Neque facile quis adstipuletur Monio: *Die Form des obigen Liedes ist etwa 100 Jahre später als Augustinus.*

Iuxta threnos Ieremiae.

Chant des Croisés. Du Méril Poésies etc. I. p. 408 sqq.

Iuxta threnos Ieremiae
vere Syon lugent viae,
quod solemni non sit die
qui sepulchrum visitet,
vel casum resuscitet
huius prophetiae.

Contra quod propheta scribit,
quod de Syon lex exibit:
nunquam ibi lex peribit
nec habebit vindicem,
ubi Christus calicem
Passionis bibit.

Lignum crucis,
signum ducis
sequitur exercitus
quod non cessit,
sed praecessit
in vi Sancti Spiritus.

Ad portandum onus Tyri
nunc deberent fortes viri
suas vires experiri,
qui certant quotidie
laudibus militiae
gratis insigniri.

Sed ad pugnam congressuris
est athletis opus duris,
non mollitis Epicuris;
non enim qui pluribus
cutem curant sumptibus
emunt Deum curis.

Lignum crucis
signum ducis
sequitur exercitus etc.

Novi rursum Philistaei
capta cruce, crucis rei,
receperunt arcam Dei.
arcam novi foederis,
rem figurae veteris,
post figuram rei.

Sed cum constat, quod sint isti
praecursores Antichristi,
quibus Christus vult resisti:
quid, qui non restiterit,
respondere poterit
in adventu Christi?

Lignum crucis etc.

Crucis spretor crucem premit,
ex qua fides pressa gemit;
in vindictam qui (l. quis) non fremit?
Quanti fidem aestimat,
tanti crucem redimat,
si quem crux redemit.

Quibus minus est argenti,
si fideles sunt inventi
pura fide sint contenti;
satis est dominicum
corpus ad viaticum
crucem defendenti.

Lignum crucis etc.

Christus tradens se tortori,
mutuavit peccatori;
si, peccator, non vis mori
propter pro te mortuum,
male solvis mutuum
tuo creatori.

Sane potest indignari,
cui declinas inclinari;
dum in crucis torculari
pro te factus hostia
tibi tendit brachia,
nec vis amplexari.

Lignum crucis etc.

Cum attendas ad quid tendo,
crucem tollas, et vovendo
dicas: Illi me commendo,
qui corpus et animam
expendit in victimam
pro me moriendo.

Lignum crucis etc.

Du Méril l. c.: *L'enthousiasme produit par les croisades inspira successivement un grand nombre de poésies populaires; nous avons cru devoir en ajouter à cet appendice quelques unes qui, quoique postérieures à la formation des nouvelles langues nous ont paru offrir un véritable intérêt. Celle-si se trouve dans les annales de Roger of Hoveden, apud Saville, Rerum anglicarum scriptores, p. 639. Elle fut composée vers 1188; l'auteur s'appelait Bertier ou Bertere, dont Symphorien Guyon fait, sans donner aucune raison à l'appui de son opinion, un conseiller du roi d'Angleterre; Histoire d'Orléans, p. 409.*

30. Du Méril: Precibus (pro curis) *ap. Saville; mais dans le reste de la pièce le dernier vers du couplet rime avec les trois premiers; pressuris, que propose l'Histoire littéraire, t. XV. p. 338, donne au vers une syllabe de plus qu'il ne doit avoir.*

Saeculum Decimum Tertium et Quartum.

Radulphus de Canonum Observantia in Bibl. Vett. Patr. tom. XXVI. p. 301.*)

*) Praemittimus his saeculis celebratissimam Radulphi de hymnis illo aevo usitatis disputationem, quae in re hymnologica maximi

De hymnis metricis valde curandum est, ne cantentur aliqui, nisi approbati et editi. Reprobi autem ut plurimum nosci possunt, vel quia non sunt generales, vel quia metrum habent corruptum. Ad Primam autem, Tertiam, Sextam et Nonam Hymni consueti more Romano non mutantur, et in minori congregatione sub facili Tono servari debent. Nam hoc generaliter custodiendum est, ut quinque parvae horae sub humilitate serventur, et tres maiores festivius celebrentur. Ad quod accedit auctoritas beati Benedicti, qui in minore congregatione Psalmos in parvis horis directanee dici permittit. Aliquorum autem congregatio paucis temporibus illos horarum hymnos cantat sub Tono festivitatis, ultimo versu variato. Et aliquorum usus ad Primam, Tertiam, Sextam et Nonam, tempore Natalis Domini, habet Hymnum Agnoscat, qui in Hymnariis Romanis reperitur. Sed qui quotidie in Festivitalibus Hymnos consuetos omittunt, et ad easdem horas dividunt hymnum Festivitatis, nec auctoritatem habent, nec exemplum, sed nimium abutuntur. Ideo illos sequi non debetis: sed in humili congregatione vestra, humillima decantare. Qui in Completorio Hymnum post Capitulum dicunt, agunt contra auctoritatem Romanam, et Ordinem beati Benedicti, in quorum Officiis statim post Psalmos locatur, sicut in aliis quatuor parvis horis Hymnus dicitur ante Psalmos. Et in Ambrosiano, tam in Completorio, quam in eisdem parvis horis dicitur similiter ante Psalmos. Praeterea in Ambrosiano Officio ad Matutinas semper dicuntur duo hymni, in principio et in fine. Et similiter in Romano et Benedictino Officio, ad Nocturnos dicitur unus hymnus, et ad Laudes alter: et hoc servant omnes Religiosi et Italici, Gallici et Anglici; Alemanni autem in hoc degenerant, ad Nocturnos nullum dicunt, et ad Laudes raro. Ex quibus videtis, quos sequi debeatis, Hymni autem subsequentes, videntur observandi. In adventu ad Vesperas, Conditor: Ad Nocturnos, Verbum: Ad Laudes: Vox clara: Ad Completorium, secundum aliquos, Veni redemptor, qui est Ambrosianus de Nativitate Domini. Item de Nativitate ad Vesperas, A solis: Ad Completorium, Fit

---

ponderis est. Ex carminum numero, quibus nihil addendum erat taceo quae a Radulpho commemorantur, nomine excito tria S. Thomae de S. Sacramento carmina Pange lingua gloriosi Th. I. p. 251. (Neale: This hymn contests the second place among those of the Western Church with the *Vexilla Regis*, the *Stabat Mater*, the *Jesu dulcis memoria*, the *Ad Regias Agni dapes*, the *Ad supernam*, and one or two others, leaving the *Dies irae* in its unapprochable glory. It has been a bow of Ulysses to translators.). Sacris sollemniis iuncta sint gaudia I. p. 252. Verbum supernum prodiens I. p. 254.

porta: Ad Nocturnos, Corde natus: Ad Laudes, Christe redemptor: Ad parvas horas, Agnoscat, ut supra. In Epiphania, ad Vesperas ac Laudes, Hostis Herodes: Ad Nocturnos, A patre unigenitus: vel Ambrosianus, Illuminans altissimus. Dominicis quotidianis in Sabbato, Deus creator, qui est Ambrosianus Vespertinus quotidianus, cuius meminit Augustinus libro 7. Confessionum, quando per somnum a luctu anxio in dolores mortis Matris recepto fuit curatus. Et hunc hymnum fratres Minores, et alios plures male omittunt, quia authenticus est, et multum pulcher. Ad Nocturnos in hyeme, Primo dierum: et ad Laudes, Aeterne rerum conditor, qui in Ambrosiano omni die dicitur in principio ad Matutinas. Item ad Nocturnos in aestate, Nocte surgentes: et ad Laudes, Ecce iam noctis. In secundis Vesperis Dominica, Lucis creator. Feria secunda, in Nocturno, Somno: In Laudibus, Splendor paternae, qui est Ambrosianus temporalis in fine Matutinorum: In Vesperis, Immense. Feria tertia, in Nocturno, Consors: In Laudibus, Ales diei: In Vesperis, Telluris: Feria quarta, in Nocturno, Rerum creator: In Laudibus, Nox et tenebrae: In Vesperis, Coeli Deus: Feria quinta, in Nocturno, Nox autem. In Laudibus: Lux ecce: In Vesperis, Magne Deus. Feria sexta, in Nocturno, Tu Trinitas: In Laudibus, Aeterna coeli. In Vesperis, Plasmator. Sabbato, in Nocturno, Summe Deus: In Laudibus, Aurora iam spargit. Omnes isti hymni feriales Romano usu unicam et facilem habent notam. De nostris autem Alemannis aliqui omittunt Nocturnales, ut Colonienses: aliqui, omissis laudum hymnis, Nocturnales ponunt ad Laudes, ut Leodienses: alii omnes feriales omittunt, et Dominicales aestivales in feriis repetunt, ut Praedicatores. Securius est sequi morem Romanum. De Quadragesima sunt hymni, Audi benigne: Ad Nocturnos, Ex more; In Laudibus, O Nazarene. Secunda quindena, Ad Vesperas, Nunc Tempus: In Nocturno: Clarum decus: In Laudibus, Iam Christe: Ad Completorium, per mensem, Christe qui lux: qui est Ambrosianus. Aliorum usu sunt alii hymni Quadragesimales, cum in his raro usus se concordent. De passione ad Vesperas, Vexilla: ad Completorium, Cultor Dei: ad Nocturnos et Laudes, Pange lingua, quia fit divisio. De Resurrectione sunt hymni: Ad coenam agni. Ad Completorium, Iesu nostra: et Aurora lucis cum versibus, qui dividi possunt ad Nocturnos et ad Laudes, ut faciunt Praedicatores. Romani habent in Nocturno et in Laudibus dicunt hymnum, Aurora, integre. Est et Ambrosianus, Hic est dies verus. De Ascensione, Fe-

stum nunc celebre, Aeterna coeli gloria, et Hymnum canamus: et Ambrosianus, Optatus votis. De Sancto Spiritu, Veni creator: In Nocturno, Iam Christus astra: qui est Ambrosianus. In Laudibus, Beata nobis. De Sancta Trinitate ad Vesperas, O lux beata: In Nocturno, Tu Trinitas: In Laudibus, Om. Deus. De Nativitate Ioannis, Ut queant laxis: qui est prolixus, et dividi potest per Nocturnum et Laudes. In Ambrosiano est, Almi prophetae. De Apostolis Petro, Aurea luce: et hymnus, Festum per omnes. Ex quibus Minores aliquot versus habent, reliquis resecatis. Est Ambrosianus, Apostolorum passio. De sancto Laurentio sunt plures, En martyris: Martyris Christi, qui Sapphicus, et Ambrosianus Apostolorum. De Assumptione, O quam glorifica: et Gaude visceribus. Et pro quolibet festo ad Vesperas, Ave maris stella: Ad Nocturnum, Quem terra: et ad Laudes eius portio, O gloriosa: et Ambrosianus, Mysterium Ecclesiae. De sancto Michaele ad Vesperas et Laudes, Christe sanctorum: In Nocturno, Tibi Christe: et Ambrosianus, Mysteriorum. De sancto Martino locales plures habetis, Ambrosianus habet, Bellator armis. In Dedicatione Ecclesiae communiter habetur, Urbs beata: qui dividi potest. Ambrosianus habet, Christe cunctorum. De Apostolis ad Vesperas, Exultet: In Nocturno, Aeterna Christi munera: qui est Ambrosianus prolixus, et Romano more partim capitur in Nocturno Apostolorum, partim in Nocturno Martyrum. De Apostolis ad Laudes, Ortu phoebi. De uno Martyre ad Vesperas et Laudes, Martyr Dei: In Nocturno, Deus tuorum: qui est Ambrosianus. Sed ibi prolixior aliis placet, hos duos e contra dici. De Martyribus ad Vesperas, Sanctorum meritis: In Nocturno, ut supra: in Laudibus, Rex gloriose. De uno Confessore, Iste confessor. Sunt alii duo, Iesu redemptor omnium: Iesu corona celsior: qui est Ambrosianus. De una Virgine ad Vesperas et Laudes, Iesu corona virginum: qui est Ambrosianus, In Nocturno, Virginis proles. Omnes autem praedicti hymni, et adhuc plures alii, reperiuntur Romae in hymnariis antiquis et aliqui in Officio Ambrosiano: Necessarii autem hymni et authentici admitti debent. Et securius de communi cantabuntur, quam locales et apocryphi admittantur.

Salvator mundi Domine.

Sabbato Adventus ad Completorium.

Salvator mundi, domine,
qui nos salvasti hodie,
in hac nocte nos protege
et salva omni tempore.

Adesto nunc propitius
et parce supplicantibus,
tu dele nostra crimina,
tu tenebras illumina.

Ne mentem somnus opprimat,
nec hostis nos subripiat,
nec ullis caro, petimus,
commaculetur sordibus.

Te reformator sensuum
votis precamur cordium,
ut puri castis mentibus
surgamus a cubilibus.

Sit laus, perennis gloria
deo patri cum filio,
sancto simul paraclito
in sempiterna saecula.

Mone I. 48.: *Hs. zu Freiburg No. 56. 14. Jahrhundert. Daniel I, 274 giebt den Anfang aus dem Brevier zu Salesbury. Das Lied scheint auf dem Festlande nicht oft vorzukommen. Es schliesst sich in Form und Inhalt so deutlich an die ambrosianischen Hymnen an, dass man es in das sechste oder siebente Jahrhundert setzen darf.*

Lilium floruit arvis vernantibus.

Du Méril Poésies etc. II. p. 50. (Ms. B. R. No. 3749 fol. 43.)
De Nativitate Domini.

Lilium floruit arvis vernantibus,
quae fons de Libano lymphis rigantibus
fovet, et relevat zephyris flantibus.

Eia, eia, eia!
grex in pascuis
alludat uberrimis,
et sequantur agmina
agnum inter lilia;
qui factus est opilio,
assumpto carnis pallio,
et per crucis mysterium
elisit fauces daemonum
elisit fauces daemonum,
ferens reis remedium.

Revisit thalamum sponsi praesentia,
qui super cherubim mira potentia
volavit, praevidens cuncta latentia.

Eia, eia, eia! etc.

Electri species tandem emicuit
et mare vitreum de Sion exiit;
anguis teterrimus nunquam interiit.

Eia, eia, eia! etc.

Du Méril l. c.: *Les trois lignes monorimes qui précèdent le refrain, ont douze syllabes, divisées par une césure en deux hémistiches égaux dont la penultième est brève.*

Sonent laudes pueri.

Natalis Christi et Innocentum.

Sonent laudes pueri,
sonent et provecti,
de cisterna veteri
pariter eiecti,
proles nascitur divina,
periturae gentis medicina.

Nascitur in gentibus
dominator orbis,
cunctis imminentibus
ut occurrat morbis,
cuius praecinit adventum
prophetarum lingua sapientum.

Trucidari pueros
iubet violentus
ut hic inter ceteros
forte sit peremptus;
magnis viribus egebat,
morti vitam dare qui volebat.

Senex inter brachia
diu exspectatum,
et in templo vidna
videt praesentatum;
ergo viduae gaudete,
et vos senes deo benedicite.

Mone I. 74.: *Hs. zu München, Clm. 5539. fol. 36. Mit Musiknoten, aus dem 14. Jahrh.*

Flore vernans gratiae.

Du Méril Poésies etc. II. p. 49. (Ms. B. R. No. 3719. XIII. saec. fol. 78.) De Nativitate Domini.

Flore vernans gratiae
plaudat omnis hodie
turba novae sortis!
Verbum intrans virginem
restauravit hominem
fracto iure mortis.

Clara sonent organa,
pulsent voces tympana,
resonante lyra;
modulicet concio
festivali gaudio,
orta prole mira!

Virga quondam arida,
summo rore madida,
novum dedit florem;
corde Patris genitum
concepit per spiritum
virgo redemptorem.

Ergo plena gratia
gaudet viri nescia,
Deum paritura;
sol de stella nascitur;
carnis umbra tegitur
lux non moritura.

Quam parit virginitas,
humanatur deitas,
homo divinatur;
fit sacerdos hostia,
Babylonis filia
per quam liberatur.

Du Méril l. c.: *Les couplets sont composés de six lignes: quatre ont sept syllabes et sont liées deux à deux par des rimes disyllabiques, dont la penultième est brève; la première rime avec la deuxième et la quatrième avec la cinquième. Les deux autres lignes n'ont que six syllabes et sont terminées aussi par une consonnance ïambique de deux syllabes.*

Iesu dulcis memoria.

Thes. I. p. 227. De nomine Iesu.

Quaestio de hymni celebratissimi auctore atque scriptura, quam satis tortuosam dicas, nunc ad explicandum expeditior facta est. Etenim eam, quae deploranda erat, vetustiorum codicum ac librorum, e quibus genuina facies emergere posset, inopiam supplevit Monius I. p. 329 sqq.

Primo invenit in Codice Francofurtano saec. XIV. (A) Inscriptum est: Cursus de aeterna sapientia. (Mone l. c.: *Ich kann nicht sagen, ob jene Bestimmung sich auf das berühmte Buch Suso's von der ewigen Weisheit beziehe, in dessen Zeit die Handschrift gehört.*) Ad matutinos. Iesu dulcis. Nil canitur. Iesu spes. Aeterna sapientia, tibi patrique gloria cum spiritu paraclito per infinita saecula. In Laudibus. Iesu rex. Nec lingua. Amor Iesu cont. Aeterna etc. Ad Primam. Amor Iesu d. Iesu decus. Iesu mi bone. Aeterna etc. Ad Tertiam. Tua Iesu. Qui te gustant. Desidero. Aeterna etc. Ad Sextam. Iesu summa. Bonum mihi. Iesu mi. Aeterna etc. Ad Nonam. Quocunque. Tunc amplexus. Iam quod quaesivi. Aeterna etc. Ad Vesperas. Iesus sole. Tu mentis. Iesus auctor. Aeterna etc. Ad Completorium, Iesus in pace. Te coeli. Iesus ad patrem. — 4. dulcis eius. 6. auditur nil. 11. bo-

nus es. 12—16. om. 17. potest. 19. experto potes. 21—32. om. 37—44. om. 49—60. om. 65—68. om. 71. per poenitentiam. 74. affectio. 80. diligunt. 81—84. om. 92. me de te quando. 93. amor Iesu. 95. 96. mihi Ies. mell. fructus v. p. 100. stringit. 105. Iesu mi. 108. et clamor. 111. felix. 112. laetus. 115. tunc. 120. et corde totus. 121—144. om. 145. praeclarior. 148. prae cunctis. 149—152. om. 157—176. om. 183. mea mens. 184. illa. 189—192. om.

Alius cursus de aeterna sapientia reperitur in libro rarissimo, cui nomen est Cursus collecti fol. 19. Mone l. c.: *Darin hat jede Tagzeit mit dem Refrain 5 Strophen, also im Ganzen 40. Dieser Text hat eigenthümliche Strophen, nämlich Str. 5.:* Emitte pater unicum tuum de coelis filium, ut consolentur servuli et convertantur impii. *Diese Strophe ist gut, die vierte ad laudes gehört aber schon nach ihrem Versmass nicht zu diesem Liede. Sie lautet:* Ihesu, via veritatis, fons immensae pietatis, per quem vivunt omnia, tibi laus et gloria. *Dagegen ist die vierte Strophe ad primam wieder gut:* Ut cum iudex adveneris, mundum horrore cinxeris, non pro reatu punias, sed pius nos tunc protegas. *Die vierte Str. ad tertiam ist bei Daniel die 34ste, nur mit dem Unterschiede, dass sie in obigem Texte mit dem zweiten Verse anfängt. Die vierte Str. ad sextam gehört nicht hierher; sie lautet:* Ego dolens et egenus, sed peccator sorde plenus, ad te pater confugio, quis dulcior sit nescio. *Die vierte Str. ad nonam hat verdorbenes Versmaſs, welches bei Daniel in der 42sten Str. berichtigt ist. Sie lautet:* Pórtas vestras tollite, coeli cives occurrite triumphatori, dicite, ave rex iuclyte. *Die vierte Str. ad vesperas steht bei Dan. als Str. 40. Bei dem Completorium fehlt in diesem Texte die Str. 2 und dafür steht Str. 3, und an der Stelle dieser die Str. 7 bei Dan., jedoch so, dass sie mit dem zweiten Verse anfängt:* Ihesum quaeram in tumulo. *Die Complete hat nur 4 Str. es scheint also, dass die zweite blos durch ein Versehen ausgelassen wurde.* — Ut mihi videtur, omnes strophae, qnae huic libro propriae sunt, ex aliis hymnis accersitae sunt. Exemplo est stropha: Ut cum iudex adveneris, quae est quarta hymni: Vox clara ecce intonat, Thes. I. p. 76. Addimus scripturae varietatem. 4. dulcis eius. 6. auditur nil. 11. bonus es requirentibus. 17. potest. 27. amore quer. 76. om. dans. 80. diligunt. 92. me de te quando. 93. a. Iesus unicus. 95. 96. mihi Ies. mellifl. fructus vitae p. 108. te clamor cor-

dis. 115. tunc. 120. et corde totus. 148. prae cunctis. 157. mi dilecte. 158. splendor p. 182. qui. 183. hunc mea mens desiderat. 184. et illo.

Tertius ex codicum numero, qui Monio patuerunt, est Moguntinus. Mone l. c. 332.: *In der Hs. zu Mainz (M), Aug. No. 439. des 15. Jahrh. steht Bl. 52. das ganze Gedicht in 50 Strophen, wodurch sich also seine Bestimmung als ein Rosenkranzlied deutlich herausstellt, Im Allgemeinen ist das Verhältniss zu Daniels Text folgendes: Nach V. 56. hat M. diese Strophe:* Hic amor est, suavitas, et pietas et castitas, et sanctitas et puritas, nam Deus est et charitas. *Str. 17. 18. 36. 37. in M. sind bei Daniel 18. 17. 37. 38. Nach Str. 37. hat M. wieder eine neue Str.* Tuum dulcorem sitio, quo solo me reficio, in me quia deficio, ad te, Ihesu, respicio. *Nun folgt in M. die Str. 36. bei Daniel. Str. 41. ist in M. 42. und 40. Dan. ist 43. M. Die abweichenden Lesarten in M. sind mit Daniels Text verglichen diese:* 2. cordis. 11. bonus es q. 14. f. vivus l. 15. excedit. 19. noscere. 23. publico. 24. am. q. 27. cl. c. 38. illustra tuo l. 39. mentis c. 40. reple. 41. c. n. q. 45. Iesu. 49. eius p. 52. d. et d. v. für dei. 53. cognoscite. 55 *steht an der Stelle von 54.* 57. hic a. 58. amori. 59. ardorem. 65. nequeam. 80. diligunt. 83. quem hic. 92. me de te quando saties. 95. michi Ihesus mellifl. 96. fructus vitae p. 100. me tua stringit. 115. tunc f. 117. nam quod. 119. Christi. 120. corde totus. 125. dulciter. 137. Ihesu. 138. amor. 139. tibi l. h. 142. gratiae. 143. effulge clara facie. 144. da complementum gloriae. 148. prae cunctis a. 151. quem. 152. sola. 161. s. quocunque i. 166. tollite. 168. salve. 171 *steht an der Stelle von 172.* 173 *an der Stelle von 174.* 176. gratiae. 183. h. mea m. 184. illa. 189. iam prosequamur. 190. Ihesum hym. 192. cum ipso frui s.

Ex diversa carminis in codicibus facie, cum accedat prolixa eaque inordinata hymni ratio*), nascitur suspicio, non unum eundemque ostendere poetam carminis auctorem, sed

*) Recte Trench p. 224.: This poem, among those of S. Bernhard perhaps the most eminently characteristic of its author, consists, in its original form, of nearly fifty quatrains, and unabridged would have been too long for insertion here-not to say that, with all the beauty of the stanzas in particular, the composition as a whole, lies under the defect of a certain monotony and want of progress. Where all was beautiful, the task of selection could not indeed be other than a hard one; but only in this way could the poem have found place in this volume; nor, for the reasons

conflatum esse e pluribus cantionibus. Sane vero qui invicta disputatione singulares carminis partes seiunxerit, eum iure Lynceo perspicaciorem dixeris. Tamen, si non certa, ut probabilia proponamus, monet celebratissimi hymni amor et studium.

Cantionum, quae in prolixiori hymno latent, antiquissima est ea, quam germanicam fecit poeta teutonicus apud Wackernagel D. K. p. 78. (Canticum sancti Bernhardi. Münchener Handschrift Cod. germ. 717. Pp. vom Jahr 1347. fol 68. 69.)

Nil canitur suavius,
auditur nil iucundius,
nil cogitatur dulcius,
quam Iesus Dei filius.

Mane nobiscum Domine,
et nos illustra lumine
pulsa noctis caligine,
mundum replens dulcedine.

Qui te gustant esuriunt,
qui bibunt adhuc sitiunt,
desiderare nesciunt
nisi Iesum quem diligunt.

Desidero te millies,
mi Iesu, quando venies,
me laetum quando facies,
ut vultu tuo saties.

Bonum mihi diligere
Iesum, nil ultra quaerere,
mihi prorsus deficere,
ut illi queam vivere.

O Iesu mi dulcissime,
spes suspirantis animae,
te quaerunt piae lacrimae,
te amor mentis intimae.

Quocunque loco fuero,
mecum Iesum desidero,
quam laetus cum invenero,
quam felix cum tenuero.

Sequar te quoquo ieris,
mihi tolli non poteris,
cum meum cor abstuleris,
Iesu laus nostri generis.

Coeli cives accurrite,
portas vestras attollite,
triumphatori dicite:
ave Iesu, rex inclyte.

Iesus ad patrem rediit,
coeleste regnum subiit,
cor meum a me transiit,
post Iesum simul abiit.

Iesum sequamur laudibus,
votis, hymnis et precibus,
ut nos donet coelestibus
secum perfrui sedibus.

Antiquissimum duco carmen his de causis. 1. Codex germanicus ut mihi videtur vetustissimus est ex omnibus qui hymni iniiciunt mentionem. 2. Non nullis strophis exceptis 5—8, 29—36, 41—44 (in A et C omissis) reliquae in omnibus membranis leguntur, quae prolixius carmen continent.

---

just stated, did J feel that it would be merely a loss to it to present it in this briefer form.

3. Hae quindecim strophae arctissime inter se cohaerent. 1. 2. Nil dulcius est Iesu. Mane igitur nobiscum et reple nos tua dulcedine. 2. 3. Quamquam repleti, tamen te semper esurimus et sitimus, te semper desideramus. 3. 4. Ita et ego te desidero—quando venies? 4. 5. Venis ad omnes qui nihil praeter te diligunt et quaerunt. 5. 6. Ego te quaero lacrimis et intimo amore. 6. 7. O felicem, qui te quaerendo invenerit. 7. 8. Si ego te invenerim, nunquam a te separabor. Sane tu in coelum tolleris, sed cor meum etiam in coelestibus est. 9—11. Occurrite angeli Dei Christo ad coelos ascendenti: et cor meum choris vestris interdum accinit. Precemnr omnes Christum, ut nos sua gloria frui concedat.

Tum, quod ad titulum attinet et primitivum usum huius antiquissimi hymni, in operibus S. Bernhardi recte inscriptum ei esse existimo: Iubilus Rhythmicus. In Commemorationem Dominicae Passionis. Iubili enim nomine manifesto indicatur, de superata Passione, vel potius de gloria, quae ex illa passione quasi eius fructus nata est, sermonem fieri. Certe non dubium videtur, hoc carmine attingi paschalem historiam et communionem paschatis tempore haberi solitam. 5. Luc. 24, 29. 23. Io. 20, 11. 30. Io. 20, 13.

Origo autem huius antiquissimi hymni S. Bernhardo tribuenda sit necne certo evinci haud potuerit*). Verum esse, quod de eo Mabillo praedicavit: „Sancti Doctoris venam sapit", nemo infitiabitur. Et opera S. Bernhardi multis locis hymnum resonant. Sed hac ipsa re ex altera parte fieri potest, ut critici non inconsulto iudicantes a vero seducantur. Permulti enim hymni secundum locos Patris confecti, postea ipsi Patri attributi sunt. Sic ipse speciosus ille Bernhardi locus de nomine Iesu in Cant. Serm. 15. saeculo XV. causa extitisse potest, propter quam prolixior de nomine Iesu hymnus ipsius esse putaretur. Utique suspicio movetur eo, quod ante medium saeculum XIV. eius hymni nulla usquam est mentio. Quam multa carmina sequiore aevo S. Bernhardo attributa fuerint, cognoscitur e Monio I. p. 172 sq., qui sex carmina enumerat e Ms. Reichenaviensi No. 36, hoc in libro Bernhardi nomen sibi arrogantia, sed ceteroquin prorsus ignota.

*) S. Bernhardum poeticam artem omnino exercuisse iure inde colligitur, quod ei Petrus Berengarius obiicit, eum ab adolescente in pangendis poematis, sed non feliciter, versatum esse: „cantiunculas mimicas et urbanos modulos fictitasse." Qua in re animadvertendum est, adversarii dicta a carminibus Bernhardo sequiore aetate attributis, si acerbum de his iudicium ferendum est, nulla ex parte absonare.

Sed eo revertimur, ut longi carminis diremtionem prosequamur. Probabile est, hymnum: Nil canitur suavius populi favorem brevi adeptum esse, cuius rei testimonium ex ipsa versione germanica apparet. Ad eam venerationem ex illius temporis indole mox accessit interpolandi dilatandique studium, unde saeculo XIV. profectus est hymnus: Iesu dulcis memoria. Me iudice Codex A. strophas carminis fere ad unam omnes praebet, sed non ex ordine genuino, quem perturbatum esse existimo. Multis strophis cuivis id carmen dumtaxat intuenti protinus apparet primaevum carmen latius distrahi, ut versus **113—120.** longius prosequuntur argumentum versuum **109—112.** Iam, si De Moléon (Voyages liturgiques p. **233**) tradidit, in vetusto quodam codice Cisterciensium Vallis-Cemaii hymno nostro inscriptum esse: Meditatio cuiusdam sanctae virginis de amore Christi, nulla plane est iusta ratio, cur de eius tituli veritate dubitemus. Atque nimirum pariter probabile videtur, et aliquam monacham Cisterciensem in libris fundatoris regulae suae bene versatam fuisse, et eandem locos inde depromptos suo carmini intexuisse. Quod ita factum esse facile apparet, ut in multis, si comparatur locus ex Serm. **15.** in Cant.: *Iesus mel in ore, in aure melos, in corde iubilus* cum carminis stropha: Iesu decus angelicum.

Tum saec. XV. novissima et tertia interpolatio facta est, et ea a diversis auctoribus, unde centonum diversitas orta est. Causa interpolandi, id quod Monius recte vidit, haec fuit, quod ex carmine omnibus gratissimo rosariam orationem fieri vellent; atque eadem causa quinquagenarium stropharum numerum postulavit. S. Bernhardi nomen, ut fieri solet, etiam carmini in tantam prolixitatem diducto inscribere perrexere.

Quod attinet ad lutheranam illam imitationem in Thesauro memoratam: O Iesu süss nur dein gedenkt, Mützell de Mollero eius auctore dubitat, quod in eius Meditationibus SS. Patrum eam nusquam repererit. Sed forsitan insit in eiusdem Manuali de Praeparatione ad mortem (Cunz Gesch. des Kirchenl. II. IV.)*). Quam cara ea cantio priscae ecclesiae lutheranae fuerit, id etiam e Val. Herbergeri Postilla colligitur, in qua frequentissima est ad eam relatio. Exempli

*) Aliud carmen lectoribus communicavit Mützellius Francisci Algermanni (Ephemeris hymnorum ecclesiasticorum ex Patribus selecta Helmstadt. 1596) Mit Maria ich suchen will, p. 905., quo exprimuntur strophae: Cum Maria diluculo. Tumbam perfundam fletibus: O Iesu mi dulcissime. (?) Iesu rex admirabilis. Tu mentis delectatio. Mane nobiscum Domine. Amor Iesus dulcissimus. Quando cor nostrum visitas. Hoc probat tua passio.

gratia ex eius Praedicatione in diem S. Bernhardi proferimus hunc locum: *Fürnemlich ist ihm nichts lieber gewesen, als wenn er hat von des Herrn Jesu Person, Amt und Wohlthaten sollen reden. — Wird man doch gar betrönet über seinen Reimen vom Namen Jesu: Nil canitur suavius etc.*

Summi largitor praemii.

Thes. I. p. 182. Quadragesimalis.

Brev. Aberdon. (Ab) Mone I. p. 96 sq.: Hs. zu Freiburg o. No. 15. Jahrh. a dominica Oculi usque ad dominicam passionis ad nocturnum. Hs. zu Lichtenthal, 13. Jahrh. Noch eine Hs. daselbst, 13. Jahrh. Hs. zu Stuttgart Brev. 101. f. 54. 15. Jahrh. Hs. von S. Peter zu Karlsruhe, 15. Jahrh. Dieses Lied hat einsylbigen Reim, wobei der Schlussconsonant, wenn er ein Zahnlaut ist, nicht gezählt wird. Sodann liegt der Ton auf den Flexionen, also auf den Endsylben. Dies bestimmte mich, bei obigem Texte zu bleiben, obgleich die zweite Klasse der Hss. bessere Lesarten giebt. (M)

8. M. a piaculis omnibus. 11. 12. Ab. M. te corde mundo rogare fac nos, precamur, domine. 13. M. ergo nunc. Ab. acceptare nos, uti cod. Monii Friburg. 14. M. sanxisti. 17. Ab. fecerat. 18. M. et adoranda tr.

Cistercienses in hoc quoque hymno a vulgata scriptura iam a saeculo XIII. recessisse docet codex noster Herbipolitanus saec. XIII. et charta monasterii Lichtenthal, quibuscum consentit Breviarium Cisterciensium Hispanum, quod Nealius inspexit. Denique concordat fere in omnibus cum codicibus et libris supra dictis Brev. Cisterc. a. 1752: 2. spes una mundi perditi. 3. pauperum. 4. ad pedes tuos flentium. 6. culpis accusat gravibus. 10. mitis es. 11. r. pio. 13. a. mysticum. 14. quod s. 15. uti digne. Ut mihi videtur, Cistercienses carmen incomptum salebris extricarunt.

Nunc tempus acceptabile.

Thes. I. p. 235. Quadragesimalis.

Nunc tempus acceptabile
fulget datum divinitus,
ut sanet orbem languidum
medela parsimoniae.

Christi decoro lumine
dies salutis emicat,
dum corda culpis saucia
reformat abstinentia.

Hanc mente nos et corpore
deus, tenere perfice,
ut appetamus prospero
perenne pascha transitu.

Deo patri sit gloria etc.

Commemoratur apud Radulphum. Neque Monio (I. p. 94.) nec mihi contigit invenire hymnum in codice saeculo XV. superiore.

Iam Christe sol iustitiae.

Thes. I. p. 235. II. 383. Quadragesimalis.

Codex Monacensis Breviarium Bibl. SS. Andreae et Magni S. Francisci, fortasse saec. XIII. (?) Thes. II. p. 10. (M) Mone I. p. 91. (Hs. des 15. Jahrh. in meinem Besitz (A). Hs. von S. Peter zu Karlsruhe, 15. Jahrh. (B) Stephenson Latin Hymns. (S)

2. M. A. B. dehiscant. 3. Mone: virtutis. *Das Metrum verlangt den Singular.* Refragantur codices omnes. 4. M. A. B. cum. 5. M. S. dans. 10. M. A. B. S. quamvis. 11. A. B. maiori. 12. M. A. B. S. quo. 15. 16. M. A. B. S. ut tuae — gratiae. 19. B. ut nos. A. S. et nos novi.

P. Dom. I. Quadr. ad Laudes. 5. dans. 10. quamvis gravium. 12. quo. 19. et nos.

Mone l. c.: *Durch das ganze Lied ist die Erwartung auf den Ostertag als die zweite Schöpfung ausgedrückt und die Fastenzeit als die büssende Vorbereitung dazu angegeben. Es ist daher eine Parallele zu den Adventliedern, welche auf die geistige Wiedergeburt des Menschen durch Christi Geburt vorbereiten. Die erste und zweite Schöpfung, wie auch einzelne Psalmen, gaben den Dichtern Anlass, die Grösse und Güte Gottes in der Natur hervorzuheben, was ihre Lieder bekanntlich von den heidnischen der Klassiker unterscheidet, welche für die Schönheit der Natur keinen Sinn haben. Der älteste christliche Dichter, welcher auf die religiöse Betrachtung der Natur hindeutet, ist Prudentius; schon vor ihm thaten es prosaische Schriftsteller, wie Ambrosius im Hexaemeron, und nach ihm noch mehrere. In den Praefationen mancher alten Messen giebt es auch beachtenswerthe Belege für die christliche Anschauung der Natur. S. meine Ausg. der lat. u. griech. Messen. S. 28. 34. 35. (Cod. Lit. IV. p. 64.) Der Zusammenhang mit dieser Anschauungsweise bestätigt das Alter des obigen Liedes. — Die Quantität ist in dem Liede nicht immer beobachtet, der Reim aber auch noch nicht vollkommen und gleichmässig gebraucht (9 — 12), daher man es wohl nicht vor das 6. Jahrh. setzen darf.* — At vero cum ante Radulphum non exstet hymni vestigium, vix credibile est esse antiquioris prosapiae. Et haec ipsa resurgentis domini cum reflorescente ac quasi conresurgente rerum creatarum orbe in posteriorum saeculorum hymnis frequentissima est.

In passione Domini.

Ad Matutinum.

In passione domini,
qua datur salus homini,
sit mentis refrigerium,
et cordis desiderium.

Portemus in memoria
dolores et opprobria,
Christi coronam spineam,
crucem, clavos et lanceam.

Et plagas sacratissimas
omni laude dignissimas,
acetum, fel, arundinem,
mortis amaritudinem.

Haec omnia nos satient
et dulciter inebrient,
nos repleant virtutibus
et gloriosis fructibus.

Te crucifixum colimus,
et toto corde poscimus
ut nos sanctorum coetibus
coniungas in caelestibus.

Laus, honor Christo vendito
et sine causa prodito,
passo mortem pro populo
in aspero patibulo.

Mone I. p. 112: *Strassburger Hs. ohne Nummer, Perg. in Duodez, 14. Jahrh. (S). Karlsruher Perg. Hs. ohne Nummer, Bl. 29 mit der Melodie, 14. Jahrh. (K). Eine andere Karlsruher Hs. stimmt mit dieser ganz überein, hat aber das Lied auf das Fest de spinea corona, ad completorium. Das Lied ist von dem h. Bonaventura und steht in seinen Werken in dem officium de passione domini XIII. 220 (B). Reichenauer Hs. No. 36. Bl. 65 (R). Steht auch im Hortulus animae Bl. 26 (H). 1. Undeutlich* menti *in S. dafür* nostrum *BRKH. 2.* poenas, sputa, oppr. *R.* poenas *KH.* atque *K. 3.* et mort. *HBS. 4. perdito R.* nostri causa *p. B. V. 17—20 fehlen K.*

Accedit Brev. Constantiense „de Spinea Corona ad Matutinum". 3. nostrum refr. 6. poenas et. 17—20 om.

Christum ducem qui per crucem.

De Passione ad Laudes.

Christum ducem, qui per crucem
redemit nos ab hostibus,
laudet laetus noster coetus,
exultet coelum laudibus.

Poena fortis tuae mortis
et sanguinis effusio
corde terant, ut te quaerant
Iesu nostra redemptio.

Per felices cicatrices,
sputa, flagella, verbera,
nobis grata sint collata
aeterna Christi munera.

Nostrum tangat cor, ut plangat,
tuorum sanguis vulnerum,
in quo toti simus loti,
conditor alme siderum.

Passionis tuae donis
salvator nos inebria,
qua fidelis dare velis
beata nobis gaudia.

Mone I. p. 113: *Die Hs. S. Bl. 9. und R. wie bei dem vorigen Liede und die Ausgabe B. Auch in den Cursus collecti. Hortulus animae Bl. 28.*

Horae de Passione Domini Nostri Iesu Christi.

Ad Primam.

Tu qui velatus facie
fuisti sol iustitiae,
flexis illusus genibus
caesus quoque verberibus.

Te petimus attentius,
ut sis nobis propitius,
ut per tuam clementiam
perducas nos ad gloriam.

Laus, honor Christo vendito
et sine causa prodito,
passo mortem pro populo
in aspero patibulo.

Ad Tertiam.

Hora qui ductus tertia
fuisti ad supplicia,
Christe, ferendo humeris
crucem pro nobis miseris:

Fac nos sic te diligere
sanctamque vitam ducere,
ut mereamur requie
frui coelestis patriae.

Laus honor etc.

Ad Sextam.

Crucem pro nobis subiit
et stans in illa sitiit
Iesus sacratis manibus
clavis fossus et pedibus.

Honor et benedictio
Sit crucifixo domino,
qui suo nos supplicio
redemit ab exitio.

Laus, honor etc.

Ad Nonam.

Beata Christi passio
sit nostra liberatio,
ut per hanc nobis gaudia
parata sint coelestia.

Gloria Christo domino,
qui pendens in patibulo
clamans emisit spiritum
mundumque salvans perditum.

Laus, honor etc.

Ad Completorium.

Qui iacuisti mortuus
in pace rex innocuus,
fac nos in te quiescere,
semperque laudes canere.

Succurre nobis domine,
quos redemisti sanguine,
et duc nos ad suavia
aeternae pacis gaudia.

Laus, honor etc.

Mone I. p. 115: *Reichenauer Hs. No. 36. Bl. 65—67. (R) mit den andern prosaischen Gebeten, welche zu den Tag-*

zeiten gehören. Der Hymnus zur Vesper ist aber aus einem andern Liede genommen, er besteht nämlich aus den 5 Strophen Qui pressura, welchen der Refrain Laus honor angehängt ist. Es war also bei diesen Tagzeiten ursprünglich kein hymnus ad vesperas vorhanden, wie auch keiner ad matutinas. R. fügt in der Ueberschrift bei: ex prophetis et novo testamenta per beatum Urbanum papam compilatae. Darauf folgen diese Verse:

Collige, serve dei, saltem pro parte diei
probra redemptoris fusique memento cruoris.

Carmina supra scripta de Passione Domini adaptata horarum canonicarum numero recitata sunt opinor in officio de Passione Domini, quod et privata et publica devotione persolvebant. Quam ob rem in vernaculum sermonem saepius translata sunt; exemplo est versio Batava, quam communicat lectoribus Monius. Remansit officii usus in Cathedrali Halberstadensi usque ad huius nostri saeculi initia (Brev. Eccl. Cathedr. Halberstadensis. Halberstadii ed. Hennecke). Celebrabatur quater per annum, primo die Iovis mensis Februarii, mensis Maii, mensis Augusti, mensis Novembris Festum Passionis Domini. Ad Tertiam: Tu qui velatus facie iunctum cum alio: Hora qui ductus tertia. Ad Sextam: Crucem pro nobis subiit. Ad Nonam: Beata Christi passio. Ad secundas Vesperas: Qui iacuisti mortuus. 38. petra; uti in Hortulo animae et Cursus collecti. 43. coelestia.

Qui pressura mortis dura.

De Passione ad Vesperas.

Qui pressura mortis dura
solvisti nexus criminum,
nos ad pacem duc veracem.
Iesu corona virginum.

In flagellis potum fellis
bibisti amarissime
pro peccatis perpetratis,
aeterne rex altissime.

Nostrae genti recolenti
tuae mortis supplicium
da virtutem et salutem,
Christe redemptor omnium.

In amara crucis ara
fudisti rivos sanguinis,
Iesu digne, rex benigne,
consors paterni luminis.

Sanguis Christi, qui fuisti
peremptor hostis invidi,
fac sitire et venire
ad coenam agni providi.

Mone I. p. 113: *Die Hss. wie bei Christum ducem, S. Bl. 11, K. Bl. 30 mit der Melodie, überschrieben ad tertiam in festo de spinea corona. Diese Hs. setzt zum Eingang die Strophe Beata Christi passio. Hortulus animae Bl. 32. Cursus collecti Bl. 51. ad primas vesperas de passione.*

Salve sancta facies.

Thes. I. p. 341.

Monius I. p. 155 sq. plures saec. XV. et XIV. membranas inspexit. 12. videndam. 15. nobis ut. 16. omnis dicat.

Unus ex codicibus Monii (Hs. zu Mainz Karth. No. 599. saec. XIV.) addit: Hanc orationem Aegidius magnus composuit.

Aeternae regi (Christe) gloriae.

Aeternae regi gloriae
devota laudum cantica
fideles solvant hodie
pro corona dominica.

Coronat regem omnium
corona contumeliae,
cuius nobis opprobrium
coronam confert gloriae.

De spinarum aculeis
Christi corona plectitur,
qua ministris tartareis
mundi potestas tollitur.

Corona Christi capitis
sacro perfusa sanguine
poenae, solutis debitis,
reos purgat a crimine.

Mone I. p. 179: *Karlsruher Perg.-Hs. o. No. Bl. 27. des 14. Jahrh. mit der Melodie (K), und noch eine Karlsruher Hs. o. N. (C). Bei Salazar martyrolog. hispan. 2, 566. (S) Dort sind auch noch 3 andere Lieder auf das Fest der Dornenkrone*) (10. April) abgedruckt, welche in den spanischen Kirchen gebräuchlich waren, namentlich in Zamora, Sevilla und Huesca. Auch im Brevier der Dominicaner in einer Hs. des 14. Jahrh., die ich besitze. (M) Hs. zu Lichtenthal (L) des 14. Jahrh. Hs. zu Stuttgart Brev. 101. f. 68. 15. Jahrh. (B) — Neale Hymni Cod. p. 129. e Brev. Hispalensi (H) Brev. Constantiense. (Co)*

1. S. aeterno. A.H. Christe. B. aeterni. Co. regis. 2. B. devote. H. tandem. 3. H. solvunt. 5. L. coronant. A. hodie. H. gloriae. 10. A. Christi. 12. K.C.S. pot. m. 14. S. perfuso. 15. poenis omnes habent. 16. H. purgat reos. Co. Laus Christo regi gloriae pro coronae virtutibus, qua nos reformans gratiae coronat in coelestibus.

---

*) Neale l. c.: „cuius festum d. 4. v. 5. Maii in Hispania celebrabatur.“ In Proprio Hispaniae, quod ad manus est, eam festivitatem haud invenio. In Directoriis Americae meridionalis plerumque obtinet unam e feriis sextis Quadragesimae.

Lauda fidelis concio.

Thes. I. p. 302. De Spinea Corona.

Lauda fidelis concio
spinae trophaeum inclytum,
per quam perit perditio
vitaeque datur meritum.

Nos a puncturis liberat
aeterni patris filius,
dum spinis pungi tolerat
spinarum culpae nescius.

Dum spinarum aculeum
Christus pro nobis pertulit,
per diadema spineum
vitae coronam contulit.

Plaudat turba fidelium,
quod per spinae ludibrium
purgat creator omnium
spineti nostri vitium.

Laus Christo regi gloriae etc.

Monius in scriptura Hymni constituenda ex iisdem fontibus hausit atque in praecedenti. (M) Brev. Hispalense apud Nealium l. c. p. 129. (H) Brev. Constantiense. (D)

4. M. praemium. Sed in omnibus libris suis legit meritum: in uno secundis curis correctum pr. *Der streng beobachtete Reim dieses Liedes fordert meritum, was aber einen schiefen Sinn gäbe.* Mentem V. D. non assequor. 5. H. cum.

Patris sapientia veritas divina.

Thes. I. p. 337. De Passione Domini.

Adiicimus Monii varietatem (I. p. 106 sq.): 2. Christus Iesus. 3. et notis derel. 4. venditus, trad. affl. 7. collo. 8. conspuentes faciem ut est prophetatum. 11. cap. suum. 12. fert trabem in hum. 13. Iesus hora sexta est. 14 — 16. prae tormentis sitiens felle est potatus, pendens cum latronibus cum eis deputatus, sinister cum reprobat latro sceleratus. 19. eius latus lancea. 24. iacet hic. 26. corpus Iesu — vitae spes. 27. inplentur. 28. sit memoriae mors haec tuae curae. 30. tibi Iesu. 31. 32. sicut tu passus es poenas in agone, sic labore consonans consors sim coronae. Accedat scriptura Brev. Constantiensis: 2. Christus homo. 3. et notis. 4. vend. trad. 5. dominum ducunt. 11. caput suum. 14. 15. prae tormentis sitiens felle saturatus, pendens cum latronibus eis deputatus. 16. sinister eum reprobat latro sceleratus. 24. iacet hic. 26. vitae spes. 28. haec tuae curae. 29. 30. uti in Monii libro. Neale Hymni p. 138. per coniecturam: ut sicut tu passus es poenas in agone, consors, tecum condolens, sim tuae coronae.

Mone l. c.: *In der Reichenauer Hs. (No. 36.) Bl. 82. (saec. XIV.) steht die Bemerkung: has horas patris sapientia, veritas divina compilavit papa Benedictus duodecimus. Dieser starb 1342. Dieselbe Hs. giebt mehrmals Päbste als Verfasser solcher Lieder an und fügt bei, dass grosse Ablässe dafür ertheilt würden. Allein die Hs. widerspricht sich hie und da in der Angabe der Verfasser, und da es verschiedene Texte solcher Lieder giebt, wie gerade von diesem, so kann die Hs. die Frage über den Verfasser nicht entscheiden, obgleich sie in der zweiten Hälfte des 14. Jahrh. geschrieben ist, also seiner Zeit ziemlich nahe steht. Die Hs. C (zu Coblenz No. 19. 14. Jahrh.) giebt schon einen andern Verfasser an: has horas canonicas edidit papa Johannes XXII., also den Vorgänger Benedicts XII. Die Hs. N (zu Lichtenthal 14. Jahrh.) hat sogar diese gereimte Ueberschrift:*

Subscriptas horas edidit de Ihesu passione
Egidius episcopus ex devotione,
trecentisque diebus indulgentiae dotavit,
quos et apostolicus Iohannes confirmavit.

Die Menge der Hss. beweist eine grosse Verbreitung dieses Liedes, welches dadurch auch viel verändert wurde. Es scheint, dass in Frankreich und Teutschland viele Texte im Gebrauche waren, die man kaum wird herstellen können.

Neale Mediaeval Hymns p. 65. hymnum saeculi XII. esse autumat, nescio qua fretus auctoritate.

S. Bernhardi Rhythmica Oratio.

Ad unum quodlibet membrum Christi patientis et a cruce pendentis.

Ad Pedes.

Salve mundi salutare,
salve, salve, Iesu care,
cruci tuae me aptare
vellem vere, tu scis quare,
da mihi tui copiam;
ac si praesens sis, accedo,
imo te praesentem credo:
o quam mundum hic te cerno,
ecce tibi me prosterno,
sis facilis ad veniam.

Clavos pedum, plagas duras,
et tam graves impressuras
circumplector cum affectu,
tuo pavens in aspectu,
tuorum memor vulnerum;
grates tantae caritati
nos agamus vulnerati:
o amator peccatorum,
reparator confractorum,
o dulcis pater pauperum.

Quidquid est in me confractum,
dissipatum aut distractum,
dulcis Iesu, totum sana,
tu restaura, tu complana
tam pio medicamine;
te in tua cruce quaero,
prout queo corde mero:
me sanabis hic, ut spero,
sana me et salvus ero
in tuo lavans sanguine.

Plagas tuas rubicundas
et fixuras tam profundas
cordi meo fac inscribi,
ut configar totus tibi,
te modis amans omnibus;
dulcis Iesu, pie Deus,
ad te clamo, licet reus,
praebe mihi te benignum,
ne repellas me indignum
de tuis sanctis pedibus.

Coram cruce procumbentem
hosque pedes complectentem,
Iesu bone, non me spernas,
sed de cruce sancta cernas
compassionis gratia;
in hac cruce stans directe,
vide me, o mî dilecte,
ad te totum me converte;
esto sanus, dic aperte,
dimitto tibi omnia.

Ad Genua.

Salve Iesu, rex sanctorum,
spes votiva peccatorum,
crucis ligno tanquam reus
pendens homo verus Deus
caducis nutans genibus,
o quam pauper, o quam nudus!
qualis est in cruce ludus
derisorum totus factus,
sponte tamen, non coactus,
attritus membris omnibus.

Sanguis tuus abundanter
fusus, fluit incessanter,
totus lotus in cruore
stas in maximo dolore,
praecinctus vili tegmine.
o maiestas infinita!
o egestas inaudita!
quis pro tanta caritate
quaerit te in veritate,
dans sanguinem pro sanguine?

Quid sum tibi responsurus,
actu vilis, corde durus?
quid rependam amatori,
qui elegit pro me mori,
ne dupla morte morerer?
amor tuus amor fortis,
quem non vincunt iura mortis:
o quam pia me sub cura
tua foves in pressura,
ne morsu mortis vulnerer.

Ecce tuo prae amore
te complector cum rubore,
me coapto diligenter,
tu scis causam evidenter,
sed suffer et dissimula;
hoc quod ago non te gravet,
sed me sanet et me lavet
inquinatum et aegrotum
sanguis fluens hic per totum,
ut non supersit macula.

In hac cruce te cruentum,
te contemptum et distentum
ut requiram, me impelle,
et hoc imple meum velle
facturus quod desidero:
ut te quaeram mente pura,
sit haec mea prima cura,
non est labor, nec gravabor,
sed sanabor et mundabor,
cum te complexus fuero.

Ad Manus.

Salve Iesu, pastor bone,
fatigatus in agone,
qui per lignum es distractus,
et ad lignum es compactus
expansis sanctis manibus;
manus sanctae vos avete
rosis novis adimpletae;
hos ad ramos dure iunctae,
et crudeli ferro punctae
tot guttis decurrentibus.

Ecce fluit circumquaque
manu tua dc utraqne
sanguis tuus copiose,
rubicundus instar rosae,
magnae salutis pretium;
manus clavis perforatas
et cruore purpuratas
corde premo prae amore
sitibundo bibens ore
cruoris stillicidium.

O quam large te exponis,
promptus malis atque bonis,
trahis pigros, pios vocas
et in tuis ulnis locas
paratus gratis omnibus;
ecce tibi me praesento
vulnerato et cruento:
semper aegris misereris,
de me ergo ne graveris
qni praesto es amantibus.

In hac cruce sic intensus
in te meos trahe sensus,
meum posse, velle, scire,
crnci tuae fac servire,
me tnis apta brachiis;
in tam lata caritate
trahe me in veritate,
propter crucem tuam almam
trahe me ad crucis palmam
dans finem meis vitiis.

Manns sanctae, vos amplector,
et gemendo condelector
grates ago plagis tantis,
clavis duris, guttis sanctis,
dans lacrymas cum osculis;
in cruore tuo lotum
me commendo tibi totum:
tuae sanctae manus istae
me defendant, Iesu Christe
extremis in periculis.

Ad Latus.

Salvc Iesu summe bonus,
ad parcendum nimis pronus,
membra tua macilenta
quam acerbe sunt distenta
in ramo crucis torrida!
salve latus Salvatoris,
in quo latet mel dulcoris,
in quo patet vis amoris,
ex quo scatet fons cruoris,
qni corda lavat sordida.

Ecce tibi appropinquo,
parce Iesu, si delinquo,
verecunda quidem fronte
ad te tamen veni sponte
scrutari tua vulnera;
salve mitis apertura,
de qua manat vena pura,
porta patens et profunda,
super rosam rubicunda,
medela salutifera.

Odor tuus super vinum,
virus pellens serpentinum,
potus tuus potus vitae:
qui sititis, hnc venite,
tu dulce vulnus aperi;
plaga rubens aperire,
fac cor menm te sentire,
sine me in te transire;
vellem totus introire:
pulsanti pande pauperi.

Ore meo te contingo
et ardenter ad me stringo,
in te meum cor intingo
et ferventi corde lingo,
me totum in te traiice:
o quam dulcis sapor iste!
qui te gustat, Iesu Christe,
tuo victus a dulcore
mori posset prae amore,
te unum amans unice.

In hac fossa me reconde,
infer meum cor profunde,
ubi latens incalescat
et in pace conquiescat,
nec prorsus quemquam timeat;
hora mortis meus flatus
intret Iesu tuum latus,
hinc expirans in te vadat,
ne hunc leo trux invadat,
sed apud te permaneat.

Ad Pectus.

Salve salus mea Deus,
Iesu dulcis amor meus,
salve pectus reverendum,
cum tremore contingendum
amoris domicilium!
ave thronus Trinitatis,
arca latae caritatis,
firmamentum infirmatis,
pax et pausa fatigatis,
humilium triclinium!

Salve Iesu reverende,
digne semper inquirende,
me praesentem hic attende,
accedentem me succende
praecordiali gratia;
pectus mihi confer mundum,
ardens, pium, gemebundum,
voluntatem abnegatam,
tibi semper conformatam,
iuncta virtutum copia.

Iesu dulcis, pastor pie,
fili Dei et Mariae,
largo fonte tui cordis
foeditatem meae sordis
benigne Pater dilue.
ave splendor et figura
summi Dei genitura.
de thesauris tuis plenis,
desolatis et egenis
munus clementer proflue.

Dulcis Iesu Christi pectus,
tuo fiam dono rectus,
absolutus a peccatis,
ardens igne caritatis,
ut semper te recogitem;
tu abyssus es sophiae,
angelorum harmoniae
te collaudant; ex te fluxit
quod Ioannes cubans suxit:
in te fac ut inhabitem.

Ave fons benignitatis,
plenitudo deitatis
corporalis in te manet;
vanitatem in me sanet
quod tu confers consilium;
ave verum templum Dei,
precor miserere mei;
tu totius arca boni,
fac electis me apponi,
vas dives, Deus omnium.

Ad Cor.

Summi regis cor aveto,
te saluto corde laeto,
te complecti me delectat,
et hoc meum cor affectat,
ut ad te loquar, animes;
quo amore vincebaris,
quo dolore torquebaris,
cum te totum exhaurires,
ut te nobis impartires,
et nos a morte tolleres.

O mors illa quam amara,
quam immitis, quam avara,
quae per cellam introivit,
in qua mundi vita vivit,
te mordens, cor dulcissimum;
propter mortem, quam tulisti,
quando pro me defecisti;
cordis mei cor dilectum,
in te meum fer affectum,
hoc est quod opto plurimum.

O cor dulce praedilectum,
munda cor meum illectum
et in vanis induratum
pium fac et timoratum
repulso tetro frigore;
per medullam cordis mei
peccatoris atque rei
tuus amor transferatur,
quo cor totum rapiatur
languens amoris vulnere.

Dilatare, aperire,
tanquam rosa fragrans mire,
cordi meo te coniunge,
unge illud et compunge,
qui amat te, quid patitur?
quidnam agat nescit vere
nec se valet cohibere,
nullum modum dat amori,
multa morte vellet mori
amore quisquis vincitur.

Viva cordis voce clamo,
dulce cor, te namque amo,
ad cor meum inclinare,
ut se possit applicare
devoto tibi pectore;
tuo vivat in amore,
ne dormitet in torpore,
ad te oret, ad te ploret,
te adoret, te honoret,
te fruens omni tempore.

Rosa cordis, aperire,
cuius odor fragrat mire,
te dignare dilatare,
fac cor meum anhelare
flamma desiderii;
da cor cordi sociari,
tecum Iesu vulnerari,
nam cor cordi similatur,
si cor meum perforatur
sagittis impropèrii.

Infer tuum intra sinum
cor ut tibi sit vicinum,
in dolore gaudioso,
cum deformi specioso,
quod vix seipsum capiat;
hic repauset, hic moretur,
ecce iam post te movetur,
te ardenter vult sitire.
Iesu noli contraire,
ut bene de te sentiat.

Ad Faciem.

Salve caput cruentatum.

Thes. I. p. 232.

Haece cantilenae, *honigsüsse Reime, die sich zu allen Gliedmassen Christi am Kreuz wenden*, (V. Herberger P. II. 389) in editionibus S. Bernardi sub ipsius nomine veneunt; atque, id quod iam non nulli monnerunt, Bernhardi ingenium et indolem eas spirare quis est qui infitias eat? Et in ipsa Claravalle vetus traditio eas ipsi attribuisse videtur. Mabillone enim auctore legitur in vetere tabella Clarevallensi, quod,

cum Bernardus quondam devotissimam orationem composuisset, quae incipit: Salve mundi salutare, et eam coram imagine Crucifixi recitaret, imago Crucifixi solutis de cruce brachiis amplexaretur eum. Denique gallicae harum cantionum originis testimonium Monius in consonantibus reconde: perfunde (AdLat. 41. 42) vidit. Neque tamen diversa de auctore testimonia desunt. Codex saec. XV. bibliothecae quae fuit Amorbaci, carmini inscribit: Orationes Bonaventurae ad salutandum quinque vulnera Christi. Neque quisquam negabit, hunc quoque inspiratum crucis vatem eas salutationes passionis canere potuisse.

Hoc quoque carmen Monius pia diligentia recoluit et criticen eius primis fundamentis solidavit (I. p. 162—174). Codices saeculo XIV. antiquiores reperire ei non contigit; ex saec. XIV. et XV. apparatus admodum copiosus est. Verum ex ipsis Monii disquisitionibus oritur persuasio, salutationes passionis, ut Iesu dulcis mem., a diversissimis poetis retractatas amplificatasque esse. Hinc tanta inter diversos codices discrepantia, hinc in quibusdam tanta novarum salutationum ubertas, singularia passionis momenta tractantium: ad flagellationem, ad humeros, ad os, ad aures, ad coronationem, ad totum corpus. Iure igitur Monius existimat, in restituendo S. Bernardi textu omnem spem ponendam esse in codicum gallicae originis auctoritate si qui virorum doctorum cura inveniantur.

Monius quatuor salutationes recepit, ad pedes, ad genua, ad manus, ad latus, pariter ex quinquagenis versibus constantes.

Mihi probabile videtur, antiquissimum textum esse codicis a Monio inspecti Lichtenthalensis, saec. XV., quum non sit dubitandum, quin a Cisterciensibus monachis carmen a conditore sui ordinis compositum summa cum reverentia fuerit observatum. In hoc codice soli insunt cantus: Salve mundi salutare et Salve, salve rex sanctorum, sub titulo ex mea sententia plane vero: Planctus super passionem Domini. Quicunque attente leget primum carmen, non poterit non videre, id universam figuram patientis Christi spectare, ac de pedibus eam tantum ob causam singularem mentionem fieri, quod poeta se facit ad imam crucem in genua prostratum pedesque salvatoris amplectentem. Atque, quod ad genua attinet, haec in secundo carmine dumtaxat semel et obiter attinguntur (v. 5); totum carmen plane circa universam passionem versatur. Tale poema a S. Bernardo compositum est; membrorum tituli inferioris sunt aevi.

Et orti esse mihi videntur eo tempore, cum devotio ad

quinque vulnera Christi increbuit. Tum carmina Bernardi commoda stamina obtulerunt, quibus devotionis per singula vulnera digerendae trama intertexeretur. Prima necessitas salutandi manuum vulnera provenit. Sic in altero codice Monii saec. XIV. (Carth. Mogunt. No. 599) salutatio ad manus exstat. In eo carmine de manibus (et aequali ratione in serioris aevi salutationibus de ceteris membris) principalem mentionem fieri prorsus alio modo, quam in primis de pedibus et de genubus facta est, cuivis protinus apparet. Probabile videtur, saeculo XIV. etiam cantionem ad plagam lateris iam accessisse. Ita confecta est secunda recensio horum carminum, cui congruus videtur titulus ille in codice Amorbacensi praepositus: Orationes ad salutandum quinque vulnera Christi.

Mensura ac ratione carentem prolixitatem novissima horum carminum forma exhibet, quae exstat in codicibus saeculi XV., aevi diducendi et extrahendi vetera carmina cupidissimi. Tum non ea solum membra crucifixi, quae vulneribus sunt insignita, cantabantur, sed pariter cetera. Ex eo tempore oriundus est novissimus titulus: Ad unum quodlibet membrorum etc., qualis supra legitur. In diversa rei concipiendae enumerandaeque ratione causa est diversitatis huius in codicibus. Quod in multis et vulgatissimis eius generis orationibus septenus numerus obtinuit, id vel ex universali eius sanctitate, vel ex verborum crucifixi vel ex horarum canonicarum heptade pendet. In ea materia prosequenda orantium oculos a pedibus faciem versus ascendentes faciebant.

Ad quatuor prima carminum ex editione operum S. Bernardi supra expressorum iam Monii varias scripturas addimus. Quod ipsa oratio Salve caput cruentatum ad novissimam textus conformationem pertinet (quam ob rem a Monio non recepta est), id imprimis dolemus, non tamen ita virtutem eius carminis negaturi. *)

Ad Pedes. 8. quam nudum. 19. constratorum. 29. sanus ero. 36—40. quisquis huc ad te accessit et hos pedes corde pressit aeger, sanus hinc abscessit, hic relinquens quidquid gessit, dans osculum vulneribus. 43. Iesu Christe ne me. 48. totum me ad te.

*) Ceterum orationem ad caput. saec. XV. iam notam gratamque fuisse probatur cantione Salve suavis et formose (ap. Mon. I. p. 293), in qua duo sunt loci salutationes passionis resonantes: v. 15 16.: Salve caput cruentatum totum spinis amplexatum, et v. 22. 23: Salve latus salvatoris, ex quo sacri fons cruoris.

Ad Genua. 1. salve, salve rex S. 3. in hoc ligno. 4. verus h. d. 7. es. 8. iocus f. 10. attritis. 14. stans inmotus in d. 21. reversurus. 31. pro. 42. dist. et cont.

Ad Manus. 1. salve, salve Iesu. 7. novis rosis. 18. cordi. 30. qui praesto es. 31. extensus. 41. complector. 43. plagis tantis.

Ad Latus. 14. tamen ad te. 32 sq. in te cor meum intingo, te ardenter ad me stringo, te ardenti.

O gloriosa Domina.

Thes. I. p. 302. De Compassione Mariae.

Mone II. p. 141.: *Dieser Hymnus bei Daniel hat keinen ordentlichen Zusammenhang und ist ein missrathenes Gemisch, weshalb es nothwendig war, dass ich die Quelle mittheilte, woraus er geflossen ist.* Compositus est hymnus e tribus: I. Imperatrix clementiae. II. O gloriosa Domina. III. Iesu nate de virgine, qui ornant Matutinum, Laudes et Primam in Officio de Compassione B. V. (Bonaventura Opp. XIII. p. 226 sq.) Iam comparemus versus Thesauri scripturae Monianae: 1—4. = II. 1—4. 5—8. I. 9—12. 9—12. II. 5—8. 13—16. non legitur in officio Bonaventurae, *gehört auch nicht dazu, denn sie hat nicht nur Wechselreime, sondern auch einsylbigen Reim: viscera — gaudia, während in diesen Liedern durchaus zweisylbige Reime stehen.* 17—20. II. 9—12. 21—24. III. 1—4. 25—28. III. 9—12. 29—32. I. 1—4.

Duo codices saec. XIV., quos Monius evolvit (Hs. zu Mainz Karth. 599. Reichenauer Hs. No. 36) auctorem officii appellant Ioannem XXII. Pontificem.

29. Mone l. c.: *Die Bemerkung Daniels, als werde Maria gewöhnlich nur von deutschen Hymnendichtern imperatrix genannt, ist gerade bei diesem Liede ungegründet, weil es einen Italiener zum Verfasser hat, und es überhaupt ein altchristlicher Ausdruck ist. No. 322.* In carmine Mariano saec. XIV., quod excitat V. D., Maria dicitur domina mundi, non imperatrix.

Cum de cruce deponitur.

Planctus B. Virginis.

Cum de cruce deponitur,
ad tumulum portatur,
inter dolores anxios
portantes sic precatur:

Sustinete, quod paululum
dolorem meum plangam,
et quod meum dulcissimum
deosculer et tangam.

Mihi meum carissimum
subtrahere nolite,
si sepeliri debeat,
me secum sepelite!

Accessit sic exanimis,
se super corpus iecit,
et sacrum vultum lacrimis
ubertim madefecit.

Mone II. p. 144. ex Codd. Moguntino et Reichenaviensi. cf. p. 231.

Filii praesentia.

Planctus B. M. Virginis.

Filii praesentia
mater destituta,
Gabrielem nuntium
sic est allocuta:

Ave plena gratia
mihi protulisti;
nunc amaritudine
sum repleta tristi.

Subsequenter inquiens:
dominus est tecum;
heu iacet in tumulo,
non est ultra mecum.

Omnis benedictio,
quam tu spopondisti,
mihi fit contraria
propter mortem Christi.

Mone II. p. 145. ex Codd. supra nominatis p. 231.

Surrexit Christus hodie.

Thes. I. p. 341. Paschalis.

Monio carmen obvium erat in codice Monacensi No. 5539. f. 142. saec. XIV. musicis notis adornatum (M). Contulit praeterea Cantionale Constantiense a. 1607 (C). Hoffmann (Geschichte des D. K. ed. 2. p. 353 sq.) offert lectionem codicis Wratislaviensis (W).

3. M. p. corpore. 4. W. primo tantum versiculo addit All. 7. 8. M. W. omittunt. 9. M. videntes. 10. M. W. annuncianten. 11. 12. M. om. 15. 16. M. W. om. 17. M. paschali pleno gaudio. 19—22. M. om. 19. 20. W. om.

Monius I. p. 196. strophas in Monacensi omissas spurias ducit. *V. 8. stört die Erzählung, 12. ist gegen Matth. 28, 7. Marc. 16, 7. V. 19. 20. sind aus einer Doxologie genommen, die in Osterliedern gebraucht wurde, und 22. wiederholt 18.* — Tamen bene observandum est, in huius generis carminibus, minus ecclesiastica disciplina sancitis, quam popularibus usibus acceptis, scripturam mire fluctuare. Hoffmann: *Wahrscheinlich gehörte das Lied zu einem Osterspiele.*

Cedit frigus hiemale.

Du Méril Poésies etc. II. p. 52 (Ms. B. R. 5132. XIII. saec. fol. 108.) Paschalis.

Cedit frigus hiemale,
redit tempus aestivale,
iuventus laetatur.

Ecce tempus est vernale,
quo per lignum triumphale,
inter ligna nullum tale,
genus hominum mortale
morte liberatur.

Iudaeorum turba duce
nucleus exit de nuce;
nudus ponitur in cruce;
terra tremit et sol luce
propria privatur.

Accusatur, condemnatur,
ligatur et flagellatur;
aceto, felle potatur;
opprobriis saturatur;
spinis coronatur.

Gens iudaea, crucifige,
clamans, tormentis affige;
per membra clavos infige!
Adam Averni de Styge
extractus laetatur.

Gaude, plebs religionis;
dies resurrectionis
instar (l. instat), novis plaude sonis;
expende tempus in bonis,
dum spatium datur.

Du Méril l. c.: *Les couplets sont composés de cinq lignes, dont les quatre premières ont huit syllabes et sont liées ensemble par une rime disyllabique; la cinquième n'a que six syllabes et se termine dans toute la pièce par atur. Probablement il manque dans le premier couplet deux lignes de huit syllabes terminées en ale; au moins il n'y a rien dans le ms. qui autorise à supposer un refrain.*

O Trinitas laudabilis.

O trinitas laudabilis
et unitas mirabilis,
in simplici substantia
virtus manens intermina.

Tu caritas, tu puritas,
tu pax et immortalitas,
patris, nati, paracliti,
decore pollens perpeti.

Fides corona supplicum
in te pie fidentium;
exterge sordes mentium,
sorti misertus pauperum.

Laus patri sit ingenito etc.

Mone I. p. 4.: *Hs. der Stadtbibliothek zu Trier No. 311. aus dem 14. Jahrh. Das Lied ist schon seiner metrischen Richtigkeit wegen älter als die Hs., nur die Schlussstrophe jünger, wie sie auch bei andern Liedern vorkommt. Dem ganzen Liede*

liegt die Anrufung der Litanei zu Grunde: o sancta trinitas, miserere nobis; daher ist es auch vollständig.

11. Cf. Coeli Deus. v. 14. 12. Mone miserta sc. Trinitas.

Adesto sancta Trinitas.

Thes. I. p. 275.

Adesto sancta trinitas,
par splendor, una deitas,
quae exstas rerum omnium
sine fine principium.

Te caelorum militia
laudat, adorat, praedicat,
triplexque mundi machina
benedicit par saecula.

Assumus et nos cernui
te adorantes famuli,
vota precesque supplicum
hymnis iunge coelestium.

Unum te lumen credimus,
quod ternum idem colimus,
alpha et o quem dicimus,
te laudat omnis spiritus.

Laus patri sit ingenito,
laus eius unigenito,
laus sit sancto spiritui,
trino deo et simplici.

Mone I. p. 10.: Hs. des 14. Jahrh. in meinem Besitz. Auch im Breviarius Moguntinus (M), im Breviarium Basil. (B), und in den Cursus collecti Bl. 81. (C)

Accedunt Breviaria recentiora monastica, Carmelitarum (Ca), Praedicatorum (P), Fratrum Humiliatorum (H).

7. B. te triplex. 8. H. benedicat. 14. B. C. Ca. P. H. quod est ter idem. 15. M. diximus.

Adoro te devote latens Deitas.

Thes. I. p. 255. De Sanctissimo Sacramento.

Mone I. p. 275 sq.: Hs. zu Freiburg No. 91. f. 45. 15. Jahrh. Reichenauer Hs. No. 36. Bl. 41. (saec. XIV—XV.) Bei Paar nucl. devot. p. 232, und in der Hymnod. sacra p. 330. In diesem Abdrucke hat jede Strophe folgenden Rundreim: Ave Iesu, verum manha, Christe Iesu, adauge fidem omnium credentium. (Ita et in Corolla Wallraffii.) Hs. zu Koblenz No. 162. S. 94. des 17. Jahrh. mit folgendem Rundreim: Bone Iesu, pastor fidelium, adauge fidem omnium in te sperantium. Auch im Antidotarium animae, f. 37. mit der Ueberschrift: oratio s. Thomae de Aquino in elevatione corporis Christi vel post dicenda infra actionem. Also ein Lied zur Wandlung. Fast mit gleichem Titel steht das Lied auch im Hortulus animae. Lyon 1515. Bl. 169. Hs. zu Mainz, Aug. No. 439. Bl. 37. des 15. Jahrh.

1. M. veritas. *deitas gewöhnlich in den Ausgaben, aber nicht gut, denn veritas ist Christus.* Una membrana Reichenav.

facit cum Monio; sed ne unus quidem ipsi dabit, vocem deitas carmini haud convenire. 5. M. vis. gust. tact. 6. M. sed solo auditu in te. 8. M. nihil veritatis verbo. 10. sed. 16. te dil. 20. et te semper illi. 24. posset omni. 25. inspicio. 26. quando fiet.

Missale Romanum hodiernum: 16. te diligere.

Corolla Wallraffii: 5. vis. gustus. 6. tute. 16. te dilig. 24. potest omni. 26. fiet istud.

Virgo parit labe carens.

Mone II. p. 60. (Hs. zu Stuttgart Bibl. No. 10. fol. 2. XIII. Jahrh.) De Beata Virgine.

Virgo parit labe carens,
fit intacta Christi parens,
Gabrielis credens nuncio:
vere venit rex sanctorum,
verus panis angelorum,
nam cessavit legis unctio.

Ex Mariae casta domo
verus deus, verus homo
ventre clauso prodiit:
sic arens virga vernat flore,
rubus ardet, nec ardore
flamma rubum tetigit.

Prae electis tu beata,
expers viri fecundata,
coeli profers lilium;
quem lactasti, stella maris,
his qui tractant hunc in aris,
placa tuum filium.

O Maria, flos decoris,
coeli decus, lumen solis,
tuum fove gremium,
cuius corpus, cuius sanguis,
ut Iudaeus erat anguis,
nobis sit remedium.

Ex mea sententia legendum 3. Gabrielis nuncio. 6. cessat l. u. 10. sic omittendum. Versus 17., uti adnotat M., hymnum ad sacerdotes pertinere ostendit. Ego et gremium non totum fidelium coetum, sed sacerdotium intelligo.

Iesse proles quibus doles leva moles scelerum.

Mone II. p. 396. (Hs. zu S. Gallen No. 383. p. 131. XIII. Jahrh. mit Noten.) De Beata Virgine.

Iesse proles, quibus doles, leva moles scelerum,
mater solis, carens dolis, lux in polis siderum.

Non ignota tibi vota plebs devota dirigit,
cuius cura peremtura mortis iura corrigit.

Hoc fatemur, quod meremur, si veremur inferos,
quos a solo reddas polo verbo solo liberos.

Spem salutis destitutis tu virtutis gradibus
lapsos quaeris, vitam geris, anguem teris pedibus.

Summa spei salus rei, gignens dei filium,
virga floris, vellus roris et decoris lilium.

Salutata, foecundata et ditata flamine,
tu de coelis da querelis Gabrielis famine.

Lactas patrem qui se fratrem teque matrem contulit,
qui et gratis pro peccatis et dampnatis obtulit.

Ergo audi, et exaudi tuae laudi deditos,
et in laude nato plaude, salva fraude perditos.

O serena, nos a poena trahe plena gratia;
vitam dona, dona dona, me te dona nescia.

Monius versus ita distinxit, ut ὀκτάκωλον appareat 1. Mo. d o l e s p r o c o n d o l e s. 9. Ms. g i n n e n s. 11. Ms. et M. f o e d e r a t a. 12. M. *Ist dunkel, es wird solatium oder ein ähnliches Wort beizudenken sein.* 18. Mon.: *Durch die Wortspiele dunkel; dona dona heisst wohl: gieb mir Geschenke; damit lässt sich aber nescia nicht verbinden, und sollte man tibi erwarten.* Fortasse m o r t i s d o n a n e s c i a, dona aeterna.

O Christi mater coelica.

Thes. I. p. 284. De Visitatione B. M. V.

O Christi mater coelica
fons vivus fluens gratia,
lux pellens cuncta schismata,
Maria deo proxima.

Ex motu sacri luminis
transivit in monticulis
virgo iuvare vetulam,
de praecursore gravidam.

Mater venit de Nazareth,
ut salutet Elizabeth,
replentur dono spiritus
mater et eius filius.

Elisabeth conplacuit,
quod mater dei affuit
infans gaudet in utero
praesente Christo domino.

Mariae visitatio
exemplum dat vicinio,
quod sit parata omnibus
ipsam pie quaerentibus.

Trinitatis clementia
cuncta laxet facinora,
per matris Christi merita
nos ducat ad coelestia.

Deo patri sit gloria etc.

Mone II. p. 110.: Karlsruher Perg. Hs. o. N. fol. 107. 14. Jh. (A), ad laudes, was ein Schreibf. ist. Hs. zu Karlsruhe, o. N. des 14. Jahrh. fol. 19. mit der Melodie. (B)

6. A. m o n t a n e i s. 18. B. d a t p r o b r a v i o.

Hymnum festivae gloriae.

De Visitatione B. M. V.

Hymnum festivae gloriae
dulci productum cantico
chorus depromat hodie
flori nostro Davidico.

Stirps Iesse virgam protulit
et virga florem attulit,
cuius odorem intulit
in vatem, dum se obtulit.

Elizabeth hoc percipit,
dum hanc virgam virgineam
se salutantem recipit,
quam novit consanguineam.

Tunc clamat tota stupida:
„benedicta tu virgula,
quae fructum geris florida
benedictum per saecula."

Maria haec intelligens
laudes cantat magnificas,
quas paucis verbis colligens
vias pandit dominicas.

Maria mater gratiae,
mater misericordiae,
tu nos ab hoste protege,
in hora mortis suscipe.

Mone II. p. 118.: *Karlsruher Perg.-Hs. o. N. Bl. 17. 14. Jahrh. mit der Melodie. Die ungleichen Strophen haben Wechselreime, die gleichen nur einen Reim. Auch in der Hs. von S. Peter No. 63. zu Karlsruhe 15. Jahrh., mit der Doxologie, ohne Abweichung.*

Omni die dic Mariae.

Thes. II. p. 372. Maritus.

Mone II. 258 sq.: *Ein anderes grosses Gedicht an Maria steht in derselben Hs. (Reichenauer Hs. No. 36. 14. Jh.) Bl. 150. betitelt: Soliloquium soliloquiorum s. Thomae de Aquino ord. praed. Der Eingang fängt so an:*

Omni die dic Mariae laudes mea anima,
eius gesta, eius festa cole splendidissima.

Diese beiden Verse bilden auch den Anfang des Hymnus angeblich vom h. Casimir (Dan. II. 372), aber die folgenden der Hs. sind eigenthümlich:

Exhortando et laudando Mariam commemora,
nam delere potest vere haec cuncta facinora.

Si antiquus inimicus suggerit illicita,
stellam maris, ne cunctaris, posce mente subdita.

Si te sentis temptamentis urgeri daemonicis,
mox respiras, si requiras matrem summi iudicis.

Die Reime antiquus und inimicus sind nicht nach teutscher Aussprache, aber auch nicht nach italienischer, und der Indicativ cunctaris nach ne ist fehlerhaft; beides lässt sich nicht

wohl mit Thomas vereinigen. Der Eingang fährt nach obigen Strophen also fort:

Nam si quando te temptando dirus draco laeserit,
suspiranti et oranti pia mater aderit.

Quod si forte mortis portae te vicinum sentias,
crede tamen, quod tutamen per illam suscipias.

Si te doles ferre moles culparum prementium,
hanc precare, ut placare possis eius filium.

Nam placatum eius natum nunc habere poteris,
si fideli mente coeli reginam rogaveris.

Virga Iesse, quam praeesse cunctis sanctis (l. scis) viventibus,
supplex ora et implora totis hanc visceribus.

Hanc require, quae lenire solet corda tristium,
certus esto, quod sit praesto votis se rogantium.

Haec regina de ruina faciet resurgere,
haec profecto te directo deducet itinere.

Ipsa multos iam sepultos fecit reviviscere,
haec aversos et submersos potest Deo iungere.

Ipsam ama, ad hanc clama cordis desiderio,
ut sustentet et praesentet te beato filio.

Veri solis, si hanc colis, perfrueris lumine,
hac adiutus eris tutus ab omni formidine.

Hoc credendum et fatendum ad honorem domini,
quod subiecit, quidquid fecit, Christus matri virgini.

Nun geht der Text mit contemplare et mirare fort, wie bei Daniel, mit manchen abweichenden Lesarten, bis Str. 23, worauf in der Hs. die Endstrophe der Vorrede folgt:

Pater deus, fili deus, deus alme spiritus,
per aeterna nos guberna saecula divinitus.
Explicit praefatio; incipit soliloquium soliloquiorum
s. Thomae de Aquino praedicatoris ad s. Mariam v.

Hierauf beginnt der eigentliche Text mit Virgo salve etc., was bei Daniel die Str. 24 ist, und geht bis Str. 51 fort, worauf die letzte Strophe bei Daniel folgt und abermals die Endstrophe: Pater deus etc., so dass also damit der erste Theil des Textes sich schliesst. Der zweite beginnt ohne Ueberschrift mit Salutaris stella etc., was bei Daniel Str. 52 ist, und geht mit diesem fort bis Str. 62. Damit hört das Lied bei Daniel

auf, in der Hs. aber stehen noch 205 Strophen mit dem Schlusse: Pater deus etc. und der Bemerkung: explicit prima pars. incipit praefacio secundae partis.

Ut iocundus cervus undas aestuans desiderat etc.

Die Vorrede hat 19 Strophen. Der Text des zweiten Theiles beginnt also:

O regina, quam divina praeelegit gratia,
cuius partus sacrosanctus instauravit omnia.

Dieser Theil hat 243 Strophen und schliesst also:

Tibi nato cum beato patre laus et gloria,
flaminique, qui utrique compar est, praeconia.

Dieser Theil hat einen Abschnitt bei Str. 35, welcher mit amen förmlich schliesst. Dann kommt ein zweiter Abschnitt, welcher in andern Hs. als ein eigenes Lied erscheint. Dann wieder ein Abschnitt von Str. 44 an bis Str. 81, der wie der zweite endigt. Der vierte Abschnitt geht bis Str. 92 und schliesst mit amen. Der eigentliche Schluss ist aber Str. 95 mit den Worten: ut aeternam vitae cernam nati tui gloriam. amen. Der fünfte Abschnitt endigt mit Str. 106, welche durch die Schlussformel: Pater deus etc. kenntlich ist, und an deren Ende amen steht; der sechste Abschnitt geht ohne Ueberschrift fort bis Str. 132, wo abermals dieselbe Schlussstrophe erscheint. Der siebente geht bis Str. 148 mit demselben Schluss und amen. Der achte schliesst mit Str. 176, der neunte mit Str. 190 auf dieselbe Art wie der sechste, und der zehnte geht bis Str. 216, der elfte bis zu Ende des Gedichtes.

Eine andere Eintheilung der Abschnitte ergiebt sich aus den Paragraphenzeichen (q), welche in der Hs. manchen Versen vorgesetzt sind, und mit den Schlussformeln theils übereinstimmen, theils davon abweichen. Hiernach hat der zweite Theil folgende Absätze:

I. von Str. 1 bis 7. II. von Str. 8 bis 25. III. von Str. 26 bis 43, so dass bei Str. 37 kein Zeichen steht, wo doch eines hingehört. IV. von Str. 44 bis 81. V. von 82 bis 95. VI. von 96 bis 106. VII. von 107 bis 117. VIII. von 118 bis 124. IX. von 125 bis 132. X. von 133 bis 148. XI. von 149 bis 176. XII. von 177 bis 191. XIII. von 192 bis 200. XIV. von 201 bis 208. XV. von 209 bis 216. XVI. von 217 bis 230. XVII. von 231 bis 236. XVIII. von 237 bis zu Ende.

Was die beiden Theile betrifft, so zeigen sie zuvörderst eine Gleichmässigkeit des Umfangs, der erste 38 Strophen Vor-

rede, der zweite die Hälfte 19, der erste Text 268 Strophen, der zweite 262. Die Vorrede des ersten Theiles hat aber mit Strophe 19 einen Abschnitt, was noch mehr auf eine absichtliche Gleichmässigkeit hinweist. Der zweite Theil hat 18, eigentlich 19 Abschnitte, der erste 20, worunter jedoch einige ganz kurze sind, die vielleicht nur einen ausmachen. Man erkennt daran, dass die Zahl 19 oder 20 bei den Strophen der Vorreden und den Abschnitten der Texte festgehalten ist, die sich aber aus einer Hs. allein nicht genau ermitteln lässt. Dass die Abschnitte zusammengehören, ergiebt sich schon aus dem eigenthümlichen Versmass, und es kann daraus, dass einzelne Abschnitte als besondere Lieder in andern Hss. vorkommen, noch nicht gefolgert werden, dass dieses grosse Gedicht aus Liedern verschiedener Verfasser zusammengefügt sei. Auch der Umstand, dass die Abschnitte bald an Maria, bald an Christus gerichtet sind, kann nicht für mehrere Verfasser geltend gemacht werden, denn in den Abschnitten an Christus wird stets die Beziehung auf Maria eingeflochten, wodurch der Zusammenhang des ganzen Gedichtes bewahrt ist.

Aus dieser Darlegung geht hervor, dass der Hymnus Omni die dic Mariae nicht von dem h. Casimir sein kann, der 1484 starb, indem diese Hs. um 100 Jahre älter ist, sondern dass Casimir einen Theil des grossen Gedichtes zu seiner täglichen Andacht auswählte und so lieb gewann, dass ihm eine Abschrift davon in sein Grab mitgegeben wurde, wonach der Abdruck in den Acta SS. Mart. 1, 357. gemacht wurde, den Daniel wiederholte. Die Bollandisten haben nicht bewiesen, dass Casimir der Verfasser sei, wohl aber kann man nachweisen, dass einzelne Theile des grossen Gedichtes als besondere Lieder in Hss. vorkommen, wovon ich ihres Ortes Beispiele gebe, was die Annahme, dass Casimir auch ein solches Bruchstück ausgewählt habe, bestärkt.

Ut testatur narratiuncula, allata ab praestantissimo Antiquario Rheni (Rheinischer Antiquarius), daemones et spectra hunc hymnum prae ceteris pavent ac fugiunt.

Summo sacerdotio Thomas sublimatus.

Brev. Sarisburiense et Aberdonense. Michel Rapports au Ministre de l'Instinction publique p. 52. v. 1—13. exhibet (Du Méril Poésies Populaires etc. p. 426.) De S. Thoma Cantuariensi.

Snmmo sacerdotio Thomas sublimatus
est in virum alium subito mutatus.

Monachus sub clerico clam ciliciatus,
carnis, carne fortior, edomat conatus.

Cultor agri Domini tribulos evellit,
et vulpes a vineis arcet et expellit.

Nec in agnos sustinet lupos desaevire,
nec in hortum olerum vineam transire.

Exulat vir optimus, sacer et insignis,
ne cedat ecclesiae dignitas indignis.

Exulantis praedia praeda sunt malignis
sed in igne positum non exurit ignis.

Satanae satellites irrumpentes templum
inauditum perpetrant sceleris exemplum.

Strictis Thomas ensibus obviam procedit,
non minis, non gladiis, sed nec morti cedit.

Granum cadit, copiam germinat frumenti;
alabastrum frangitur: fragrat vis unguenti.

Totus orbis Martyris certat in amorem,
cuius signa singulos agunt in stuporem.

Aqua Thomae quinquies varians colorem.
in lac quater vertitur, semel in cruorem.

Ad Thomae memoriam quater lux descendit,
et in sancti gloriam cereos accendit.

Tu per Thomae sanguinem, quem pro te impendit,
fac me, Christe, scandere, quo Thomas ascendit.

Bernardus doctor inclytus.

Thes. I. p. 292. De S. Bernardo.

Mone III. p. 233. e codd. saec. XIV. Brev. Cist. 1752.

Hymnus S. Bernardi de S. Victore Martyre.

Vita Victoris meritis praeclara
hominem terris, qui non sit de terra,
velut e caelo datum repraesentat
ad imitandum.

Christus in illo vixit et non ipse,
speculum vitae mortuis de mundo,
homo coelestis praebuit seipsum,
similes quaerens.

Aliquid quoque sanctius professus
extitit Victor forma sanctitatis,
integrum servans atque incorruptum
decus honesti.

Unde et vidit visiones Dei
vidit et caelos aperiri sibi:
nempe pudicos visio caelestis
quaerit aspectus.

Merito dulces angelorum voces
corpore gravi audiebat homo
carneos luxus perimens, in carne
angelum vivens.

Sic oportebat ut iam designatum
vas in honorem sanctius maneret,
sanctitas cuius dedicata fuit
matris in alvo.

Denique carne gravidam cernentes
matrem non ferunt, fugitant paventes,
indicant nomen, confitentur sanctum
utero clausum.

Neque tenello huic tam mature
vita secura, gloriae invidit,
et quidem magis cumulavit eam
foenore multo.

Vina de fonte, non de vite manant,
musta pro rivis colorata fluunt,
benedicentis manu bene usa
pro torculari.

Subito sapor subiens novellus
in novos usus latices coegit.
rege mirante, ubi non putabat
regium potum.

Daemone tortus publicat se homo,
furta fatetur, miser vel invitus
pellitur, tortor fure deprehenso
tortus et ipse.

Haec satis probant aliaque multa
praerogativam gloriae Victoris,
nec minoratam quo praeventus fuit
spiritu bono.

Gloria summae Trinitati Deo,
gloria trina una personarum,
tota cuiusque non divisa trium,
tres enim unum.

Ex omnium carminum, quae S. Bernardo adsignantur, numero, si rem ad vivum resecamus, tres tantummodo hymni in S. Victoris gloriam composita invicta sententia Doctorem Clarevallensem agnoscunt patrem. Rogatus ab Abbate Arremarrensi ut Officium de S. Victore, monasterii patrono, componeret, Epist. **312.** praedicto Abbati haec scribit: — *En qualia oportet esse quae in audientiam Ecclesiae veniunt, qualemve horum auctorem. Nunquid talis ego, aut talia quae paravi? Et tamen de paupertate mea te pulsante, te inquietante, etsi non quia amicus es, certe ob tuam importunitatem surgens, iuxta verbum Domini, praestiti quod petisti. Praestiti dico, non quod tibi ad votum, sed quod mihi ad manum venire potuit, pro posse utique meo, non pro velle tuo. Servata tamen antiquorum veritate scriptorum, quae tu mihi transmiseras, de vita Sancti duos Sermones dictavi qualicunque sermone meo: illud quantum potui cavens, ut nec brevitas obscuros, nec prolixitas redderet onerosos. Deinde quod ad cantum spectat, hymnum composui, metri negligens, ut sensui non deessem.* — Ut lubenter fatear quae sentio, hymnus non aequiparare videtur virtuti atque ingenio S. Bernardi.

Magne pater Augustine preces nostras suscipe.

Thes. I. p. 313. De S. Augustino.

Mone III. p. **204.** multos codices ac libros contulit, in quorum numero non nulli saeculi XIV. sunt. **2.** conditori nos placare satage. **3.** gregem tuum. **6.** favos. **8.** salvatoris.

Legitur hymnus in recentioribus quoque Breviariis Praemonstratensium et Ordinis Servorum B. M. V. **2.** P. S. conditori nos placare (S. unice) satage. **3.** P. S. gr. tuum. **6.** P. **5.** favos. **8.** P. S. verbis salvatoris.

O rex orbis triumphator.

Thes. I. 305. De S. Carolo M.

Mone III. p. **349.** Perg. Hs. No. **940.** zu Darmstadt, aus dem **14.** Jahrh., die wahrscheinlich von St. Jacob zu Lüttich herrührt. **2.** mundi. **10.** pura.

Fons sapientiae corona praesulum.

Thes. I. p. 270. e cod. Herbipol. saec. XIII. De S. Kiliano.

Mone III. p. 380. saec. XV. chartas et libros consuluit. 2. Franconum. 3. sociis. 15. nt necat saeva Her. 26. precamini.

Lauda mater ecclesia.

Thes. I. p. 221. De S. Magdalena.

Neale Hymni p. 193. e Brev. Fratr. Humiliatorum et Anglicis (N). Hoffmann D. K. p. 320 sq. e codice Meusebachii saec. XV. (M)

N. M. (etiam Ca. D.) carminis strophas ita disponunt: Lauda — Maria soror — Post fluxae — Aegra cnrrit — Surgentem — Uni Deo. Addit M. strophas quatuor: Aeterni patris unice — In thesauro — Iesu dulce — Pia mater, sed ad hymnum alium pertinent Thes. I. p. 287. Itaque, quod saepius fieri solet, in Cod. M. duo carmina sacra commixta et consarcinata sunt. — N. 5. soror Maria. 13—16. N. M. om. 22. N. Christum videns. 25. N. trino.

Mone III. p. 423. e codd. 14. et 15. sc. duo carmina hoc modo ordinat: I. 1. Lauda mater. 2. Maria soror. 3. Post fluxae in vas t. gl. fit ex l. ph. 4. Aegra currit. Sed quartam veluti spuriam uncis inclusit. 5. Surgentem.

II. 1. Aeterni patris. 2. In thesauro. 3. Iesu dulce. 4. Pia mater, *hat andern Strophenbau, wie 13—16. der vorigen Nummer, scheinen daher von demselben Interpolator zu sein, da sie hier wie dort den Zusammenhang stören.* 5. Uni Deo.

Aeterni patris unice.

Thes. I. p. 287. De S. Magdalena.

Summi parentis unice,
vultu pio nos respice,
vocans ad arcem gloriae
cor Magdalenae poenitens.

Amissa drachma regio
recondita est aerario,
et gemma deterso luto
nitore vincit sidera.

Iesu, medela vulnerum,
spes una poenitentium,
per Magdalenae lacrymas
peccata nostra diluas.

Dei parens piissima,
Hevae nepotes flebiles
de mille vitae fluctibus
salutis in portum vehas.

Quatuor carminis strophae correctae ac receptae in Brev. Romanum. Gavantus: Non ante annum 1550.

Cs. Ca. D. P. 6. repôsita. 8. de luto. 13—20. om. 23. 24. in huius — nos rege.

Mone III. p. 424. c codd. saec. XIV. XV. 8. de luto. 13—20. om. 23. 24. in huius precibus.

Collaudemus Magdalenae lacrimas et gaudium.

Thes. I. p. 311. De S. Magdalena.

Brev. Aberdonense: 18. lingua Christum ut meliores Brev. Sarisb. editiones. 23. Iesum intus. 24. non p. 30. quod. 32. ac col. 45. praefert.

Mone III. p. 417 sqq. hymnum ad diversas officii horas divisum exscripsit ex codicibus saec. XIV. et XV. Occurrit praeterea in Sermonibus S. Bernardini Senensis serm. 46.— 1. Pange lingua. 2. conceptu. 6. lavacrum. 7. m. sic se culpis abluit. 8. fons — et in ipsam refluit. 10. unctione. 14. haec dil. 15. pronuntia. 18. lingua Iesum. 22. Iesum. 24. mente colit, mente s. 27. nescis ubi. 28. a quibus. 29. quando ludis. 30. Sic incl. quod excl. 34. quod mente nunc. 43. quae lav.

Salve, quem tam mire Deus.

De S. Christophoro.

Salve, quem tam mire Deus
traxit, o Christophore,
Cananaeus giganteus
es procero corpore;
voluisse te servire
regi magno legeris,
invenisse, qui praeire
videbatur ceteris.

Cui tamen Satan expavit
signo crucis edito,
et cum Satan deviavit
signo crucis cognito,
hunc et illum requisisti,
regem Christum quaeritas
cui per hoc deservisti,
quod trans flumen portitas.

Omnem illuc venientem
qui transire voluit,
donec puerum ingentem
transfers, qui te studuit
sic gravare, ut transire
vix valeres fluvium:
me pressisti, inquis, mire
velut pondus montium.

Ait: qui regem dignum
credis cunctis praeferens,
virga tua sit in signum,
flores, fructus proferens.—
Samon venis, linguam nescis,
oras ut intelligas,
idolatriam horrescis,
ut fideles erigas.

Ad certamen defigebas
virgam, quae mox floruit,
et cum vinctus comparebas
coram rege, corruit;
qui te mandat carcerari
et, qui te adduxerant
milites mox decollari,
qui per te crediderant.

Aquilina et Niceta
missae te allicere
convertuntur mente laeta,
perimuntur propere;
ferreis es virgis caesus
superiectus ferreo
et ignito scamno laesus,
tamen non ideo.

Hinc sagittae iaciuntur
contra te innumerae,
sed in vanum transmittuntur,
resident in aëre;
dum rex tibi insultavit,
una retro rediens
eius oculum caecavit
mox sagitta feriens.

Ense rex te Christo dedit
et de tuo sanguine
visum unxit, vidit, redit
mox in Christi nomine.

Quaeso, pete nunc a Deo
ut sic sibi serviam
semper toto posse meo,
ut in fine audiam:
serve bone et fidelis,
intra nunc in gaudium
domini tui in coelis
dantis regni praemium.

Vultu tuo me assigna
omni loco, tempore,
ne attingant me maligna,
o sancte Christophore.

Mone III. 248. (Reichenauer Hs. No. 36. saec. XIV.) — Secunda carminis stropha laborat corruptelis, quas Monius non minuit sed auxit. V. 9. codex recte qui, Mo. correxit cui. Sensus est: Rex ille omnibus potestate praeire videbatur: itaque Christophorus ipsi serviebat. Tamen expavit diabolum. —

Und dieweil der Spielmann des Bösen gedacht,
Hat der Kaiser vor die Stirne ein Kreuzlein gemacht.

V. 13. leg. reliquisti. V. 25. Procul dubio leg. quia. 46. Mone mavult legere feretro. 41. Mo. missa, vitium typorum opinor. 48. M.: *Hier fehlt etwas.* An legendum id oneo? Omnia tormenta non idonea, quae C. fide demoverent.

Deus Deorum Domine.

Thes. I. p. 289. Inventio S. Stephani.

Mone III. p. 514. (Hs. zu München Clm. 17645. des 14. Jh.) 9. devote. 26. Abibo. 27. pro fine sine.

Paradisi per amoena.

De Richardi Imperatrice.

Paradisi per amoena
luces sorte ducentena,
Richardis, virgo regia,
stirpe regum procreata,
supra solem deaurata
sponsa clares egregia.

Flore vernans virginali
sub contractu coniugali
pudoris fers signaculum,
victrix stas flamma non usta,
mente, carne tu venusta
monstraris per miraculum.

Tanquam aurum es probata,
nec uxor adulterata,
psallens igne gratularis;
spreto maritali nexu
perennem sponsum amplexu
novo cantu comitaris.

Coeli stipata floribus,
virtutum fulta moribus,
humilitatis viola,
distribuis dotalia,
manum mittis ad fortia,
tu deitatis sciola.

Soluta carnis loculo
degustas pleno poculo
nunc in coelis, quod sitisti
caecis visus, quies fessis,
claudis gressus, pax oppressis
per te datur, virgo Christi.

Tuo sponso copulata
sis pro nobis advocata
summi patris ad filium,
pia doctrix castitatis,
famulis propina gratis
tutelam post exilium.

Mone III. 492. Strassburger Hs. E. 60. 14. Jahrh. Nunc in archidioecesi Friburgensi commemoratur S. Richardis die 19. Sept.

Dies venit victoriae.

Thes. I. p. 293. De S. Wenceslao.

Dies venit victoriae,
quo exemplar militiae
Wenceslaus occiditur,
occisus coelo redditur.

Qui dum pro fide moritur,
ut iubar signis oritur,
nam per eum pericula
procul fiunt et vincula.

Claudo gressus conceditur,
defuncto vita redditur,
cedit languor et coecitas,
et removetur surditas.

Annis tribus in tumulo
eius clauso corpusculo,
sanitas adest vulnerum,
et foetor abest funerum.

Trinitati sit gloria,
per cuius beneficia .
Wenceslaus in populis
tantis fulget miraculis.

Et nostra aetatè in Archidioecesi Pragensi hic hymnus canitur in honorem S. Wenceslai, ut alius: Dum matutinis

laudibus. Mone III. p. 559. (Hs. zu München Clm. 17645. 14. Jahrh.) Dolemus Monium scripsisse quae scripsit: „Wenceslaus starb 1305, ist aber nicht canonisirt. Act. SS. Iunii 4, 65. Er kommt jedoch in Strassburger v. 1489 f. 466. und in andern vor. S. Wenceslaus, celebratissimus Bohemorum Dux et Martyr, obiit 28. Sept. 936." Perpetua populo atque ecclesiae devotione insignis, locum obtinet in Martyrologio ac Breviario Romano, imo per totum orbem catholicum die 28. Sept. memoria eius recolitur. (In Propriis Hispaniae propter festum S. Simonis de Roxas translatum ad 3. Oct.)

Hymnum Deo vox iucunda.

Thes. I. p. 314. De S. Elisabeth.

Mone III. p. 287. novem decemve saec. XIV. ac XV. codices et libros inspexit. 1. decantet. 2. mat. S. 9. succremento attigit. 12. quod a Deo mens parata. Post stropham 5, interserit hanc:

Aquam eam dum rogavit hostis innocentiae,
Potum lacte perforavit clave poenitentiae
Et sic sese liberavit virtus patientiae

cf. libr. Iudicum 4, 19—21. 17. carni. 19. divitias. 21. egestatis. 22. op. fuso, cibi. — Addit doxologiam:

Gloria sit Iesu bone tibi nunc et iugiter,
Qui certantes in agone adiuvas feliciter
Et mercedem das coronae vincenti viriliter.

Ave Catharina.

Thes. I. p. 304. e codice Herbipol. saec. XIII. De S. Catharina.

Mone III. p. 360. codices et libros saec. XV. contulit. 11. sponsa sponso. 14. saevis. 22. nobis verum.

Ave trinus in personis.

De Omnibus Sanctis.

Ave trinus in personis,
unus in essentia,
indivisus tu in donis
cuncta creans entia
iam virtutum diter bonis
ex tua praesentia.

Ave Christe, reparator
protoplasti generis,
Iesu Dei mediator
et humani foederis,
quaeso, mihi sis salvator
ut electis ceteris.

Ave virgo singularis,
felix tn puerpera,
universis dominaris,
o regina, impera,
ne me morsibus amaris
stygis laedat vipera.

Avete chori angelorum,
deitatis facie
illustrati, electorum
omnium in acie,
mihi, precor, supernorum
ferte lnmen gratiae.

Ave tu, baptista Christi,
maior natis hominum,
verbi Dei vox praeisti,
nuntiare Dominum,
fac, ne claudam nece tristi
huius vitae terminum.

Ave felix duodena
clanga apostolica,
quorum vita non terrena,
nec pietas modica;
per vos mihi salus plena,
detur virtus coelica.

Ave cohors prophetarum,
signis miris inclita,
concio patriarcharum
sacra stirpe praedita,
dona ferte gratiarum
hostis fraude domita.

Ave coetus novae legis
scribens evangelia,
ac discipulorum regis
nova dans praeconia,
ad snperni per vos gregis
transferar ovilia.

Ave phalanx purpurata
in cruoris flumine,
innocenter candidata
turba rubens sanguine,
vita sumat me beata
vestro deprecamine.

Ave sacer grex doctorum,
veritatis speculum,
rector quoque populorum,
felix cohors praesulum
per vos Christus rex coelorum
salvet me in saeculum.

Ave agmen confessorum,
lux fidelis populi,
o caterva monachorum,
cuncta spernens saeculi,
vestra prece peccatorum
nexus ruant singuli.

Ave turma virginalis,
agni tecta vellere,
continentum coniugalis
claro casta foedere,
per vos vestis nuptialis
mihi detur munere.

Ave omnium sanctorum
iocunda societas,
ad superna me polorum
vestra ducat pietas,
ut vestrorum me bonorum
repleat satietas.

Mone III. 18 sq.: *Reichenauer Pap.-Hs. No. 36. Bl. 180. zu Karlsruhe, 14. Jahrh. Ein ausgezeichnetes Lied durch seine Anlage, Gedankenfülle und Haltung. Das Reich Gottes wird in seinen Hauptabtheilungen in wohlgeordneter Stufenfolge dargestellt, das Besondere jeder heiligen Genossenschaft hervorgehoben und die Anrufung einer jeden mit dem entsprechenden*

Gebete geschlossen. Ich brauche nicht nachzuweisen, welche gut gewählten Namen der Dichter jeder Abtheilung und Genossenschaft der Heiligen gegeben hat.

Homo Dei creatura.

Mone I. p. 419 sq. De poenis inferni.

Homo, dei creatura,
cur in carne moritura
est tam parva tibi cura
de aeterna gloria?
illam, quanta sit, si scires,
praeter eum nil sitires,
nec post mundi sic ambires
cito transitoria.

Et si poenas infernales
cognovisses, quae et quales,
tuos utique carnales
appetitus frangeres.
et innumera peccata,
dicta, facta, cogitata
mente tota consternata
merito deplangeres.

Tot sunt gaudia sanctorum,
tot tormenta miserorum,
quae immanitas amborum
nullo sensu capitur.

* * *

Mors est bonis, mors est malis,
sed sors nimis inaequalis
subinfertur aeternalis
vitae vel interitus.

Nullum tempus poenitendi,
hora nulla revertendi,
neque locus fugiendi
miseris supererit:
si vis sursum, detraheris,
de abyssis extraheris,
iudicanti praesenteris,
nec quidquam intererit.

Si non Iesum dilexisti,
nec Mariae servivisti,
nec patronum quem petisti
tibi in subsidium:
quis orabit pro delicto,
quis spondebit pro convicto,
quis iudicio tam stricto
fiet in praesidium?

Pacis angeli astabunt,
sicut scriptum est, plorabunt,
tamen dignam affirmabunt
iudicis sententiam;
et quod sonat magis dure,
omnes dei creaturae
aggravabunt iusto iure
malam conscientiam.

Sed haec factis ex (s)celestis
est ipsius gravis testis,
nullam iudicis in gestis
intuens iniuriam.
hinc horrendi mox tortores
tot incutiunt terrores,
quod iam sentiens dolores
vertitur in furiam.

Tunc a bonis reprobata,
in se ipsa desperata
et in toto desolata
in profundum mergitur.
ubi chaos hoc firmatur,
quod nunquam egrediatur,
sicut Abraham testatur:
huc illuc non pergitur.

O quae lingua explicare,
vel quis sensus cogitare,
quis audet dinumerare
mala multiplicia,
quae perversis sunt creata
et diversis deputata,
prout singula peccata
exigunt et vitia?

* * *

Liquor ardens igne pluit
et grando in ipsum ruit
chaos tale, quod non fuit
vivens ab initio.

* * *

Ubi tenebrae condensae,
voces dirae et immensae,
et scintillae sunt succensae
flantes in fabrilibus.

Locus ingens et umbrosus,
foetor ardens et fumosus,
rumorque tumultuosus
et abyssus sitiens.

* * *

Sed (Et) carbones sunt grandaevi,
ad urendum nimis saevi,
nam (tam) profundi, ut in aevi
saecula durabiles.

* * *

Ubi quidam laborantes,
quidam dure imperantes,
aestus onera portantes
et iugum gravissimum.

Erant autem viri lassi,
vultu nigri, tanquam assi,
defluentes pisa (defluente pice) crassi,
nec in his contentio;
nam laboribus attriti
loquebantur vix, inviti,
arefacti magna siti
sudabant silentio.

* * *

Flammam etiam fumantem,
terram ipsam devorantem,
fundamenta relevantem
ab imis emergere;
ignem nubibus condensum,
ventum ignibus accensum
et tremore comprehensum
populum dispergere.

Sacramentum ab altari
vidit sursum elevari
et in iudicem mutari
multum ineffabilem,
qui ad iudicandum mundum
fecit iustis se iocundum,
sed iniustis iracundum
nec non importabilem.

Mone l. c.: *Ueber das Ende der Welt und seine Folgen giebt es drei Betrachtungen, welche in besondern Liedern behandelt wurden. Die erste betrifft das Weltgericht, welches im Dies irae dargestellt ist; die zweite geht auf die ewige Seligkeit, auf welche im Cum recordor diligenter (p. 199.) hauptsächlich Rücksicht genommen wurde; die dritte schildert die Leiden der ewigen Verdammniss, worüber ich zwar kein besonderes Lied kenne, wohl aber einzelne Züge, die in Gedichten erwähnt werden. Um auch davon ein Beispiel zu geben, will ich aus einer Vision mehrere Strophen hersetzen, die in der Reichenauer Hs. No. 36. (saec. XIV.) Bl. 10. stehen und aus*

einem grossen Gedichte ausgezogen sind. — Uti Monio placet „ist jede Strophe dieses Gedichtes eben so gebaut, wie die Strophen des Dies irae, auch die Beziehung auf das Zeugniss Abrahams (Luc. 16, 26.) erinnert an den Vers teste David cum Sibylla.“ Ex mea sententia carmen metri est usitatissimi, quod sequuntur posteriores strophae Sequentiae: Lauda Sion (ex qua poeta v. 21—24. suos fecit) et multa alia carmina.

Mone l. c. p. 421.: *Da diese Gedichte wie das Dies irae in Italien zu Dantes Zeit gemacht wurden, so könnte es sein, dass sie auf sein Werk Einfluss hatten. Wenigstens kommen Parallelstellen vor, die man wohl nicht verwerfen kann, wie zu V. 78. voces dirae et immensae, bei Dante Inferno 3, 25:*

parole di dolore, accenti d'ira,
voci alte e fioche.

Oder zu Cum revolvo toto corde v. 93. Tunc spes omnis interibit, Dante Inf. 3, 9.:

lasciate ogni speranza

Saeculum Decimum Quintum.

Resonet in laudibus.

Thes. I. p. 327. In Natali Domini.

Hoffmann (D. K. p. 420) carmen et latine et germanice („Das ist das tertz Magnum nomen“) scriptum legit in Cod. germ. Monac. 444 anni 1422, aliquatenus dissonum a Thesauro.

1. Magnunm nomen Domini
Emanuel,
quod adnunciatum est
per Gabriel,
hodie apparuit, apparuit
in Israel.

Per Mariam virginem
est natus (Hs. magnus) rex etc.

2. Sunt impleta
quae praedixit Gabriel
eia! eia!
Virgo Deum genuit
ut divina voluit clementia etc.

3. Resonet in laudibus
cum iucundis plausibus
Sion cum fidelibus:
apparuit quem genuit
Maria.

4. Pueri concinite,
nato regi psallite,
voce pia dicite:
apparuit quem genuit
Maria.

5. Natus est Emmannel
quem praedixit Gabriel,
testis est Ezechiel;
apparuit quem genuit
Maria.

6. Iuda cum cantoribus
trade te de foribus,
nuncia pastoribus:
apparuit quem genuit
Maria.

7. Genitori gloria,
laus Patri in victoria
perpeti memoria.
Apparuit quem genuit
Maria.

8. Et nos unanimiter
proclamemus dulciter;
Ipse pius arbiter
apparet, quem genuit
Maria.

Aliam carminis formam exhibet Corneri Cantionale 1655. No. 59.

Magnum nomen Domini
Emanuel,
quod annunciatum est
per Gabriel,
hodie apparuit, apparuit
in Israel
per Mariam virginem
in Bethlehem.

Eia, eia,
virgo Deum genuit,
sicut divina voluit
clementia.
Gaudete, gaudete,
Christus natus hodie
ex Maria virgine.

Carmen Magnum nomen cum aliis, ut En Trinitatis speculum, Omnis mundus iucundetur, cantari solitum est in simplici illa caerimonia ac puerorum laetitiae convenienti, quae vocatur „das Kindelwiegen" (Thes. I, p. 144 sq. Hoffmann D. K. p. 416—440). Acerbe notavit Lutherus patrum sanctam hilaritatem in libro: Vermahnung an die Geistlichen in Augsburg: *Die Stücke, so in der gleissenden Kirche in Uebung und Brauch sind gewesen — — das Apparuit.* Tamen in non nullis provinciis obtinuisse videtur sancti infantis in cunis agitatio. Legitur carmen infra positum in Cantionali Jo. Waltheri 1544 No. 40, in Agenda Pomeraniae 1563. in Cantionali Rigensi 1549 etc.

Joseph, lieber Joseph mein,
hilf mir wiegen mein kindelein,
Got der wirt dein loner sein
im himmelreich der jungfrau
kint Maria.
Eia, virgo Deum genuit,
quem divina voluit
clementia.

Nato regi psallite,
voce pia dicite:
sit gloria Christo,
nostro infantulo!
Apparuit in Israel
quem praedixit Gabriel
est natus rex.

En nunc tempus reciprocat.

In Nativitate Christi.

En nunc tempus reciprocat
lucem, quae mundum renovat,
et generans verbigenae
hunc mater virgo genuit,
vis quem inferni tremuit,
quem iubilant coeligenae.

Terra resultet gaudio,
ponti fervor plaudat polo
bino micante lumine:
natus puer in bivio
reclinatur praesepio,
trino volente numine.

Pastoribus hoc nuntiat
angelus, grex dum excubat,
celebri cum memoria,
hymnizans pacem populo
dat terris caeli concio
in Roma deo gloria.

Mone I. p. 62: Hs. zu Strasburg. E. 60. Bl. 91. aus dem 15. Jahrh. mit dem Beisatz: cantilena data scolaribus domus Iohannitarum Argentinae, anno 1404.

Dies est laetitiae.

Thes. I. p. 330. De Nativitate Christi.

Mone I. p. 62 sq. (Hs. zu Trier, Stadtbibliothek No. 724. aus dem 15. Jahrh. mit der Melodie, ferner in der Hymnodia sacra Monast. und bei Paar nucleus devotionis p. 189. mit der Bezeichnung: hymnus natalitius vetus et vulgaris) hoc modo carmen constituit: Str. I. Dies est. 4. om. de. 6. vultu dei. II. Mater haec et filia, pater hic et natus; quis audivit talia? deus homo factus servus est et dominus; qui ubique cominus nescit apprehendi, praesens est et eminus, stupor iste geminus nequit comprehendi. III. Orto dei filio. 5. quod parit. 9. lac pueritiae. IV. Angelus pastoribus. 6. iacentem praesepio. 10. praenatum. perperam, nam poeta expressit locum scripturae. V. Ut vitrum. 4. virgo post et ante. 6. clausa. 7. portaverunt. 9. quae aetate. VI. In obscuro nascitur illustrator solis, stabulo reponitur princeps terrae molis; fasciatur dextera, qui affixit sidera, dum fulgur descendit. VII. Orbis dum describitur, virgo praegnans ibat Bethlehem, quo nascitur puer, qui nos scribat in illorum curiam, qui canebant gloriam summae deitatis, et in terrae finibus pax sit in hominibus bonae voluntatis. VIII. Christum natum dominum omnes imploremus, matremque cum filio

pariter laudemus; est satis mirabilis et multum laudabilis vere puer iste. ergo solus dominus solus et altissimus es tu Iesu Christe. IX. Christe qui nos propriis manibus fecisti, et pro nobis omnibus nasci voluisti, te devote poscimus, laxa, quod peccavimus, non sinas perire post mortem nos miseros, sed tecum ad superos facias venire.

Recte Mone l. c.: *Das Lied ist überarbeitet und erweitert worden, es sind aber mehr Handschriften nöthig, um die ursprüngliche Gestalt wieder zu erkennen, denn bei den Abdrücken weiss man das Alter und die Beschaffenheit ihrer Quellen nicht.* — Neque, quod saepius fit, lucem affundit carmen in vernaculum sermonem translatum. Nam in germanicis chartis fluctuat stropharum numerus et ordo. Novam indigitavit Hölscher (Niederdeutsche Geistliche Lieder aus dem Münsterlande **1854**): Ith is eyn dach der vrolichkeit; haec complectitur e strophis Monii **1. 2. 6. 3. 5. 4. 7.** Usitatissimus cantus Der Tag der ist so freudenreich duo carmina in unum conflavit. Hoffmann D. K. p. **301**: *Das Lied: Ein Kindelein so löbelich kommt zwar als zweite Strophe unseres Liedes vor, es scheint mir aber ausser allem Zweifel, dass es ursprünglich ein selbständiges Lied war. — — Meine Ansicht findet noch Bestätigung durch eine Breslauer Handschrift des 15. Jahrh., darin sind Dies est laet. und Ein Kindelein so löb. mit einander verbunden, aber passen den Worten nach und auch metrisch gar nicht zusammen.*

Optima vulgatae scripturae translatio, quam praeter morem adscribimus, reperitur in Ephemeridibus notissimis: Volksblatt für Stadt und Land **1854** No. **102**:

1. Heute ist der Freudentag, da zur Welt geboren,
In der Jungfraun Arme lag, so der Herr erkoren,
Als ein Knäblein wunderbar, durch und durch rein, süss und klar,
Menschlich an Geberden,
Dessen Gottesmajestät
Ueber alle Himmel geht,
Die Er selbst hiess werden.

2. Als der Spross aus Davids Stamm als ein Röslein ginge
Von der Lilien wundersam, staunten alle Dinge:
„Es gebiert die reine Maid, Ihn, den Herrn der Ewigkeit —
Dem die Welt zu wenig,
Und es trinkt an keuscher Brust
Süsse Milch mit Säuglingslust
Aller Himmel König!“

3. Der Crystall wird nicht versehrt, strahlt hindurch die Sonne,
Also blieb der Mutter werth — reiner Jungfrau Krone.
Sel'ge Mutter, sel'ges Weib, dessen keuscher süsser Leib
Gott den Herrn getragen!
Sel'ge Brüste, hochgeehrt,
Die ihr Christum habt genährt
In der Kindheit Tagen.

4. Thät bei Nacht ein Engelsmund Hirten auf der Weiden
Die Geburt des Königs kund mit viel tausend Freuden,
Wie in reinen Windelein als ein säugend Kindelein
Schlummre in der Krippen,
Dem die Engel dienstbar sind,
Schön vor allem Menschenkind
Hold von Aug' und Lippen!

Quod autem superscripsit translator, carmen a Bennone Comite Waldenburgensi mortuo **1107** compositum esse, lapsus est. Rambach I. p. **331** sq.: *Dies est laetitiae hat vielleicht mancher meiner Leser schon unter dem vorhergehenden (XII.) Jahrhunderte gesucht, in welchem allerdings der angebliche Verfasser desselben, Bischof Benno von Meissen, lebte. Indess beruhet diese Angabe, so glaubwürdig sie auch Vielen scheinen mag, nach meiner Ueberzeugung lediglich auf einem Irrthum. Im J. 1703 nämlich, bis zu welchem noch nie die leiseste Vermuthung über den Verfasser jenes Liedes geäussert war, kam des damals schon verstorbenen Generalsup. Geo. Goeze zu Jena Liederbetrachtung in den Druck, worin es bei dem Liede: Ein Kindlein so löblich hiess, dass nicht Luther, sondern der Cardinal Benno diesen Gesang verfertigt habe. Auf diese ohne allen Beweis hingestellte Behauptung fussend, und das deutsche Lied mit dem hier gar nicht erwähnten lateinischen verwechselnd, vertauschten Andere den Cardinal Benno mit dem ihm gleichzeitigen Bischof zu Meissen, der ihrer Meinung nach eher gemeint sein könne, weil man von ihm wisse, dass er sich um die Verbesserug des Choralgesanges in seinem Domstifte verdient gemacht, und in seinem Knabenalter Verse und Hymnen geschrieben habe. Noch andre wollen dagegen lieber den C. Benno in den Cardinal Bona, einen bekannten Gelehrten des 17. Jahrh., verwandeln, der aber natürlich nicht als Verfasser des viel ältern Liedes angeführt sein könnte. So entstand über diesen Punkt unter den Hymnologen ein Streit, den endlich der Abt Schmidt zu Helmstädt, Goezens Schwiegersohn, vermittelst der in seinen Händen befindlichen Dispositionen zu dessen Liederpredigten, die er überdies selbst in Jena mit angehört, dahin entschied, dass weder von einem*

Benno noch von Bona als Verfasser des gedachten Liedes die Rede gewesen, dass des letztern im mündlichen Vortrage allerdings Erwähnung geschehen sei, aber durchaus nicht in dieser Beziehung und an einer ganz andern Stelle der Predigt. (W. E. Tentzels curiöse Biblioth. vom J. 1706. S. 779. vgl. den vorherg. Jahrg. S. 606 ff.) Um so auffallender ist es, dass das Lied immer noch dem Bischof B. zugeschrieben wird. Emser, der vor dreihundert Jahren sein Leben beschrieb, und gewiss alles, was nur irgend zu seinem Lobe gesagt werden konnte, sorgfältig aufsuchte, gedenkt dieses Umstandes nicht mit einer Sylbe; und woher sollte denn nach so langer Zeit eine glaubwürdige Kunde darüber gekommen sein?

Verbum caro factum est.

In Nativitate Domini.

Verbum caro factum est
ex virgine Maria,
in hoc anni circulo
vita datur saeculo
nato nobis parvulo
ex virgine Maria.

Flos in suo rivulo
nascitur pro populo,
fracto mortis vinculo. ex virg. etc.

Stella solem protulit
sol salutem contulit,
nichil tamen abstulit. ex virg.

O beata femina,
cuius ventri sarcina
mundi levat crimina. ex virg.

Virgine de regia,
summi regis filia,
plena datur gratia. ex virg.

In praesepe ponitur
et a brutis noscitur,
matris velo tegitur. a virg.

O pastores currite,
gregem vestrum sinite,
deum verum cernite. cum virg.

Puer circumciditur,
sanguis eius funditur,
nomen Ihesus ponitur. a virg.

Reges tres de gentibus
currunt cum muneribus,
adorant flexis genibus. cum virg.

Die hac sanctissima
omnibus gratissima
plena datur gratia. ex virg.

Ex divino flamine,
non humano semine
deus datur feminae. in virg.

Illi laus et gloria,
decus et victoria,
honor, virtus, gratia. cum virg.

Mone I. p. 66: Hs. der Stadtbibliothek zu Trier No. 724. 15. Jahrh.

Puer nobis nascitur.

De Nativitate Domini.

Puer nobis nascitur,
rector angelorum,
in hoc mundo pascitur
dominus dominorum.

In praesepe ponitur
sub foeno asinorum,
cognoverunt dominum
Christum regem coelorum.

Hinc Herodes timuit
magno cum dolore,
et pueros occidit
infantes cum livore.

Qui natus est ex Maria
die hodierna,
ducat nos cum gratia
ad gaudia superna.

O et A et A et O
cum cantibus in choro
cum canticis et organo
benedicamus domino.

Mone I. p. 64: Hs. der Stadtbibliothek zu Trier No. 724 mit der Melodie. 15. Jahrh.

Puer natus in Bethlehem.

Thes. I. p. 334. In Natali Domini.

Trench p. 93: *This hymn, of a very beautiful simplicity, and absorbing easily and naturally so much theology in its poetry, and in many ways containing so much in a brief compass, continued long a great favourite in the Lutheran Churches of Germany. Its use indeed survived among them till wellnigh the present day. It sometimes appears at nearly twice the length at which. I have given it; but all which is more than this looks like filling up, and injures rather than promotes the effect of the whole.*

Quem pastores laudavere.

Thes. I. p. 330. De Nativitate Christi.

Corner Gesangbuch 1625. No. 81. 7. haec sincere imm. 10. et coelesti. 11. iubilando voce pia. 12. dulcique cum symphonia. 13. Christo regi humanato. 16. laus, honor et gloria.

Non a re est, huc transscribere locum ex Ephemeridibus: Volksblatt für Stadt und Land 1855 No. 47 quo ritus in Nocte Nativitatis Domini, et hodie Luccaviae religiose observati enarrantur: *Das Weihnachtsfest hat noch jetzt eine sehr alterthümliche und eigenthümliche Christnacht, früh 5 Uhr. Nach einem Morgenliede wird eine althergebrachte Kirchenmusik aufgeführt, in der sich einige dramatische Elemente finden;*

auf diese folgt Kanzellied und Predigt, darnach aber das Quempastores, das Hauptstück der ganzen Feier. Dieses, zusammengesetzt aus dem Deutschen: Den die Hirten lobten sehre, dem: Kommt und lasst uns Christum ehren und einigen Zeilen des: Heunt sind die lieben Engelein etc., wird von der Schuljugend abgesungen; dieselbe ist in 4 Chöre getheilt, die resp. an der Orgel, auf den beiden Seitenemporen und am Taufsteine aufgestellt sind; der Chor an der Orgel singt die erste Zeile, der an der nördlichen Wand die zweite, der an der südlichen Wand die dritte, der am Taufsteine die vierte; die aus dem letztgenannten Liede entnommene Zeile singen alle 4 Chöre gemeinschaftlich. Bei diesem Gesange, den die Kinder aus zierlich geschriebenen und mit Bildern geschmückten Büchern absingen, lassen sie auch sogenannte Schlangen brennen, darunter eine gitterartige Vorrichtung zu verstehen ist, die durch einen Druck sich lang streckt und durch den entgegengesetzten Druck sich wieder zusammenzieht. Die Holzstübchen, aus denen sie besteht, sind mit Nieten verbunden; auf jedem Niete steht ein brennendes Wachslicht. Sobald der Chor seine Zeile singt, lassen die Inhaber der Schlangen dieselben sich ausstrecken über die Lehne der Empore hinweg; während des Quempastores drehen sich an der Orgel auch Sonne, Mond und Sterne, der beharfte David und die Posaunenengel, auch erklinget der Vogelgesang — alles bekannte Spielereien an alten Orgeln. Die ganze Feier übt einen gewaltigen Eindruck auf das Gemüth, es kindlich-weihnachtsfroh stimmend, und man vergiebt ihr gern, dass es wegen des grossen Gedränges — denn stundenweit kommen aus den umliegenden Dörfern die Leute zur Luckauer Christnacht — nicht geräuschlos zugeht.

In Natali Domini.

Thes. I. 329.

Hoffmann D. K. p. **317 — 320**. Vetustissima carminis scriptura, quam quidem novit Hoffmannus, exstat in Cod. Berol. (Ms. germ. 8o No. **190**) circa medium saec. XV. conscripto. — Duas novi initii cantiones, quarum una his verbis continuatur: g a u d e n t o m n e s a n g e l i, altera his: c a s t i g a u d e n t a n g e l i. Utraque exstat e. g. in Cantionali Gorlicensi **1610** Par. I. p. **56**. **106**. Prioris auctorem Petrum credi ait scriptor anonymus libri: Anleitung wie die geistlichen Lobgesänge mit mehrer Andacht können gesungen werden, Riga **1632**: item Petri esse putat alium hymnum natalicium: **N o b i s e s t n a t u s h o d i e** (vide infra). Similiter Herberger Dresdensem poetam cecinisse opinatur: **Q u e m p a s t o r e s**. Nunc scimus

omnia illa cantica longe superare Petri Dresdensis aetatem. Neque illius poetae est alia cantio, quae vicissitudine latini et germaniei sermonis usurpatur: In dulci iubilo, uti luculenter demonstravit Hoffmannus.

Omnis mundus iocundetur.

Thes. I. p. 329. In Natali Domini.

Hoffmann D. K. p. **327**. Bresl. Hs. I. 8o. **113**. Bl. **5**b. Saec. XV. versus finem. **7**. gaudeamus et l. **10**. est ex Maria virgine. **11**. virgine vir-vir-vir-vir-vir-vir-vir-vir-virgine. **12**. it-it-ita, ita, ita, ita, itaque.

Quo te virtus summi regis.

In Natali Domini. Neale Hymni p. 78. e Brev. Evorensi.

Quo te, virtus summi regis,
deduxit humilitas?
ut humani curam gregis
caperet humanitas,
et Iudaeae factor legis
esset Dei claritas!

Quo te, cor iniquitatis,
attulit superbia?
ut contemneres elatis
oculis humilia,
et tumescens Dei datis
sperneres eloquia!

Nobis adsit gloriari
in praesepi Domini,
qui dat velle, qui dat fari,
qui dat posse homini:
qui et det annumerari
beatorum agmini!

Genitori genitoque
laus et iubilatio,
salus, honor, virtus quoque
sit et benedictio;
procedenti ab utroque
compar sit laudatio.

Natus est nobis (nobis est natus) hodie.

In Natali Domini.

Natus est nobis hodie
de pura virgine
Christus rex gloriae,

Cui sol, luna et terra
cunctaque sidera
parent per saecula.

Ideo nos terrigenae
laudemus hodie
regem potentiae,

Gratias agentes ei,
quod nos eruerit
de fauce tartari.

Ut dentur nobis praemia
magnaque gaudia
in coeli curia.

Salus illi et gloria
atque victoria
per cuncta saecula.

Hoffmann D. K. p. **510**: *Köln. Gesangbuch von 1610 u. 1619 mit dem deutschen Liede: Es ist ein kintlein uns geborn.*

Praeterea exhibet carmen absque mentione auctoris Cantionale Norimbergense 1623 p. 309.

Quem nunc virgo peperit.

In Natali Domini.

Quem nunc virgo peperit,
vitam mundo protulit
Satanamque depulit
potestate privatum.
Verlazuis — zuis — zuis
Verla susanynna.

Si quis mala fecerit,
et contritus fuerit,
indulgebit puer hic,
nam mitis est ut agnus.
Verlazuis etc.

Natus est in Bethlehem,
passus in Icrusalem,
sustulit pauperiem,
nam omnium est dominus.
Verlazuis etc.

Nunc rogemus puerum,
ut det nobis gaudium
secum in perpetuum,
nam humilis est domus.
Verlazuis etc.

Hölscher Niederdeutsche Gedichte p. VII. Inscriptum est carmen in Cantionali Catharinae Tirs, monialis in Niesing. Cf. Hoffmann D. K. p. 421.

Terit mola farinula.

In Natali Domini.

Terit mola farinula,
dum virgo parit tenera,
furfurum cribratum partum parit,
creatura creatorem parit,
taratantarizate, taratantarizate,
corda vestra Deo praeparate.

Hoffmann D. K.: Bresl. Hs. I. 8o. 113. Bl. 2a. Ende 15. Jahrh.

Die mül die malt das mel so klar,
ein rein jungfrau ein kind gebar,
es war der schöpfer himmels und der erden,
er wollt von einer jungfrauen geboren werden.
Macht eure herzen rein, macht eure herzen rein,
empfaht das himmlische kind darein.

Amorem sensus erige.

Thes. I. p. 274. Quadragesimalis.

Amorem sensus erige
ad te, largitor veniae,
ut fias clemens cordibus,
purgatis iude sordibus.

Benigne multum, domine,
tu lapsum scis in homine,
infirma est materia,
versamur in miseria.

Clausa tibi sat agnita,
nulla mens est incognita;
aufer a nobis omnia
fallentis mundi somnia.

Dives pauper effectus es,
pro nobis crucifixus es;
lavans e tuo latere
nos munda vita vetere.

Externi huc advenimus,
in exilio gemimus,
tu portus es et patria,
duc nos ad vitae atria.

Felix te sitit caritas,
te fontem vitae veritas,
beati valde oculi
te speculantis populi.

Grandis est tibi gloria,
tuae laudis memoria,
quam sine fine celebrant,
qui cor ab imis elevant.

Hoc ut possimus, domine,
praesta in tuo nomine,
sine quo labor deficit
et digne nihil efficit.

Mone I. p. 98: Hs. zu Freiburg o. N. 15. Jahrh. „Der Hymnus kommt selten vor, er ist alphabetisch, geht aber nur bis ins H, und nach der Endstrophe wird es zweifelhaft, ob er durch das ganze Abece geführt wurde. Da er durchgängig zweisylbigen Reim, oft auch dreisylbigen hat, so ist er schwerlich in Teutschland gemacht, sondern in einem romanischen Lande, und höchstens aus dem 12. Jahrh." (M) Neale Sequentiae p. 35. ex Hymnario MS. Guelferbytano hymnum, „qui cum suavissimis haud immerito comparari potest", exscripsit. (N) Brev. Constantiense. (C)

1. M. amoris sensum wäre besser. (?) 9. M. causa t. sit. C. causa fit. M. mavult legere: clausa — sunt, et in sequentibus: cui nulla mens inc. 16. C. veteri. 20. N. reduc ad. 21. M. quae sitit. 32. N. qui digne.

Ad preces nostras deitatis aures.

Quadragesimalis. Thes. I. p. 262.

Ad preces nostras deitatis aures
Deus inclina pietate sola:
supplicum vota suscipe, precamur
famuli tui.

Respice clemens solio de sancto
vultu sereno, lampades illustra,
lumine tuo tenebras depelle
pectore nostro.

Crimina laxa pietate multa,
ablue sordes, vincula disrumpe,
parce peccatis, releva iacentes
dextera tua.

Te sine tetro mergimur profundo,
labimur alta sceleris sub unda,
brachio tuo trahimur ad clara
sidera coeli.

Christe lnx vera, bonitas et vita,
gaudium mundi, pietas immensa,
qui nos a morte roseo salvasti
sanguine tuo.

Insere tnum, petimus, amorem
mentibus nostris, fidei refunde
lnmen aeternum, charitatis auge
dilectionem.

Tu nobis dona fontem lacrymarum,
ieiuniorum fortia ministra.
vitia carnis millia retunde
framea tua.

Procul a nobis perfidus absistat
Satan, a tuis viribus confractus,
sanctus assistat Spiritus, a tua
sede demissus.

Gloria Deo sit aeterno Patri etc.

In Breviariis non nullis saec. XV hodie in Brev. Carmelitarum.

Homo tristis esto.

In Passione Domini.

1. Homo tristis esto
deplorans corde mesto
grandes afflictiones
et magnas passiones,
quas Deus, nunquam reus
sustinuit patienter
atque gratanter
ab iniqnis
in hac nocte heu Iudaeis.

2. Ecce qui redemit
hominem et exemit,
hic modo captivatur
et fune vinculatur,
tractatur heu quasi fur,
hic tandem vimine conlesus
et virgis cesus
a propriis
sine culpa creaturis.

3. En factorem mundi
precaciones immundi
heu flegma proiecerunt,
et omnes conspuerunt
in vultum eius multum,
ad collum percutientes
atque dicentes:
hic est reus,
nam vult esse noster deus.

4. Fortis invictus
Deus est nunc devictus,
ad mortem iudicatus
est et sentenciatus,
qui lavit et creavit
sui sacri cordis rore
atque cruore
hunc languidum
abiecto dolore mundum.

5. Heu innocens perit
et iustus reus erit,
reus mortificatur
et iniquus salvatur:
mors probo, sors improbo;
cedunt inaequali mensura
heu contra iura.

6. Prolem patris almam,
quae nunc per mortis palmam
tristem necem necavit
et hostem superavit,
laudemus et adoremus,
quod ita nos moriendo
et patiendo
liberavit
et a morte suscitavit.

7. Nunc est transfixus
per quem mundus stat, infixus
perit sui cordis,
hoc purgat labem sordis.
Pro eo ipsi Deo
compati digne debemus,
quantum valemus,
plagas duras
recolendoque fixuras.

Hoffmann D. K. p. **303** sq. latinam et germanicam Hymni scripturam legit in Psalterio per hebdomadem. (Pg. Hs. der Bresl. Univ. Bibl. I. 4°. **233**. fol. **174**. a. b.)

Laus tibi Christe qui pateris.

In Passione Domini.

Laus tibi Christe qui pateris
in cruce pendens pro nobis miseris,
cum patre regnas in coelis,
nos reos salva in terris.
Kyrie eleison.
O Maria dei genitrix,
pium fer auxilium pro nobis miseris,
ne nos damnemur cum impiis,
sed ut salvemur cum beatis.
Kyrie eleison.

Corneri Cant **1625**. Hoffmann D. K. p. **322** investigavit carmen in Psalterio typis expresso saec. XV. quod est in Bibl. Wratislaviensi.

Ave dextra manus Christi
Ave caput Christi gratum.

Thes. I. p. 636.

Mone I. p. 158: Reichenauer Hs. No. 36. Bl. 86. (R) mit der Bemerkung: praescripta oratio est edita a beato Gregorio papa, habens 50 annos indulgentiarum. Das Wert beatus scheint hier so viel wie gestorben zu bedeuten; dann wäre es Gregor XI., der 1378 starb. Hs. zu Freiburg No. 91. f. 66. 15. Jahrh. als Oratio b. Gregorii papae. Auch in den diurnum pict. christ. exercit. (Prag 1682 p. 117) als oratio s. Gregorii papae. Ebenso in dem Antidotarium animae fol. 54.

In R. hic versiculus praccedit: Ave caput Christi gratum, diris spinis coronatum, nos conserva, ne peccatum poenae ducat ad reatum. 5. Iesu. 6. sic confixa palma. 7. ab omni. 10. aedem mentis. 17—20. praccedunt strophae: Ave vulnus. In calce R. iterum stropham addit: Ave tota denudata caro Christi flagellata, nos conserva, ne peccata vita privent nos beata.

Signum crucis mirabile.

Thes. I. p. 259. De S. Crucc.

Signum crucis mirabile
olim per orbem praenitet,
in qua pependit innocens
Christus redemptor omnium.

Haec arbor est sublimior
cedris, quas habet Libanus,
quae poma nescit noxia
sed ferre vitae praemia.

Tu Christe, rex piissime,
huius crucis signaculo
horis, momentis omnibus
munire nos non abnuas.

Ut ore tibi consono
et corde devotissimo
possimus omni tempore
laudes referre debitas.

Te summa trinitas deus
collaudat omnis spiritus,
quos per crucis mysterium
salvas, regis per saecula.

Mone I. p. 99.: Hs. zu Karlsruhe v. 1493. f. 24. hymnus ad completorium. (A) Hs. zu Stuttgart Brev. 101. f. 54. 15. Jahrh. (B) Im Brev. Mog. ad primas vesperas auf Kreuzeserhöhung. (C) Das Lied folgt der Behandlungsart Gregor d. G. und ist wahrscheinlich von ihm. (?) — Neale Hymni p. 184. e Brev. Fratrum Humiliatorum. (N)

1. AC. lignum. Matth. 24, 30.: *et tunc parebit signum Filii hominis in coelo.* 2. A. renitens. BC. praenitens. 6. Mo. habet quas. 11. A. monitis. Mo. coniecit monentes. 12. A. munere. N. abnue. 13. Mo. consono tibi. 17—20. AC. om. B. summa Deus trinitas. 20. Mo. regas.

2. Ca. renitens.

Pange lingua gloriosae lanceae praeconium.

Thes. I. p. 317. In Festo S. Lanceae.

Supplemus textum Breviarii Romani correctum:

Pange lingua gloriosae lanceae praeconium
quae reclusit pretiosae cataractae fluvium,
passo Christo dolorose pro salute gentium.

Hasta gazis praeoptata mundi pandit pretium,
cordis tactu praeparata fit sagitta fortium:
arma clavi sunt beata contra vires daemonum.

Dulcis hasta Dei latus spoliasti sanguine,
dulces clavi, qui reatus expurgastis flumine;
ut sit mundus emundatus et sanatus vulnere.

Hasta fulcit viatores et timentes animat,
et ostenso bellatores cordis succo roborat,
clavus firmat, et dat rores, pusillosque recreat.

Iesu victor inferorum, qui triumphas Lancea,
et virtute qui Clavorum restaurasti omnia:
fac, ut horum nos armorum muniant praesidia.

Adest nova solemnitas.

Neale Hymni p. 131. Ex Brev. veteri Parisiensi. In Susceptione Coronae Domini. Dominica I. August.

Adest nova solemnitas:
det Deo laudes debitas
fidelium devotio:
ut qui choro psallentium
dat pro corona gaudium,
coronam det pro gaudio.

Christe caput Ecclesiae,
qui transfers ad nos hodie
tui Coronam capitis:
sic exaudi nos, domine,
ut in arcto discrimine
coronemur pro meritis.

Iudaei, viri sanguinum
spinis coronant dominum,
eterni regis aemuli.
Pro nobis Dei Filius
fit hircus emissarius,
ferens peccata populi.

Gestat Coronam spineam,
vestem habens purpuream
rex in derisum traditur:
veneremus opprobrium,
per quod salus est gentium,
per quod coelorum aditus.

Signum praefert victoriae
Corona triumphalis:
simul et excellentiae
dignitatis regalis.
Sub umbra legis veteris
praesignata per cidaris
typum sacerdotalis.
Ista Corona fidei
Christi decet militem:
haec fidelis arca Dei
mentem facit divitem
divinitus
auro sancti Spiritus.
Sit cor tuum arca Dei,
ut thesaurum tantae rei
thesaurizet coelitus.

Sacrae Christi celebremus.

p. 266.

Sacrae Christi celebremus
Coronae solemnia,
et ipsius revocemus
ad mentem praeconia,
ut impleta comprobemus
legis vaticinia.

Inter vepres demonstratur
vervex haerens cornibus,
in quo Christus figuratur
coronandus sentibus:
Deus vivit: immolatur
homo pro hominibus.

Sina rubus inflammatur,
nec tamen comburitur:
ignis spinis coronatur
qui culpa consumitur:
nec laeditur, sed sacratur,
spina dum sic tangitur.

Arcam, mensam et altare
sertum ambit aureum,
et sculptura cingit mare
sacerdotum aeneum:
quae nunc Christi signant dare
diadema spineum.

Sponsum serto decoratum
Esaias meminit:
ad videndum coronatum
invitans Rex cecinit:
hoc Sibylla revelatum
sibi prosa concinit.

Gloria et honor Deo
usquequo altissimo:
una Patri Filioque,
inclyto Paraclito;
cui laus est et potestas
per eterna saecula.

Aeterne rex altissime.

p. 266.

Aeterne rex altissime,
reddens coronas perditas,
da Coronae sanctissimae
laudes proferre debitas.

Corona Christi capitis
membra coronat hodie,
honoribus exhibitis
concordet vox laetitiae.

Sertum signat victoriam,
qua Christus mortem expulit;
spinae nostram miseriam,
quam Caput noster sustulit.

Vitae coronam reperit
corona mortis anxiae.
quo mors soluta deperit,
datur triumphus gratiae.

Tu fructus trium seminum.
Iesu, corona virginum,
corona continentium,
coniugatorum praemium.

Recordare mater Christi.

De Compassione B. M. V.

Recordare, mater Christi,
quia hic, quem concepisti,
ex te pauper nascitur;
recordare, quia natus
et in foenum reclinatus,
carne circumciditur.

Recordare Simeonis,
per quem tuae passionis
gladius exprimitur;
recordare, quia eum
ad perdendum tanquam reum
Herodes persequitur.

Recordare cruciatus,
quo amissus a te natus
et a Ioseph quaeritur,
recordare, quia ductus
in Aegyptum et reductus
desertum ingreditur.

Recordare, quia lassus
viis, ventos, imbres passus
temptari permittitur;
recordare Sunamitis
aestus, pruinae, famis, sitis,
quibus crebro quatitur.

Recordare, quia plorans,
docens, sanans et laborans
a cunctis despicitur;
recordare, quia coena
facta turba cum bissena
traditur et venditur.

Recordare, quo moerore,
quo pavore, quo sudore
sanguis eius funditur;
recordare, quo tumultu,
quibus armis, quo insultu
nocte comprehenditur.

Recordare, quia vinctus
tanquam latro fune cinctus,
a ministris trahitur;
recordare, quia pilis
eius vulsis tanquam vilis
a suis relinquitur.

Recordare, quia trusus,
conculcatus et illusus
ter negatus scribitur,
recordare, quia datus
turbis, ut rex salutatus,
adoratus legitur.

Recordare, virgo bona,
quali serto, qua corona
caput eius caeditur;
recordare, quia Iesus
stans velatus, palmis caesus
prophetare cogitur.

Recordare, quod exutus,
flagellatus et consputus
purpura induitur;
recordare, quia veste
alba lusus inhoneste
ab Herode spernitur.

Recordare, quia gratis
accusatus ab ingratis,
tandem morti traditur;
recordare, quia iustus
condemnatur, et iniustus
Barrabas dimittitur.

Recordare, quia terrae
dominator crucem ferre
humeris conspicitur;
recordare, quia cruci
cum iniquis clavo truci
extensus affigitur.

Recordare, quod ut vermis
ligni tener et inermis
in ligno erigitur;
recordare, quod invictus
victor tanquam maledictus
sic pendere cernitur.

Recordare, quia poris
carnis ruptis vi doloris
cruor largus funditur;
recordare, quanto zelo
cruor illo tuo velo
roseus excipitur.

Recordare, quia gratum
corpus eius denudatum
per te mater tegitur;
recordare, quia gentes
blasphemabant, „vaeh! dicentes,
ut quid templum solvitur?"

Recordare, quo sermone
increpatur a latrone,
sors in vestem mittitur;
recordare potus fellis
et aceti, his buccellis
utrisque reficitur.

Recordare, quo fervore
„heli" clamans in dolore
se relictum queritur;
recordare, quo tremore
terrae, templi, cum clamore
vita mundi moritur.

Recordare, quo livore
unda manans cum cruore
latus eius foditur;
recordare, quo mucrone
pro dilecti passione
pectus tuum scinditur.

Recordare, per quem planctum
corpus illud sacrosanctum
de cruce deponitur;
recordare, quo conductu,
quanto fletu, quanto luctu
sepulturae traditur.

Per has ego virgo suas
passiones, immo tuas,
nos emunda sordibus,
ut felices cicatrices
Christi firmas dent radices
nostris fixae cordibus.

Mone II. p. 139.: *Dieses Lied scheint dem Laudismus s. crucis von Bonaventura op. 13, 335. nachgebildet, welcher auf ähnliche Art anfängt: Recordare sanctae crucis, und dasselbe Strophenmass hat. Dass der Dichter den Bonaventura gelesen, verräth V. 119, der aus ihm entlehnt ist. Auch die Zweisylbigkeit von pruina V. 23. ist der italienischen Metrik gemäss.*

In notissimo Mysterio de Decem Virginibus, quod nuper edidit L. Bechstein, fatuae Mariam alloquuntur cantico: Recordare virgo mater. Quamvis exordium aliquantulum differat ego suspicor cantilenam supra scriptam in mysterio illo cantatam esse.

Hora matutina Mariae nunciatur.

Thes. I. p. 339. De Compassione Mariae.

Finem facit Brev. Constantiensi Cursus de Beata Virgine secundum Chorum Constantiensem. In calce cuiuscunque horae posita est Compassio, i. e. stropha hymni supra scripti, atque conveniens oratio. 2. perfidis. 4. dum male. 6. singultibus. 7. pertulit. 8. ingemiscens. 9. hora audivit tertia. 10. viditque in. 11. mortis sententia.

12. trabe crucis valde oneratum. 13. hora vidit sexta natum. 14. in cruce lev. 15. ipsum sit. felle. 16. suam s. multum. 17. hora nona filium vidit. 18. audivit heli, heli voce m. 10. patri spiritum comm. 20. Sim. ensem, 23. continet virgo lacrimosa. 24. plangens unigenitum voce dolorosa. 26. M. aromata condit. 28. pretiumque f. 31. et sicut tu passa es mortis in agone. 32. conregnando me soc. fac cor.

Haec est dies triumphalis.

De Resurrectione Domini.

Haec est dies triumphalis,
mundo grata perdito,
dans solamen nostris malis,
hoste iugo subdito.
Haec est dies specialis,
tanto nitens merito,
quod peccati fit finalis,
mali malo irrito.

Duce fraudis demolito
terris pax indicitur,
et exhausto aconito
salus aegris redditur:
morte mortis morsu trito
vitae spes infunditur,
claustro pestis inanito
nefas omne pellitur.

Cum nos Christus fecundare
tanto vellet foedere,
et se morti gratis dare
pro reorum scelere,
iure decet hunc laudare
et ei consurgere,
Pascha novum celebrare
corde, voce et opere.

Flacius Illyricus. Poemata de Corrupto Ecclesiae Statu, Basil. 1556. p. 71.

O pater sancte mitis atque pie.

Thes. I. p. 263. De S. Trinitate.

O pater sancte, mitis atque pie,
o Iesu Christe, fili venerande,
paraclitusque spiritus o alme,
deus aeterne!

Trinitas sancta unitasque firma,
deitas vera, bonitas immensa,
lux angelorum, salus orphanorum
spesque cunctorum.

Serviunt tibi cuncta quae creasti,
te tuae cunctae laudant creaturae,
nos quoque tibi psallimus devoti,
tu nos exaudi.

Gloria patri sit omnipotenti,
deo trinno magno et excelso,
te decet hymnus honor laus et decus,
nunc et in aevum.

Mone I. p. 20. Exstat carmen in recentiori Carmelitarum Breviario. 13. 14. Gloria tibi omnipotens Deus, trinus et unus, magnus et excelsus.

Iesu nostra refectio.

In Festo SS. Sacramenti.

Iesu, nostra refectio,
panis, potus fidelium,
mel, melos, inbilatio
cordis, oris et animae.

Quae te vicit clementia,
ut nos in hac miseria
carne cibares propria,
iungens imis coelestia?

Tu redemptor, tu pretium,
tu nobis es convivium,
qui sanas nostrum vitium,
tu esto nostrum gaudium.

Qui nobis das tam dulcia
praegustando praeludia,
te frui des in patria
beata nobis gaudia.

Trino Deo et simplici
laus, honor, virtus, gaudia:
qui uno pane refici
det nos in coeli curia.

Neale Hymni p. 239. ex Ordine ecclesiae S. Frambaldi Sylvanectensis 1521.

Salve tropaeum gloriae.

Thes. I. p. 208. S. Andreas alloquitur Crucem.

Salve, tropaeum gloriae,
salve, sacrum victoriae
signum, Deus quo perditum
mundum redemit mortuus.

O gloriosa fulgidis
Crux emicas virtutibus,
quam Christus ipse proprii
membris dicavit corporis.

Quondam genus mortalium
metu premebas pallido,
at nunc reples fidelinm
amore laeto pectora.

En! ludus est credentium
tuis frui complexibus,
quae tanta gignis gaudia,
pandis polique ianuas;

Quae conditoris suavia
post membra, nobis suavior
es melle facta, et omnibus
praelata mundi honoribus.

Te nunc adire gratulor,
te caritatis brachiis
complector, ad coelestia
conscendo per te gaudia.

Sic tu libens me suscipe,
illius, alma, servulum,
qui me redemit per tuam
magister altus gloriam.

Sic fatur Andreas, crucis
erecta cernens cornua,
tradensque vestem militi
levatur in vitae arborem.

Trench p. 195.: *These stanzas form part of one of the eleven hymns which Cassander attributed to Bede, and published for the first time in his Hymni ecclesiastici, Paris 1556; and which appear again in the collected edition of Cassanders work referred to above. The last editor of the works of Bede, Dr. Giles, has not been able to find any Ms. containing these hymns, and though he has not excluded them, expresses (vol. I. p. CLXXI.) many doubts in regard of their authenticity. Whether they are Bede's or not, I musst express my dissent from the judgement of his editor in one respect, since, whatever may be the value of the poems as a whole, these lines at least appear to me to have a very real worth.*

Pange lingua gloriosi praesulis praeconium.

Thes. I. p. 308. De S. Nicolao.

Brev. Aberdon: 2. simus. 6. nec. 7. Nicolai. 8. ante. 9. habeat. 11. far recte. 12. qui timebant naufr. quod melius. 13. furtum qui. 16. Nicolai decus, honor, gloria. 18. vota.

Mone III. p. 463. (Hs. zu München Clm. 10909. des 15. Jahrh.) *Da die Hs. überall Nicholaus hat, so scheint das Lied in Italien gemacht.* (?) 1. Pange lingua Nicolai praesulis. 9. haberent. 11. far. 12. qui timebant naufragari. 19. virtus ac.

Primo proscriptos patria.

De S. Canuto. E Brev. Roschildensi. Paris. 1517. 8.

Primo proscriptos patria
parentnm imprudentia
ad praesens premunt propria
nos peccatorum pondera.

Alleviatur sarcina,
si non per nostra merita,
ob Martyris suffragia
cuins sunt haec solennia.

Dux ora regem gloriae,
qui sponsus est ecclesiae,
ut nos in eius corpore
servet in pacis foedere.

Parce Pater reatibus
patroni nostri precibus,
devictis cunctis hostibus
pax sit nostra temporibus.

In eodem Breviario alius legitur hymnus: Gaudet mater ecclesia, quae quidem prolis nescia. Omnia, quae ad cultum S. Canuti spectant, e Breviariis Roschildensi, Lundensi (Paris 1517. 8.), Slesvicensi (Paris 1512) congesta sunt in libro: Dänische Bibliothek etc. Drittes Stück. p. 50 sqq.

Agnes, agna, quae in laeta.

De S. Agnete. Neale Hymni p. 715 e Breviario Zamorensi MS.

Agnes, agna quae in laeta
agni domo habitas;
vanitate mundi spreta
in veras divitias
mente tota inhiasti;
debellasti, conculcasti
Satanae illecebras.

Passam funes, passam trahi
ubi demon habitat,
numen Regis Adonai
te potenter vindicat:
cum dementes in te dentes
acuerunt ut serpentes,
circumdat et liberat.

O quam felix chorus ille
quo nunc astas iugiter!
virginum quo mille mille
gaudent aeternaliter:
agnum, Agnes turrem spei
agnum Deum, agnum Dei
laudantes perenniter.

Aspera fient in plana
tuo supplicamine;
suo Emerentiana
baptizetur sanguine:
te miretur, gratuletur,
tecum digne copuletur
peracto certamine.

Regi saeculorum magno
decus atque gloria:
pari laude virtus Agno
sit atque victoria:
et ab omni creatura
laus Paraclito sit pura
qui nos replet gratia.

Ave virgo generosa.

De S. Agatha.

Ave virgo generosa,
sponsa Christi Agatha,
cuius fragrant velut rosa
virtutum aromatâ.

Cuius mens sic solidatur
fidei fundamine,
ut nequaquam moveatur
metu vel blandimine.

Aspernaris Quintianum,
execraris idola,
omne despicis mundanum
tu felix Christicola.

Salve mitis et benigna,
mente fervens Agatha,
nobis linquens fide digna
exemplorum dogmata.

Christi fida tu ancilla,
quam tyrannus impius
dire torsit in mamilla,
quam praescidit acrius.

Carcerique mancipavit,
sed in Christi nomine
te divino mox sanavit
Petrus medicamine.

Gaude fortis et honesta
triumphatrix Agatha,
quae pro Christo fers molesta
passionum stigmata.

Volutaris super testas
et carbones ignium,
terrae motus tunc infestas
turbas necat gentium.

Inde carcerem subisti,
unde post victoriam
pretiosa martyr Christi
veheris ad gloriam.

Vale decens forma morum,
lux virtutum Agatha,
tumulanda angelorum
turmis es circumdata.

Dant ad caput continentem
tabulam marmoream
quod honorem Deo, mentem
sanctam et spontaneam.

Ignis vorans tui velo
tumuli restringitur,
virginum te nunc in coelo
sponsus circumplectitur.

Eia clemens et beata,
pia dulcis Agatha,
prece confer mihi grata
pneumatis charismata.

Per te culpae deleantur,
augeantur gratiae,
et in morte propellantur
potestates noxiae.

Me de mundo transfer isto
coeli ad agalmata,
ut in aevum fruar Christo
tecum gaudens Agatha.

Mone III. **176**: *Hs. zu München Clm. 3012. f. 79. 15. Jahrh. Reichenauer Pap.-Hs. No. 36. Bl. 196. zu Karlsruhe, aus dem 15. Jahrh. Das Lied ist von dem Prior Konrad von Gaming und nach dem Muster seiner Mariengrüsse angelegt. Die fünf Grüsse, ave, salve, gaude, vale, eia stehen jedesmal am Anfange von zwölfzeiligen Strophen und im zweiten Verse einer jeden solchen Strophe kommt der Name Agatha vor. Es gehören also eigentlich 12 Verse zu einer Strophe, die dreitheilig gebaut ist.*

Festum nunc celebre.

Thes. I. p. 326. De S. Dorothea.

Brev. Constant. 2. servet. 4. pangat. 7. cytharea,

recte. 8. conscendit. 29—35. ante 22—28. 24. virgis et. 32. multis, recte. 35. pro Christo spernens idola.

Christe salvator pietatis auctor.

De S. Fridolino.

Christe salvator, pietatis auctor,
iure laudaris famulorum odis,
laeta quos praestas celebrare festa
temporis huius.

Instat en solis revolutus orbis,
quo petit coelos Fridolinus herus
atque sanctorum numero locatus
gaudet abunde.

Cuius obtentum rogitans benignum
si quis accedit prece cum fideli,
sentit effectum retinere votum
dante beato.

Ergo submissi, Fridoline sancte,
quaesumus, nobis veniam preceris,
ut pio tecum liceat per aevum
vivere Christo.

Praestet hoc nobis deitas beata
patris ac nati, pariterque sancti
spiritus, cuius reboatur omni
gloria mundo.

Mone III. **309**: *Hs. zu Basel E. II. 4. p. 29. aus dem 15. Jahrh. Der Sprache und dem Versmass nach ist dies Lied viel älter als die Handschrift. Es steht auch bei Colgan. acta Sanctor. Hibern. p. 489. und im Breviarium Basileense des 15. Jahrh.*

Hymnis perdulcibus Magni praeconia.

Thes. I. p. 323. De. S. Magno.

Breviarium Aberdonense: 2. corde. Anno **1848** loca martyrii S. Magni visitavit Nealius: qui ea descripsit in libello cui titulus: „A summer pilgrimage to S. Maughdd et S. Magnus.“ — Is sancti comitis nomen et adhuc vivere inter Orcadenses testatur: qui Calviniani licet per S. Magni ossa etiamnunc iurant. Ecclesia S. Magni Cathedralis sola (Glasguensi excepta) Scotiae furorem reformationis evasit.

Crux fidelis terras coelis.

In Festo Inventionis S. Crucis.

Crux fidelis terras coelis
miro nectens foedere,
nos in laude tua gaude
devotos incedere.

Crux est thronus in quo bonus
pastor oves redimit;
crux fecundat, crux emundat,
crux hostem interimit.

Crux est signum, quod est dignum
conservare perditos:
crux est dies per quam quies
redditur ad timidos.

Crux est satis fida ratis,
crux est horror daemonum.
crux est scutum nimis tutum
et trophaeum militum.

Ara crucis, lampas lucis,
vera salus hominum,
nobis pronum fac patronum,
quae tulisti dominum.

Salve lignum vitae dignum
ferre mundi pretium:
confecisti plebi Christi
crucis beneficium.

Neale Hymni p. 182. e Brev. Bracharensi. Habebatur et partim in Sarisburiensi.

O Christi mater fulgida.

Thes. I. 285. De Visitatione B. V.

O Christi mater fulgida,
scatens fons omni gratia,
lux pellens quaeque nubila,
Maria venustissima.

Gestans quae castimonia
intacta patrem filia,
virgo monarcham inclita,
genitrix pudicissima.

Tua prece hanc miseram
pusillamque plebiculam
sublева per auxilium,
quae iacet nexu criminum.

O advocata strenua,
hostem nostrum extermina,
depelle quaeque noxia,
impetra coeli gaudia.

Sit Deo patri gloria
Iesu Christoque filio,
spiritui paraclito,
trino et uni domino.

Festum matris gloriosae.

Thes. I. p. 310. De Visitatione B. M. V.

Brev. Aberdonense: **14.** auctorem. **18.** ut recte monet Nealius legendum viae.

De sacro tabernaculo.

Thes. I. p. 285. In Visitatione B. M. V.

Mone II. p. 116. (Hs. zu Stuttgart Brev. 101. 15. Jh.) 6. apperiat, perperam. 7. et pietas culmine. 15. hunc. adorat. 17. cum iub. 20. fuisti. 22. naturae mutans. 28. nos visites.

En miranda prodigia.

Thes. I. p. 285. In Visitatione B. M. V.

Mone II. p. 117: (Hs. des Lyceums zu Konstanz, 15. Jahrh.) 2. iam. 4. sacratissima. 8. viscera.

Salutat matrem Domini
mater vatis mirifici,
et vates cum praeconio
reddit salutes Domino.

Laudemus et nos Dominum,
Patrem et Patris Filium,
sanctum quoque Paraclitum
nunc et per omne saeculum.

Assunt festa iubilaea.

Thes. I. p. 285. In Visitatione Mariae.

Assunt festa iubilaea,
in Mariae nunc gaudia
tota psallat ecclesia
devota laudum dramata.

Cuius sacrata viscera
coeli invisit gratia,
ut esset virgo gravida,
thori virilis nescia.

Haec paranympho dum credit,
sacrum hanc pneuma replevit,
alvus tumescit et gerit
verbum patris, quod meruit.

Confestim montes adiit,
Elisabeth salutavit,
obviis eam suscepit
ulnis, stringit et circuit.

Sacri iunguntur uteri
mitesque sui domini
potentiam dum percipit,
hunc exultando suscipit.

Clamat anus cum iubilo,
plena sancto paraclito:
„beata tu in filio,
quae credidisti domino!“

Exultet coeli regia
et mundialis machina,
abyssus atque maria
laudent Deum per saecula.

Patri summo cum filio,
spiritui quoque sancto
sit sempiterna gloria
in unitate solida.

Mone II. p. 115.: Hs. zu Stuttgart Brev. 101. f. 74. 15. Jahrh.

Lucis huius festa.

Thes. I. p. 305. De S. Anna.

Lucis huius festa
colat plebs honesta:
Deum coeli dignis
confrequentans hymnis.

Mater matris Christi
ex hac vita tristi
migrans fide bona
sumpsit vitae dona.

Annam sic expresse
fudit radix Iesse,
ut sit mater matris
nati Dei Patris.

Ex hac carnis planta
surgit Virgo sancta:
ex hoc fluit fonte
lapis caesus monte.

Coelo iam sublata
mulier beata
suo nos precatu
purget a reatu.

Trino laus et uni
Deo sit communi,
in quo vivit pia
Anna cum Maria.

Neale Hymni p. 192. e Brev. vetere ecclesiae Parisiensis. Mone III. p. 189. e Cod. Lycei Constantiensis saec. XV. et Brev. Moguntino eiusdem saeculi. **6.** ex hoc mundo. **8.** sumit. **23. 25.** vivit Anna simul cum Maria.

Exultet laudibus sacrata concio.

Thes. I. p. 322. In Transfiguratione Domini.

Exultet laudibus sacrata concio,
coeli agminibus iuncta tripudio,
pro Verbi gloria, quo splendent omnia,
terra, pontus et aethera.

Promissus panditur fratrum de medio,
Patris cum labitur vox de fastigio,
dicens hunc Filium, doctorem coelicum,
audituque dignissimum.

Ut sponsa succidit pro fratris semine,
quae a viro linquitur carente filiis,
mandante Domino in monte Moisi
calceamentum solvere.

Formosus specie prae natis hominum,
vestitus gloria fit Sponsus Sanguinis;
o res mirabilis! gubernat omnia
celsus, pauper et humilis.

Te, trina Deitas, unaque poscimus,
sic nos tu visites, sicut te colimus,
per tuas semitas duc nos quo tendimus
ad lucem, quam inhabitas.

Nealius Hymni p. **196**. (e Brev. Fratrum Humiliatorum): *Hic, ut duo sequentes hymni (Novum sidus exoritur, O nata lux de lumine), ad normam eorum compositi sunt, quos protulit S. Thomas Aquinas in Festum Corporis Christi. Respondent Gaude mater pietatis, et Pange lingua gloriosae; Exultet laudibus sacrata concio, et Sacris solemniis iuncta sunt gaudia: Novum sidus exoritur, et Verbum supernum prodiens.* — At vero carmen O nata lux iam undecimo ferebatur saeculo p. **161**.

Caelestis formam gloriae.

Thes. I. p. 290 In Transfiguratione Domini.

Caelestis formam gloriae,
quam spes quaerit ecclesiae,
in mente Christus indicat,
quo supra solem emicat.

Res memoranda saeculis,
cum his tribus discipulis,
cum Moyse et cum Helia
grata promit eloquia.

Assistunt testes gratiae
legis atque prophetiae,
de nube testimonium
sonat patris ad filium.

Glorificata facie
Christus declarat hodie,
quis sit honor credentium
deo pie fruentium.

Visionis mysterium
corda levat fidelium,
unde solemni gaudio
clamat nostra devotio:

Pater cum unigenito
et spiritu paraclito
unus nobis hanc gloriam
largire per praesentiam.

Mone I. p. 85. e codice Monacensi Clm. **5510**.

Gaude mater pietatis.

In transfiguratione Domini.

Gaude mater pietatis in valle gementium,
pro ducatu dignitatis Christi regis omnium,
quo dilecta praedotaris in culmine montium.

Ubi patres praecellentes in mortali corpore
admirantur assistentes de tam grandi munere,
divinum lumen cernentes in creato lumine.

Quod vertices prophetarum praecolunt devotius,
Moyses lumen praeclarum legis datae coelitus
et Helyas iubar rarum zelo dei fervidus.

Praesentia deitatis declaratur provide,
in audita voce patris de supremo culmine
et spiritu veritatis formae nubis lucidae.

Genitori genitoque etc.

Mone I. p. 84. e charta Friburgensi. (F) Neale Hymni p. 194. e Brev. Fratrum Humiliatorum. (H) — 4. H. ibi. 5. F. admiranda. 8. H. lumen Moyses lumen clarum. 9. F. z. magnum. 14. F. germine.

Novum sidus exoritur.

Thes. I. 290. De Transfiguratione Domini.

Novum sidus exoritur
Christi pia clementia,
quo tenebrosa premitur
inimici saevitia.

Insurgere cum nititur
malignitatis spiritu,
ex adverso resistitur
praepotenti exercitu.

Roborantur in acie,
intuentes signaculum,
desistentes militiae
ut assequantur bravium,

Pro quo se cunctis obiicit
beatum in mysterio
Christus, ut tandem perficit
regnans in coeli solio.

Gloria tibi, domine,
potestas et imperium,
qui certantibus hagie
aperte monstras praemium.

Mone I. p. 83. e codice Confluentino. (C) Neale Hymni p. 197. e Brev. Fratrum Humiliatorum. (H) — 11. H. desudantes. Mo. decertantes. 12. H. ut bravium corripiant. 13. C. obiiciunt.

Coeli cives applaudite.

Thes. I. p. 293. De S. Augustino.

Coeli cives applaudite,
et vos Fratres concinite,
Patris nostri solemnia
anni reduxit orbita.

Hinc ergo psalmi resonent,
hinc lectiones concrepent,
et hymnorum dulcisona
multiplicentur cantica.

Quod lingua foris personat,
intus affectus sentiat,
nec imitari pigeat
quod laudare mens approbat.

Hunc post mundi pericula
coeli suscepit curia,
quem cum servis fidelibus
iam coronavit Dominus.

Conemur totis viribus,
iungamus preces precibus,
ut Augustini meritis
coeli fruamur gaudiis.

Quaesumus auctor omnium etc.

Mone III. p. 206: 4. solis. 16. salutavit. Et is hymnus in recentioribus Praemonstratensium Breviariis obvius est.

O rubentes coeli rosae.

De XI. Millibus Virginum.

O rubentes coeli rosae,
speciosae, generosae,
undena florum millia,
o caterva virginalis,
quae sub sponsi grandis alis
candore vincis lilia!

Vos vocavit et amavit
sponsus, qui per vos prostravit
hostem pudicitiae,
novum melos super coelos
modulantes et sequentes
agnum innocentiae.

Cum Maria matre pia
hymnizantes melodia,
finem dantes luctui,
vos, beatae, nunc oramus,
preces date, supplicamus,
benedicto fructui,

Ut peccatis emundati
ac virtute decorati
de mundi naufragio
liberemur et a dira
saevientis hostis ira
vestro cum auxilio,

Ut, cum instat mortis hora,
liberati sine mora
daemonis ab impetu
mox in caelos ascendamus,
et vobiscum gaudeamus
sponsi de intuitu.

Mone III. 537. e Cod. Basileensi saec. XV.

Fratres unanimes foedere nexili.

Thes. I. p. 272. De S. Martino:

Fratres unanimes foedere nexili
mecum participes luminis annui,
quo solis hodie fulminat orbita,
Martini revehens festa celebria.

Cantemus pariter carmen amabile,
Martini meritis oppido nobili,
clerus cum populo consonet organo,
grandi nam volupe est psallere gaudio.

Martinus quoniam vota fidelium
transcendens tribuit cuncta salubria,
confert hic famulis rite canentibus
stellis aureola serta micantibus.

Cunctis candelabrum luminis extitit,
a multis tenebras mortis et expulit,
virtutum statuit crescere germina,
in quorum fuerant pectore crimina.

His nos subsidiis undique praediti
pangamus proprio cantica praesuli,
laudemus parili voce, quod approbat,
damnemus vigili mente, quod improbat.

Martinum precibus gens modo Gallica,
dignis solicitat nostra et Germania.
Martinus faciat tempora prospera,
mundi Christe salus, o tibi gloria.

Et hodie cantatur hymnus in Dioecesi Moguntina, quae S. Martinum patronum colit primarium. Officia propria Mogunt. 1853. Pars aut. p. 27.

Ave matrona nobilis.

De S. Elisabeth.

Ave matrona nobilis,
Elisabeth regina,
ad bonum opus mobilis
ex gratia divina.

Aetatem mornm studio
in primas transscendebas,
infantium praeludio
te Deo prosternebas.

Pauperculis tu decimas
de lucris erogabas,
sic ad orandum plurimas
frequenter instigabas.

Lascivos usus vestium
choreasque sprevisti,
divinumque officium
devotius audisti.

Iam coniux fles in precibus
et gaudes in dolore,
te in despectis actibus
humilias labore.

Verberibus, ieiuniis
tu corpus macerabas,
nocturnisque vigiliis
tu Deum exorabas.

Quae bona conscientia
nequibas manducare,
cum gravi abstinentia
malebas recusare.

Tu exhibes pauperibns
te matrem pietatis,
bis ternis in operibus
humanae largitatis.

Famentem pascis populum,
das nudis tegumentum,
auxisti prece poculum
pro pastu sitientem.

Tu languidos officio
materno focillabas,
tu colligis hospitio,
tu mortuos humabas.

Orbata viro, propriis
privata rebus spreta,
affecta contumeliis
perseverabas laeta,

In Dei laude iugiter,
ei grates reddendo,
et paupertatis dulciter
defectus sustinendo.

Hinc et obedientiam
cum habitus despectu
perennem continentiam
amplecteris affectu.

Tu impetrabas precibus
contemptum mundanorum,
subserviebas omnibus
humilitate morum.

Quis cordis tui iubilum
novit, quo iam ridebas,
et alternatim nubilum,
quo lacrymas fundebas?

Consolabaris crebrius
coelesti visione,
tu alios ardentius
flammas oratione.

Infantum immunditias
aegrorumque foetorem
tu aestimas delicias,
aromatis odorem.

Dum Christus tui meminit,
ut sursum invitaret,
avicula mox cecinit
quae laeta nuntiaret

Finem habens mirificum
tu satanam fugabas,
defuncta aromaticum
odorem exhalabas.

Auditur volatilium
vox dulcis melodiae,
auditur vox coelestium
suavis symphoniae.

Ob pietatis opera
tu oleo manasti
post mortem, et innumera
miracula patrasti.

Dignare intercedere
pro me, pia matrona,
ut Christus mihi vivere
det iuxta sua dona.

Carnem discrete premere,
cor sursum elevare,
me pietatis opere
semper exercitare.

Per ardens desiderium,
per spretum terrenorum,
Elisabeth, ad gaudium
perduc me beatorum.

Mone III. 283 sq. e codd. sc. XV. *Wahrscheinlich von dem Prior Konrat von Gaming, in dessen Liederschatz dieses Gedicht steht.*

O Dei sapientia.

Thes. I. 299. Mone II. 30. In Praesentatione Virginis.

O Dei sapientia,
attingens cuncta fortiter,
humanis lapsus vitia
sublevasti suaviter.

Sumpsisti formam hominis,
in qua mortem susciperes,
ex alvo nascens virginis,
ne consors culpae fieres.

Servans matrem a fomite
labis, dum alvo clauditur,
plenaque donis inclite
ut stella fulgens oritur.

Amoris dans indicia
certa tam efficaciter,
tota nostra praecordia
ad te traxisti dulciter.

Aeterni patris ordine
in templo virgo conditur,
ubi mira dulcedine
contemplando perfruitur.

Orationi dedita
et divinis obsequiis,
a mundo prorsus abdita
arcanis vacat studiis.

O mira redundantia
gratiae datae virgini,
qua cuncta sunt fragrantia
et grata summo numini.

Mens, lingua, caro, spiritus,
sensus, affectus, actio
electam monstrant coelitus
te matrem Dei filio.

Gloria tibi Domine,
qui natus es de virgine,
idem manens in numine
patri cum sancto flamine.

Pange lingua gloriosae.

De S. Catharina V. M. Neale Hymni p. 210 e Breviario Sylvanectensi.

Pange lingua gloriosae
virginis martyrium;
gemmae iubar pretiosae
descendat in medium;
ut illustret tenebrosae
mentis domicilium.

Virgo poenis iam attrita,
rotarum patibulo
praesentatur, praemunita
fidei signaculo;
genuflectit: orat ita
circumstante populo.

Ut confirmes spem tuorum
et honorem nominis,
et elidas superborum
vim virtute numinis,
struem Deus hanc lignorum
ictu frange fluminis.

Vox completur: mox iunctura
rotarum dissolvitur:
astans molis expressura
populi pars sternitur:
pars baptismum susceptura
virgini coniungitur.

Fide fidens occultata
regia vox emicat!
deos regis detestata
Christum regem praedicat:
tortis mammis cruciata
spe constanti dimicat.

Decollari cum iubetur
caput offert gladio:
petit sibi suffragetur
virginis oratio:
ex defectu ne fraudetur
palmae suae praemio.

Huius et nos imploremus
devote suffragia:
mentes ita conformemus
Catharinae gratia,
ut reginae conregnemus
in coelesti patria.

Mone III. p. 368 habet hymnum de S. C. trium stropharum, ex quibus prima concordat cum supra scripta.

Christe salvator omnium.

Thes. I. p. 300. De S. Catharina.

Christe salvator omnium,
victorum spes et praemium
exaudi preces supplicum
hoc festo te colentium.

Haec virgo proles regia,
contemnens mundi gaudia,
contendit ad coelestia,
martyr est egregia.

Haec virgo Christum induens,
mentem divinis imbuens,
argumentis rhetoricis
vim tulit sophisticis.

Nam turba philosophica
credit, vincit Theorica,
succumbit Dialectica,
elinguis fit Rhetorica.

Regina gustu fidei,
chori consors aetherei,
pro consensu Porphyrii
palmam subit martyrii.

Orare virgo sinitur
quod petit, adipiscitur,
nam omni salus redditur
per quem hoc festum agitur.

Cervicem praebet, caeditur,
Lac pro cruore funditur,
Ab angelis deducitur
In monte Sina conditur.

Nunc ergo, iudex hagie,
nos virginis egregiae
festum colentes hodie
tuae reforma gratiae.

Mone III. p. 359. Hs. zu Karlsruhe von 1493. In libro Ludeci. 6. mundi c. 7. conscendit. 8. quae m. e. 12. tollit et. 13. mox. 14. cedit. 18 om. fit. 19. cum c. 21—28 omissa. 30. eximiae.

Iesu dulce medicamen.

Ad Iesum.

Iesu, dulce medicamen
esto cordis consolamen
pietatis gratia;
mentis da tranquillitatem
atque veram pietatem
pia conscientia.

Cogitatus, intellectus,
motus semper et affectus
tua providentia
incessanter foveantur,
ad te semper dirigantur
cordis desideria.

Iesu, dulcis mi salvator,
orbis pius reparator,
qui mira clementia
corpus tuum venerandum
tradidisti trucidandum
ad crucis supplicia.

Potestatem praebens pravis
laniandi membra clavis
dirisque verberibus,
corpus sinens sic artari,
ut valerent numerari
ossa cum lateribus.

Iesu clemens, ob amorem,
dirae mortis qui languorem
te fecit suscipere,
tuam quaeso pietatem
meam dele pravitatem
bonitatis munere.

In adversis patientem,
in dolore fac gaudentem
tua me clementia,
in secundis temperatum,
in moerore non turbatum,
laetum in iniuria.

Iesu, fons dilectionis,
iugis tuae passionis
mihi da memoriam,
fideique firmitatem
et perfectam caritatem
speique fiduciam.

Fac me vitiis mundatum
et virtutibus dicatum
post praesens exilium
ad iocundum beatorum
civiumque supernorum
venire consortium.

Mone I. p. 35: *Reichenauer Pap.-H. No. 36. Bl. 36, b. Ein schönes Lied durch seine Innigkeit und wohlgeordnete Anlage, die eine edle Haltung giebt. Das Lied hat vier Paar Strophen, jedes fängt mit einer andern Eigenschaft Jesu an. Iesu dulce medicamen — Iesu dulcis mi salvator — Iesu clemens ob amorem — Iesu fons dilectionis, welche Gedanken in dem Strophenpaar ausgeführt werden.*

Gaudium mundi, nova stella coeli.

De Maria Matre Domini.

Gaudium mundi, nova stella coeli,
procreans solem, pariens parentem,
da manum lapsis, fer opem caducis,
virgo Maria.

Te Deo factam liquet esse scalam,
qua tenens summa petat altus ima,
nos ad excelsi remeare coeli
culmina dona.

Te beatorum chorus angelorum,
te prophetarum et apostolorum
ordo praeclarus sibi cernit unam
post deitatem.

Aula coelestis speciosa regis,
fulta septenis sophiae columnis,
quem nequit totus cohibere mundus,
claudis in alvo.

Quem tremunt coeli, metuunt abyssi,
fluminum guttae, maris et procellae,
laudat occasus, veneratur ortus,
stringis in ulnis.

Lacte nutritur cibus angelorum,
fertur innuptae gremio puellae,
qui sua late ditione terrae
pondera librat.

Sit decus summo sine fine Christo,
sancta quem virgo genuit Maria,
qui patri compar flaminique sancto
regnat in aevum.

Thes. I. p. 226. Mone II. p. 62: *Hs. der Ambrosianischen Bibliothek zu Mailand, F. 13. des 15. Jahrh. Das Lied ist von Petrus Damiani und steht in seinen Werken Carm. No. 47. in assumptionem ad vesperas.* — In recentiori Carmelitarum Breviario in Assumptione. 6. petit. 10. 11. te sacri vates et apostolorum ordo praelatam cibi cernit unam. 23. latae. 27. spiritui sancto.

Celsorum civium inclita gaudia.

De S. Raphaele Archangelo.

Celsorum civium inclita gaudia
canamus socii factaque fortia,
nam decet animus ut canat dulcius
coelorum laudes principum.

Hi sunt precipui regnorum presides;
arcendo demones nunquam sunt desides;
resistunt emulis ut fortes milites
gygantum genus optimum.

Presunt hi proeliis more iuvantium,
impugnant spiritus sine vecordia;
concurrunt conciti, mens bene conscia
reportet ut victoriam.

Quae vox, quae poterit scriptura texere
quae sanctis angelis dantur in munere?
ut suos milites possint protegere
ac recto tramite celo dirigere?

Te summa Deitas devote poscimus,
ut culpas singulas et poenam auferas:
cum sanctis angelis nostra sit gloria
per cuncta semper secula.

Neale Hymni p. 212. Ex Brev. Herfordensi (Hereford).

En castitatis lilium.

In Communi Plurium Virginum. Ex Brev. Aberdonensi.

En castitatis lilium,
rex virginum sanctissime,
tu custos pudicitiae,
fraudes repelle daemonum.

Tu castis in visceribus
placaris devotissime:
nostras reatus dilue
dimittens quae peccavimus.

Gaudentes festum colimus
sanctarum Christi Virginum,
quae puro corde Dominum
secutae sunt in laudibus.

Grates precantes agimus:
erramus, viam dirige:
tu Pater indulgentiae
nobis, quaesumus, succurre.

16. l. succ. nob. quaes.

Cur mundus militat sub vana gloria.

Thes. I. p. 379. De contemptu mundi.

Prima vice carmen (cum aliis eiusdem argumenti consociatum) sub Bernardi Clarev. nomine excusum est Parisiis **1496** per Felicem Baligault. Porro sub Bernardi nomine publicavit Bernardus Bauhusius in Pergula spiritualis melodiae Antwerp. **1627**. **1630** apud Hieronymum Verdussen. Dehinc Carolus de Visch in Bibliotheca Scriptorum Sacri Ordinis Cisterciensis etc. Coloniae **1656** iterum S. Bernardo tribuit rhythmos p. 45—48 excusos: O miranda vanitas*), Dic homo cur abuteris, Cum sit omnis homo foenum. Denique ex Vischii Bibliotheca Mabillon carmina in S. Bernardi editionem transscripsit.

At vero interea alium carminis auctorem designavit Lucas Waddingus in Annalibus Minorum, dico Iacobum de Benedictis. Adstipulati sunt Waddingo Wharton in Appendice ad Histor. Litt. G. Cavei p. 5. 6., Matth. Raderus in Viridario Sanctorum, Mohnike (Kirchen- und literarhistorische Studien und Mittheilungen p. 375 sqq.): *Es ist dies Lied ganz in dem Sinne des Jacoponus gedichtet, und ich trage kein Bedenken, es unserm Dichter beizulegen.* Trench p. **244**: *Jacobus de Benedictis, or familiarly Jacopone, to whom*

*) Cui male adsutum est carmen nostrum Cur mundus militat. Du Méril Poésies populaires latines du moyen âge p. 125: *De Visch, Mabillon et Leyser y ont réuni un second poème sans faire attention que le rhythme est différent, puisque le premier hémistiche n'y a que six syllabes au lieu de sept. Cette erreur est d'autant plus étrange que Leyser dit, p. 422, avoir vu dans la bibliothèque de l'Académie de Juliers un ms. qui contenait seulement la seconde partie.*

the fellowing poem in all probability appartains etc. Contra Leysero (p. 421 sq.) alia plaouerunt: *Iacoponus ex eodem Rhythmo (S. Bernardi) collegit versus magis fervidos, frequenter decantare solebat atque hinc factum est, ut auctor putaretur eorundem versuum.*

Tandem ad duo praeclarissima nomina accedit tertium. Io. Baleus de illustribus Britann. scriptoribus Cent. III. p. 253 sq. carmen compositum esse refert ab Gualtero Mapes, Archidiacono Oxoniensi.

Mohnike l. c. p. 376: *Nach Andern ist der Engländer Walther Mapes, Archidiaconus zu Oxford, im 12. oder 13. Jahrh. († 1197), gleichfalls ein freimüthiger Enthüller des verderbten Zustandes der Kirche seiner Zeit, der Verfasser dieses Liedes; nach Rambach's Angabe werden ihm von Einigen die sämmtlichen drei gedachten Lieder beigelegt. Zu dieser Meinung hat vielleicht der Umstand mit Veranlassung gegeben, dass das erste dieser Lieder, wenn man den einen fehlenden Reim ausnimmt, in demselben Rhythmus gedichtet ist, den die bekannte von Bürger übersetzte Cantilena potatoria hat, welche man gleichfalls dem Walther Mapes zuschreibt.* — Sed haec sane non idonea videntur, quae labefactare possint Balei sententiam. Wright in libro suo Poems commonly attributed to Walter Mapes p. 147. carmen recepit.

Ut quae ego sentio paucis aperiam, non existimo S. Bernardum carminis patrem. Patet enim ex Mabillonis dubitatione, in codicibus Sancti Doctoris carmen non exstare, atque omnino non verisimilis est opinio, Bernardum in carminibus sacris canendis saepius fuisse occupatum. Utrum Iacoponus hymnum cecinerit an Gualterus, vix est qui luculenter et argumentis, quae persuadere possint, demonstrare queat.

Addimus Thesauro scripturam membranae Helmstadiensis apud Leyserum (H), nec non quae adnotarunt Mohnike (M) ac Trench (T). 7. H. falsus in praemiis. Interserenda est strophis secundae et tertia alia:

Magis credendum est viris fallacibus,
quam mundi miseris prosperitatibus,
falsis insomniis et voluptatibus,
falsisque studiis et vanitatibus.

T: *But the viri fallaces do themselves constitute the world so that, the two things being identical, there cannot well be a comparison between them. Mohnike (1, 377) proposes to read ventis; yet better still is a later suggestion which he makes (2, 177) vitris fallacibus. It is evident, as he observes,*

that Opitz, in his grand old German translation of the hymn, must have had this reading before him, for he writes: Lieber will ich Glauben setzen Auf ein Glas, das bald zerfällt, Als mich trösten mit den Schätzen Und dem Glücke dieser Welt (Geistliche Poemata Edit. 1639 p. 232). — Pro insomniis l. insaniis. 14. M. in suo exemplari legit dives splendidus: *Der ganze Zusammenhang scheint nicht sowohl die parabolische Person des Reichen im Evangelio, sondern vielmehr eine namhafte historische Person zu fordern.* 16. M. al: plenus. 9—16. Confert Du Méril Bernardi Morleiensis locum:

Est ubi gloria nunc, Babylonia? sunt ubi dirus
Nabuchodonozor et Darii vigor, illeque Cyrus?
Nunc ubi curia pompaque Iulia? Caesar, obisti;
Te truculentior, orbe potentior ipse fuisti.
Nunc ubi Marius atque Fabricius inscius auri?
Mors ubi nobilis et memorabilis actio Pori?
Diva philippica, vox ubi coelica nunc Ciceronis?
Pax ubi civibus atqne rebellibus ira Catonis?
Nunc ubi Regulus, aut ubi Romulus, aut ubi Remus?
Stat rosa pristina nomine, nomina nuda tenemus.

22. M. al: sunt eius. Sic Rambach. 23. H. distrahunt. 24. H. educunt — rura, quod rectum puto. Rambach homines. 26 T: *Some editions read O roris vanitas, while others O nox, o vanitas, ac indeed throughout the hymn the text is very far from accurately fixed. Mohnike suggests O flos, o vanitas, with allusion to such scriptural passages as Job XIV, 2; Ps. CIII, 15; Isai. XXVIII, 1. 4; 1 Pet. 1, 24. Yet this image the poet seems to have reserved for the second line of the next stanza; while the earliy drying up of the morning dew is also a scriptural image for that which quickly passes away and disappears (Hos. VI, 4; XIII, 3); and one appearing in medieval as indeed in all poetry. Thus the author of the Carmen Paraeneticum, sometimes ascribed to St. Bernard.* (Opp., v. 2, p 910, Bened. ed.):

Quam male fraudantur, qui stulte ludificantur,
qui propter florem mundi vanumque decorem,
qui prius apparet quasi nos, et protinus aret,
vadit in infernum, perdens diadema supernum.

27. Rambach: ignorans. 28. H. poterit. 29. T. carnis, — T. strophas hoc ordine ponit: 1. Cur mundus. 2. Plus fide. 3. Credendum. 4. Quam breve. 5. O esca. 6.

Haec carnis. 7. Nil tuum. 8. Dic ubi. 9. Quo Caesar. 10. Tot clari.

Gravi me terrore pulsas vitae dies ultima.

Thes. I. p. 224. De Die Mortis.

Neale Mediaeval Hymns p. 33: This awful hymn, the Dies irae of individual life.

Königsfeld p. 112 sq. ex Processionario Ordinis Praedicatorum, Venet. 1572. 5. aegre. Post stropham tertiam interserit hanc:

Ecce diversorum partes confluunt spirituum,
hinc angelicae virtutes, illic turba daemonum,
illi propius accedunt, quos invitat meritum.

13. sinum. 14. apta. 14. poenitentia. 16. hinc. 20. pervolvitur. Stropham septimam excipiunt sex, quae in vulgatis haud leguntur:

Sed egressa durum iter experitur anima,
qua iucursant furiosa dirae pestis agmina,
et diversa suis locis instruunt certamina.

Nam hic incentores gulae, illic avaritiae,
alibi fautores irae, alibi superbiae:
vitii cuiusque globus suas parat acies.

Iam si cedat una turma, mox insurgit altera;
omnis ars tentatur belli, omnis pugnae machina,
ne ab hostium pudore sic evadat anima.

O quam torva bellatorum monstra sunt feralium!
tetri, truces, truculenti, flammas efflant naribus,
dracontea tument colla, virus stillant faucibus.

Serpentinis armant spiris manus doctas proeliis;
his oppugnant adventantes telis velut ferreis;
his, quos attrahunt, aeternis mancipant incendiis.

Quaeso, Christe, rex invicte, tu succurre misero!
sub extrema mortis hora cum iussu obiero,
nullum in me ius tyranno praebeatur impio!

Audi tellus, audi magni maris limbus.

Thes. I. p. 350. Canticum de Morte.

Haec quoque cantio, id quod Monius indagavit, retractatum amplificatumque vetustius carmen est, cuius origo ad

ad saeculum XI. referenda. Mone I. p. **403** eius carminis hoc fragmentum publicavit:

Audi tellus, audi
magni maris limbus,
audi homo, audi omne
quod vivit sub sole:
veniet, prope est
dies irae, dies invisa,
dies amara,
in qua coelum fugit,
sol erubescit,
luma fugabitur,
dies nigrescit,
sidera super terram cadent.
heu, heu quid nos
peccatores et miseri
in die illa tremenda
sumus facturi? Quando.

Et haec adiicit: *Hs. zu Karlsruhe, No. 36. t.* Bl. 26 aus dem 11. Jahrh. Die Hs. enthält die Schriften Berno's und Hermanns von Reichenau über die Musik, und obiges Lied ist von dem nämlichen Schreiber auf den Rand gesetzt und mit Musiknoten versehen, Es sollte also ein Beispiel zu dem Texte sein, ist darum auch nicht ganz ausgeschrieben, denn es bricht mit Quando (scil. coeli movendi sunt etc.) ab. Auch hat es keine Ueberschrift, sein Inhalt ist jedoch unverkennbar auch ohne den Schluss.*

Etiam in Responsoriis etc. Norimb. **1556** ea cantio inest hoc loco a Thesauri textu discrepans: Sal. prudent.; ubi Absalon pulcherrimus cum Helena Paris pulcherrima.

Quam notum atque usitatum carmen fuerit etiamnum sub finem saeculi XVI. inter ipsos Lutheranos, e loco Postillae V. Herbergeri (2. Adv.) apparet: *Heute redet er in eigner Person von seinem herrlichen, königlichen Einzuge, den er mit grosser Pracht und Majestät halten wird am jüngsten Tage. Wer Ohren hat zu hören, der höre. Audi tellus, audi magni maris limbus.*

Hora novissima, tempora pessima sunt, vigilemus.

Thes. II. 380. De Novissimis.

Flacius in libro saepius commemorato rarissimo (Varia doctorum piorumque virorum de corrupto Ecclesiae statu Poemata etc. Basil. 1557. 8.) p. **247—349** publicum fecit prolixum carmen ad paene trium millium versuum numerum accedens: Bernhardus Cluniacensis de contemptu mundi. Ad Petrum Abbatem suum. Octo primos carminis versus efficit cantio Hora novissima etc. Post editionem principem ex aliis membranis Bernardi Morlanensis Contemtum ediderunt Nathanael Chytraeus Bremae **1597** atque Eilhardus Lubinus Rostochii **1610**. Cf.

Mohnike Kirchen- u. Literarhistorische Studien I. p. **101**: *Ich habe den Text dieses Liedes aus Wachler's neuen theol. Annalen 1820, Decemberst. S. 1001 genommen. Der Mittheiler sagt: es verbinde dieses Lied Reim und alterthümliche Sylbenmessung auf eine merkwürdige Art. Die alterthümliche Sylbenmessung soll sich ohne Zweifel darauf beziehen, dass jeder Vers aus sechs Füssen besteht, und in so fern gewissermassen ein Hexameter ist; sämmtliche Versfüsse, die grösstentheils auch einzelne Worte bilden, sind Dactylen (nisi quod sextus quisque pes est trochaeus, pariter atque in hexametro); in jedem Verse reimen sich der zweite und der vierte Fuss, und je zwei und zwei Verse schliessen sich mit gleichen Endreimen. An Cäsuren und überhaupt an Befolgung der Grundregeln bei der Bildung des Hexameters ist also, wie schon aus dem Gesagten hervorgeht, ganz und gar nicht zu denken. Es liesse dieses Lied auch nach den einzelnen Reimen sich absetzen. — Ein deutscher Uebersetzer kann an diesem Liede seine Kunst und Gewandtheit zeigen.* — — (Cf. Simrock Lauda Sion p. **293**.) De metro carminis Schuch de poesis latinae rhythmis et rimis p. **73** sq.

Hymni Breviarii Romani Recentiores Thesauro Non Inserti. *)

Martinae celebri plaudite nomini.

De S. Martina (XXX Ian.) ad Matutinum.

Martinae celebri plaudite nomini,
Cives Romulei, plaudite gloriae:
Insignem meritis dicite Virginem,
Christi dicite Martyrem.

*) Aetate Clementis VII. Pontificis, cum Romae perversum Ciceronianae elegantiae studium flagraret, magna ac foeda imminebat vetustis hymnis calamitas. Zacharias enim Ferrerius, cui id negotium a pontifice demandatum est, nova eaque politissima carmina composuit. Et hodie probo, quae scripsi in libro meo: Theologische Controversen p. 99: Schon hatte Z. F. 74 neue Hymnen gedichtet u. sie dem Papste überreicht. Sein Werk, über das jeder fromme Katholik noch heute erröthen muss, gehört aus leicht begreiflichen Gründen unter die libri rarissimi. Der fein gebildete Mann sagt in der Vorrede: Ad obeundum quoque id laboris me summopere animavit et impulit, quod qui bona latinitate praediti sunt, sacerdotes, dum barbaris vocibus Deum laudare coguntur, in risum provocati sacra saepenumero contemnunt. Und wie glatt geschniegelt schen dafür nun auch seine

Haec dum conspicuis orta parentibus
Inter delicias, inter amabiles
Luxus illecebras, ditibus affluit
Faustae muneribus domus.

Vitae despiciens commoda, dedicat
Se rerum Domino, et munifica manu
Christi pauperibus distribuens opes
Quaerit praemia coelitum.

---

sapphischen u. alcäischen Hymnen aus, an denen kein Stäubchen hängt! Wie hört es sich statt der alten barbarischen Doxologie so gut an:

Unus est divum sacer imperator,
Triplicis formae, facie sub una,
Qui polum, terras tumidosque fluctus
Temperet alti.

Und auf dies Machwerk konnte Clemens VII. (cuius approbatio libro praefixa est) 1523 rescribiren: — — ut quilibet sacerdos eosdem hymnos etiam in divinis legere et eis uti possit concedimus. Sed, ut ait Merati, nemo ea facultate usus est. Itaque saeculo sequente sub Urbano VIII. (quem propter graecarum litterarum scientiam apem atticam appellarunt aequales) alia hymnorum apparet facies ad bonum sermonem et metricas leges reformata, quae, cum sollicitius Christianae ecclesiae ingenium servatum sit, longe praestantior est Ferreriana. Correcti hymnarii indolem ipse ostendit Urbanus in bulla: Divinam psalmodiam 25. Jan. 1631: Hymni (paucis exceptis), qui non metro, sed soluta oratione, aut etiam Rhythmo constant, vel emendatioribus codicibus adhibitis, vel aliqua facta mutatione ad carminis et latinitatis leges, ubi fieri potuit, revocati; ubi vero non potuit, de integro conditi sunt, eadem tamen, quoad licuit, servata sententia. Adsensit Hymnario correcto Congregatio Rituum 17. Mart. 1629. Correctae sunt syllabae ultra nongentae, mutata Hymnorum principia ultra triginta. Merati: „Ad Hymnos corrigendos adhibuit praefatus Pontifex tres lectissimos Societatis Iesu viros, ac politiorum litterarum bene peritos, et hi fuerunt Famianus Strada, Tarquinius Gallucius, et Hieronymus Petruccius; quorum laborem magni omnino faciendum esse, adstruit clarissimus vir Theophilus Raynaudus tom. XI. punct. 2. p. 12. Hanc Urbani VIII. correctionem commendat pariter Carolus Guyetus lib. 3. cap. 5. quaest. 2. et asserit, quod qui hanc emendationem respnunt, quibuscunque ducti rationibus, parum se ecclesiae decorem diligere probant. Henricus tamen Valesius acerrimam censuram ferre ausus fuit contra praefatam Hymnorum emendationem, eosque male compositos, atque adversus communem hominum sensum, depravatos existimat; sed huiusce Auctoris censurae nimis severae aurem praestare non possumus.“ Ego vero libere fateor, me agnoscere recentioris textus virtutem, magis tamen mihi placere antiquiora. Ipso Urbano regnante et postea novi hymni Breviario additi sunt, novis novorum Sanctorum institutis sollennitatibus. Hi ne desiderentur, infra adiecti sunt.

Non illam crucians ungula, non ferae,
Non virgae horribili vulnere commovent:
Hinc lapsi e superum sedibus angeli
Coelesti dape recreant.

Quin et deposita saevitie leo
Se rictu placido proiicit ad pedes:
Te Martina tamen dans gladius neci,
Coeli coetibus inserit.

Te, thuris redolens ara vaporibus
Quae fumat, precibus iugiter invocat,
Et falsum perimens auspicium, tui
Delet nominis omine.

A nobis abigas lubrica gaudia
Tu, qui Martyribus dexter ades, Deus
Une et Trine: tuis da famulis iubar,
Quo clemens animos beas.

Schlosser I. p. 414: *Nach Signoretti sind diese Hymnen von Papst Urban VIII. verfasst, „sotto il cui pontificato fù scoperto in Roma il sagro corpo della Santa, e riposto nella chiesa dedicata al di lei nome.“ — Auch Bonsi nennt Urban VIII. als Verfasser.*

Tu natale solum protege, tu bonae.

De S. Martina ad Laudes.

Tu natale solum protege, tu bonae
Da pacis requiem Christiadum plagis;
Armorum strepitus et fera praelia
In fines age Thracios.

Et regum socians agmina sub Crucis
Vexillo, Solymas nexibus exime,
Vindexque innocui sanguinis hosticum
Robur funditus erue.

Tu nostrum columen, tu decus inclytum,
Nostrarum obsequium respice mentium,
Romae vota libens excipe, quae pio
Te ritu canit, et colit.

A nobis abigas lubrica gaudia etc.

Te, Ioseph, celebrent agmina Coelitum.

De S. Ioseph. (XIX. Mart.) Ad Vesperas.

Te, Ioseph, celebrent agmina Coelitum,
Te cuncti resonent Christiadum Chori,
Qui clarus meritis, iunctus es inclytae
Casto foedere Virgini.

Almo cum tumidam germine coniugem
Admirans, dubio tangeris anxius,
Afflatu superi Flaminis Angelus
Conceptum puerum docet.

Tu natum Dominum stringis, ad exteras
Aegypti profugum tu sequeris plagas;
Amissum Solymis quaeris, et invenis,
Miscens gaudia fletibus.

Post mortem reliquos mors pia consecrat,
Palmamque emeritos gloria suscipit:
Tu vivens, Superis par, frueris Deo
Mira sorte beatior.

Nobis, summa Trias, parce precantibus;
Da Ioseph meritis sidera scandere:
Ut tandem liceat nos tibi perpetim
Gratum promere canticum.

Ut duo sequentes post Urbani VIII. tempora Breviario insertus.

Coelitum Ioseph decus, atque nostrae.

De S. Ioseph ad Matutinum.

Coelitum Ioseph decus, atque nostrae
Certa spes vitae, columenque mundi,
Quas tibi laeti canimus, benignus
Suscipe laudes.

Te Sator rerum statuit pudicae
Virginis sponsum, voluitque Verbi
Te patrem dici, dedit et ministrum
Esse salutis.

Tu Redemtorem stabulo iacentem,
Quem chorus Vatum cecinit futurum,
Aspicis gaudens, humilisque natum
Numen adoras.

Rex Deus regum, dominator orbis,
Cuius ad nutum tremit inferorum
Turba, cui pronus famulatur aether,
Se tibi subdit.

Laus sit excelsae Triadi perennis,
Quae tibi praebens superos honores,
Det tuis nobis meritis beatae
Gaudia vitae.

Iste, quem laeti colimus fideles.

De S. Ioseph. Ad Laudes.

Iste, quem laeti colimus fideles,
Cuius excelsos canimus triumphos,
Hac die Ioseph meruit perennis
Gaudia vitae.

O nimis felix, nimis o beatus
Cuius extremam vigiles ad horam
Christus, et Virgo simul astiterunt
Ore sereno!

Hinc stygis victor, laqueo solutus
Carnis, ad sedes placido sopore
Migrat aeternas, rutilisque cingit
Tempora sertis.

Ergó regnantem flagitemus omnes,
Adsit ut nobis, veniamque nostris
Obtinens culpis, tribuat supernae
Munera pacis.

Sint tibi plausus, tibi sint honores,
Trine, qui regnas Deus, et coronas
Aureas servo tribuis fideli
Omne per aevum.

Regali solio fortis Iberiae.

De S. Hermengildo. (XIII. Apr.) Ad Vesperas.

Regali solio fortis Iberiae
Hermenegilde iubar, gloria Martyrum,
Christi quos amor almis
Coeli coetibus inserit:

Ut perstas patiens pollicitum Deo
Servans obsequium! quo potius tibi
Nil proponis, et arces
Cautus noxia, quae placent.

Ut motus cohibes, pabula qui parant
Surgentis vitii, non dubios agens
Per vestigia gressus,
Quo veri via dirigit.

Sit rerum Domino iugis honor Patri,
Et natum celebrent ora precantium,
Divinumque supremis
Flamen laudibus efferant.

Schlosser I. p. 415: *Verfasser des Hymnus ist Papst Urban VIII. So Signoretti und Bonsi.*

Nullis te genitor blanditiis trahit.

De S. Hermengildo. Ad Matutinum.

Nullis te genitor blanditiis trahit,
Non vitae caperis divitis otio,
Gemmarumve nitore,
Regnandive cupidine.

Diris non acies te gladii minis,
Nec terret perimens carnificis furor:
Nam mansura caducis
Praefers gaudia coelitum.

Nunc nos e Superum protege sedibus
Clemens: atque preces, dum canimus tua
Quaesitam nece palmam,
Pronis auribus excipe.

Sit rerum Domino iugis honor Patri,
Et natum celebrent ora precantium,
Divinumque supremis
Flamen laudibus efferant.

Invictus heros numinis.

De S. Ioanne Nepomuceno. (XVI. Maii.) Ad Vesperas.
Ex indultu apostolico.

Invictus Heros Numinis
Mergendus unda fluminis,
Stat fortis in silentio,
Dum fit sigilli mentio.

Hinc rex minatur funera,
Hinc tortor infert vulnera,
Manus ligantur funibus,
Artus cremantur ignibus.

Sed haec Ioannes despicit,
Nec Regis iram respicit:
Secreta non vult pandere,
Horret sigillum frangere.

Stat mutus Agnus innocens,
Nil de tegendis proferens:
Stat, dumque Rex nil elicit,
E ponte Iustum deiicit.

Praeceps ab alto sternitur,
Undis profundis mergitur:
Mersum sed applaudentibus
Undae salutant ignibus.

Stellae natant in flumine,
Illi parentant lumine:
Docetque coeli claritas,
Quae sit Ioannis charitas.

Da sempiterna Trinitas,
Ut in bono sit firmitas;
Aut lacrymarum flumina
Mergant cadentum crimina.

In profunda noctis umbra.

De S. Ioanne Nepomuceno. Ad Matutinum.

In profunda noctis umbra,
Et gravi caligine,
Lustrat aedem flamma munda,
Sic iubente Numine.

Nocte nascitur Ioannes,
Astra coelo devolant:
Nocte mergitur Ioannes,
Astra funus apparant.

Hinc cor eius igne flagrans
Fortis urit charitas:
Hinc ab eius ore manans
Mira prodit suavitas.

Nunc amore cor bonorum
Ad salutem pertrahit:
Nunc timore cor malorum
A gehenna retrahit.

Pauperes solatur aere,
Derelictis subvenit:
Non sinit iustos iacere,
Damna famae praepedit.

Per Ioannis sanctitatem,
O beata Trinitas,
Mentibus da puritatem,
Corde regnet charitas.

Vix in sepulcro conditur.

De S. Ioanne Nepomuceno. Ad Laudes.

Vix in sepulcro conditur,
Signis Ioannes proditur;
Per cratium repagula
Intermicant miracula.

Hic eius hostes illico
Pudore moesti publico,
Ultrice dextra Numinis,
Poenas rependunt criminis.

Hic damna rerum flentibus,
Famaeve conquerentibus,
Abducta res revertitur,
Ablata fama redditur.

Hic corpus aegritudines,
Tempus vicissitudines,
Periculum securitas,
Mortem fugit mortalitas.

Hic viva lingua martyris,
Sed muta voce sanguinis
Clamans, ut Abel, improbat,
Regique crimen exprobat.

Unius o da Trinitas,
Triumque simplex Unitas,
Ut qui Ioanni supplicant,
Id impetrent, quod flagitant.

Iam fasces lictor ferat et minantem.

De S. Ioanne Nepomuceno. Ad secundas Vesperas.

Iam fasces lictor ferat, et minantem
Iam ferox ensem, rabidumque tortis
Vinculis ferrum, sacra ni Sacerdos
Abdita pandat.

Sentiet vires, animaeque magnae
Prodigum pectus: violentus ira
Non quatit recti solida tenacem
Mente satelles.

En ruit praeceps tumulatus unda
Martyr, et fluctu placido silentem
Naufragus linguam melioris aevi
Servat in usum.

At superiectae facili natantes
Amne discurrunt, rutilantque circa
Martyrem flammae: bene gesta plaudens
Ornat Olympus.

Ornat et linguam, rosei instar ignis,
Vividam servans, et adhuc rubentem,
Indicat, quaenam fuerit tacentis
Gratia Linguae.

Sit decus Patri, Genitoque, Sanctum
Spiritum laudent, ab utroque puris
Qui calet flammis, sine fine psallens
Orbis uterque.

Martyr Dei Venantius.

De S. Venantio. (XVIII. Maii.) Ad Vesperas.

Martyr Dei Venantius,
Lux, et decus Camertium,
Tortore victo, et iudice,
Laetus triumphum concinit.

Annis puer, post vincula,
Post carceres, post verbera,
Longa fame frementibus
Cibus datur leonibus.

Sed eius innocentiae
Parcit leonum immanitas,
Pedesque lambunt Martyris,
Irae, famisque immemores.

Verso deorsum vertice
Haurire fumum cogitur:
Costas utrimque, et viscera
Succensa lampas ustulat.

Sit laus Patri, sit Filio,
Tibique Sancte Spiritus;
Da per preces Venantii
Beata nobis gaudia.

Schlosser I. p. **410**: *Nach Signoretti und Bonsi sind diese Hymnen von ungewissem Verfasser. Signoretti bemerkt: furono aggiunti nel Brev. Rom. per ordine di Clemente X., che prima di essere assunto al soglio pontificio era stato Vescovo di Camerino, di cui il santo è protettore.*

Athleta Christi nobilis.

De S. Venantio. Ad Matutinum.

Athleta Christi nobilis
Idola damnat Gentium,
Deique amore saucius
Vitae pericla despicit.

Loris revinctus asperis
E rupe praeceps volvitur:
Spineta vultum lancinant,
Per saxa corpus scinditur.

Dum membra raptant Martyris,
Languent siti satellites:
Signo Crucis Venantius
E rupe fontes elicit.

Bellator o fortissime,
Qui perfidis tortoribus
E caute praebes poculum,
Nos rore gratiae irriga.

Sit laus Patri, sit Filio,
Tibique, sancte Spiritus:
Da per preces Venantii
Beata nobis gaudia.

Dum nocte pulsa Lucifer.

De S. Venantio. Ad Laudes.

Dum nocte pulsa Lucifer
Diem propinquum nuntiat,
Nobis refert Venantius
Lucis beatae munera.

Nam criminum caliginem,
Stygisque noctem depulit:
Veroque cives lumine
Divinitatis imbuit.

Aquis sacri Baptismatis
Lustravit ille patriam:
Quos tinxit unda milites,
In astra misit martyres.

Nunc Angelorum particeps
Adesto votis supplicum;
Procul repelle crimina,
Tuumque lumen ingere.

Sit laus Patri, sit Filio etc.

Saepe dum Christi populus cruentis.

In festo Mariae sub titulo Auxiliatricis Christianorum XXIV. Maii.

Saepe dum Christi populus cruentis
Hostis infensi premeretur armis,
Venit adiutrix pia Virgo coelo
Lapsa sereno.

Prisca sic Patrum monumenta narrant,
Templa testantur spoliis opimis
Clara, votivo repetita cultu,
Festa quotannis.

En novi grates liceat Mariae
Cantici laetis modulis referre
Pro novis donis, resonante plausu
Urbis, et Órbis.

Oh! dies felix, memoranda fastis,
Qua Petri Sedes Fidei Magistrum
Triste post lustrum reducem beata
Sorte recepit.

Virgines castae, puerique puri,
Gestiens clerus, populusque grato
Corde Reginae celebrare coeli
Munera certent.

Virginum Virgo, benedicta Iesu
Mater, haec auge bona; fac, precamur,
Ut gregem Pastor Pius ad salutis
Pascua ducat.

Te per aeternos veneremur annos,
Trinitas, summo celebranda plausu,
Te fide mentes, resonoque linguae
Carmine laudent.

Nova festivitas praesertim Romae celebris est. Ad manus est Diario Romano per l'Anno **1853**. *15. Magg. In s. Maria di Monticelli incomincia la novena di M. vergine sotto il titolo: Auxilium Christianorum. 24. Magg. Festa di divozione per Roma e per tutto lo Stato Ecclesiastico di Maria SS. sotto il titolo Auxilium Christianorum in memoria e ringraziamento perpetuo del glorioso ritorno di Pio papa VII. alla sua santa sede romana nell' anno 1814 dopo cinque anni di sua deportazione e prigionia, festa in s. M. in Monticelli e in S. Salvatore in Campo.* — Nunc per totam ecclesiam festum peragitur, exceptis tamen non nullis provinciis, quae multa ex recentioribus festis nondum receperunt, e. g. Coloniensi. Neque video sollemnitatem in Directoriis Americae meridionalis: Guayanensis dioecesis XXIV. Maii S. Euphrasium colit Episcopum Martyrem.

Te redemptoris Dominique nostri.

In eadem festivitate ad Laudes.

Te Redemptoris, Dominique nostri
Dicimus matrem, speciosa Virgo,
Christianorum decus et levamen
Rebus in arctis.

Saeviant portae licet inferorum,
Hostis antiquus fremat, et minaces,
Ut Deo sacrum populetur agmen,
Suscitet iras.

Nil truces possunt furiae nocere
Mentibus castis, prece quas vocata
Annuens Virgo fovet, et superno
Robore firmat.

Tanta si nobis faveat Patrona,
Bellici cessat sceleris tumultus,
Mille sternuntur, fugiuntve turmae,
Mille cohortes.

Tollit ut sancta caput in Sione
Turris, arx firmo fabricata muro,
Civitas David, clypeis, et acri
Milite tuta.

Virgo sic fortis Domini potenti
Dextera, coeli cumulata donis,
A piis longe famulis repellit
Daemonis ictus.

Te per aeternos veneremur annos etc.

Coelestis agni nuptias.

In Festo S. Iulianae de Falconeriis. (XIX. Iun.) In utrisque Vesperis et ad Matutinum.

Coelestis Agni nuptias,
O Iuliana, dum petis,
Domum paternam deseris,
Chorumque ducis Virginum.

Sponsumque suffixum Cruci
Noctes, diesque dum gemis,
Doloris icta cuspide
Sponsi refers imaginem.

Quin septiformi vulnere
Fles ad genu Deiparae:
Sed crescit infusa fletu
Flammasque tollit charitas.

Hinc morte fessam proxima
Non usitato te modo
Solatur, et nutrit Deus,
Dapem supernam porrigens,

Aeterne rerum Conditor,
Aeterne Fili par Patri,
Et par utrique Spiritus,
Soli tibi sit gloria.

Schlosser I. p. 415: *Nach Signoretti l'autore dell' inno si crede sia stato Franzesco Lorenzini di Firenze, che scrisse e pubblicò nel 1719 colle stampe la vita di Santa Giuliana Falconieri. Auch Bonsi nennt Lorenzini den Verfasser dieses Hymnus.*

Officium S. Iulianae „cum oratione, Hymno et lectionibus propriis secundi Nocturni sub die 20. Mart. 1728. concessum Ordini Servorum et civitati Florentinae", die 15. Mart. 1738. mandatum est universae ecclesiae.

Domare cordis impetus Elisabeth.

De S. Elisabeth Regina Portugaliae. (VIII. Iul.) Ad Vesperas.

Domare cordis impetus Elisabeth
Fortis inopsque, Deo
Servire, regno praetulit.

En fulgidis recepta coeli sedibus,
Sidereaeque domus
Ditata sanctis gaudiis.

Nunc regnat inter Coelites beatior,
Et premit astra, docens
Quae vera sint regni bona.

Patri potestas, Filioque gloria,
Perpetuumque decus
Tibi sit, alme Spiritus.

Schlosser I. p. 414: *Quest' inno ed il seguente (Opes decusque regium reliqueras) sono stati composti da Urbano VIII., sotto il cui pontificato fu detta beata Elisabetta canonizzata. Signoretti. Auch Bonsi schreibt diesen Hymnus Urban VIII. zu. — Maphaei S. R. E. Card. Barberini nunc Urbani PP. VIII. Poemata. Romae 1627. S. 88. Auf die Canonisation dieser Heiligen bezieht sich auch ein Sonett Urban's VIII. (LVI. Lodi di S. Elisabetta Regina.) S. Poesie toscane del Card. Maffeo Barberino etc. ib. eod, S. 56.*

Opes decusque regium reliqueras.

De S. Elisabeth Reg. Port. In secundis Vesperis.

Opes, decusque regium reliqueras,
Elisabeth, Dei dicata numini,
Recepta nunc bearis inter Angelos;
Libens ab hostium tuere nos dolis.

Praei, viamque dux salutis indica:
Sequemur. O sit una mens fidelium,
Odor bonus sit omnis actio, tuis
Id innuit rosis operta Charitas.

Beata Charitas, in arce siderum
Potens locare nos per omne saeculum.
Patrique, Filioque summa gloria,
Tibique laus perennis, alme Spiritus.

Pater superni luminis.

In Festo S. Mariae Magdalenae. Ad Vesperas.

Pater superni luminis,
Cum Magdalenam respicis,
Flammas amoris excitas,
Geluque solvis pectoris.

Amore currit saucia
Pedes beatos ungere,
Lavare fletu, tergere
Comis, et ore lambere.

Adstare non timet Cruci:
Sepulchro inhaeret anxia:
Truces nec horret milites:
Pellit timorem Charitas.

O vera, Christe, Charitas,
Tu nostra purga crimina,
Tu corda reple gratia,
Tu redde coeli praemia.

Patri, simulque Filio, etc.

Schlosser I. p. **413**: *Signoretti: Quest' inno per ordine di Papa Clemente VIII. è stato composto dal Cardinale Bellarmino in luogo dell' antico, che fù levato dal Pontifice Urbano VIII. nella recognizione del Breviario. — Auch Bonsi nennt den Cardinal Bellarmino als Verfasser dieses Hymnus.*

Lux alma Iesu mentium.

In Transfiguratione Domini ad Laudes.

Lux alma, Iesu, mentium,
Dum corda nostra recreas,
Culpae fugas caliginem,
Et nos reples dulcedine.

Quam laetus est, quem visitas!
Consors Paternae dexterae,
Tu dulce lumen patriae,
Carnis negatum sensibus.

Splendor Paternae gloriae,
Incomprehensa Charitas,
Nobis amoris copiam
Largire per praesentiam.

Iesu, tibi sit gloria,
Qui te revelas parvulis,
Cum Patre, et almo Spiritu,
In sempiterna saecula.

Schlosser I. p. **395**: *Ueber den Hymnus und seinen Verfasser besagt Siguoretti: L'autore di quest' inno è S. Bernardo,*

ma con qualche mutazione di parole fattavi da Urbano VIII., che non altera però il senso dell' antico Inno di esso santo, che incomincia: Amor Iesu dulcissime. — Offenbar ist der Hymnus ganz im Tone des sogenannten Iubilus S. Bernardi, dessen zwölfte Strophe lautet:

Amor Iesu dulcissimus,
Et vere suavissimus,
Plus millies gratissimus
Quam dicere sufficimus.

Bonsi hat bei dem Hymnus die Angabe: Di Aurelio Prudenzio.

Aeterne rector siderum.

In Festo SS. Angelorum Custodum ad Laudes.

Aeterne Rector siderum,
Qui, quidquid est, potentia
Magna creasti, nec regis
Minore providentia.

Adesto supplicantium
Tibi reorum coetui;
Lucisque sub crepusculum
Lucem novam da mentibus.

Tuusque nobis Angelus,
Electus ad custodiam,
Hic adsit, a contagio
Ut criminum nos protegat.

Nobis draconis aemuli
Versutias exterminet:
Ne rete fraudulentiae
Incauta nectat pectora.

Metum repellat hostium
Nostris procul de finibus:
Pacem procuret civium,
Fugetque pestilentiam.

Deo Patri sit gloria,
Qui, quos redemit Filius,
Et sanctus unxit Spiritus,
Per Angelos custodiat.

Schlosser I. p. 413: *Bonsi bemerkt, der Hymnus sei d'incerto autore. Signoretti dagegen hat folgende Angabe: Quest' inno è del Card. Ruperto Bellarmino, e posto fù nel Breviario per ordine del Pontifice Paolo V. — Quest' inno è stato coretto leggiermente in alcuni versi dell' antico che principia: Orbis patrator optime.*

O quot undis lacrymarum.

In Festo Septem Dolorum B. M. V. Dominica Tertia Septembris.
Ad Vesperas. Ex indultu apostolico.

O quot undis lacrymarum,
Quo dolore volvitur,
Luctuosa de cruento
Dum revulsum stipite,
Cernit ulnis incubantem,
Virgo Mater Filium!

Os suave, mite pectus,
Et latus dulcissimum,
Dexteramque vulneratam,
Et sinistram sauciam,
Et rubras cruore plantas
Aegra tingit lacrymis.

Centiesque, milliesque
Stringit arctis nexibus
Pectus illud, et lacertos,
Illa figit vulnera;
Sicque tota colliquescit
In doloris osculis.

Eia, Mater, obsecramus
Per tuas has lacrymas,
Filiique triste funus,
Vulnerumque purpuram,
Hunc tui cordis dolorem
Conde nostris cordibus.

Esto Patri, Filioque,
Et coaevo Flamini!
Esto summae Trinitati
Sempiterna Gloria,
Et perennis laus honorque
Hoc, et omni saeculo.

Cf. Arevalo Hymnodia Hispanica p. **334**: Fortlage p. **379**. *Dieser alte (?) Hymnus stammt aus dem speciellen Gottesdienst des Ordens der Diener Mariae, welchem Orden auch das Fest von den sieben Schmerzen der Maria seinen Ursprung verdankt.*

Iam toto subitus vesper eat polo.

In Festo Septem Dolorum Dom. III. Septbr. Ad Matutinum.
Ex indultu apostolico.

Iam toto subitus Vesper eat polo,
Et sol attonitum praecipitet diem,
Dum saevae recolo ludibrium necis,
Divinamque catastrophen.

Spectatrix aderas supplicio Parens,
Malis unda, gerens cor adamantinum;
Natus funerea pendulus in Cruce
Artos cum gemitus dabat.

Pendens ante oculos natus, atrocibus
Sectus verberibus: Natus hiantibus
Fossus vulneribus, quot penetrantibus
Te confert aculeis!

Heu, sputa, alapae, verbera, vulnera,
Clavi, fel, aloe, spongia, lancea,
Sitis, spina, cruor, quam varia pium
Cor pressere tyrannide!

Cunctis interea stat generosior
Virgo Martyribus: prodigio novo
In tantis moriens non moreris Parens
Diris fixa doloribus.

Sit summae Triadi gloria, laus, honor:
A qua suppliciter, sollicita prece,
Posco Virginei roboris aemulas
Vires rebus in asperis.

Arevalo l. c. p. 336.

Summae Deus clementiae.

In Festo Septem Dolorum Dom. III. Septembr. Ad Laudes.
Ex indultu apostolico.

Summae Deus clementiae,
Septem Doloris Virginis,
Plagasque Iesu Filii
Fac rite nos revolvere.

Nobis salutem conferant
Deiparae tot lacrymae;
Quibus lavare sufficit
Totius orbis crimina.

Sit quinque Iesu vulnerum
Amara contemplatio,
Sint et Dolores Virginis
Aeterna cunctis gaudia.

Iesu tibi sit gloria,
Qui passus es pro servulis
Cum Patre, et almo Spiritu
In sempiterna saecula.

Coelo redemptor praetulit.

In Festo Maternitatis B. M. V. Dom. II. Octobr.
Ex indultu apostolico.

Coelo Redemtor praetulit
Felicis alvum Virginis,
Caduca membra ubi Deus,
Mortale corpus induit.

Haec Virgo nobis edidit
Nostrae salutis auspicem,
Qui nos redemit Sanguine,
Poenas, crucemque pertulit.

Spes laeta nostro e pectore
Pellat timores anxios:
Haec quippe nostras lacrymas,
Precesque defert Filio.

Voces parentis excipit,
Votisque Natus annuit.
Hanc quisque semper diligat,
Rebusque in arctis invocet.

Sit Trinitati gloria,
Quae matris intactum sinum
Ditavit almo Germine,
Laus sit per omne saeculum.

Te mater alma numinis.

In Festo Maternitatis. Ad Laudes. Ex indultu apostolico.

Te Mater alma Numinis
Oramus omnes supplices,
A fraude nos ut daemonis
Tua sub umbra protegas.

Ob perditum nostrum genus,
Primi parentis crimine,
Ad inclytum Matris decus
Te Rex supremus extulit.

Clementer ergo prospice
Lapsis Adami posteris:
A te rogatus Filius
Deponat iram vindicem.

Iesu, tibi sit gloria,
Qui natus es de Virgine,
Cum Patre, et almo Spiritu.
In sempiterna saecula.

Regis superni nuntia.

In Festo S. Theresiae V. XV. Octobr. In utrisque Vesperis et Laudibus.

Regis superni nuntia
Domum paternam deseris,
Terris Theresa barbaris
Christum datura, aut sanguinem.

Sed te manet suavior
Mors, poena poscit dulcior:
Divini amoris cuspide
In vulnus icta concides.

O charitatis victima,
Tu corda nostra concrema,
Tibique Gentes creditas
Averni ab igne libera.

Sit laus Patri cum Filio,
Et Spiritu Paraclito,
Tibique, sancta Trinitas,
Nunc, et per omne saeculum.

Schlosser I. p. 415: *Signoretti: Il presente ed il sequente inno (Haec est dies qua candidae) sono stati per ordine di Urbano VIII. aggiunti al Breviario, e si credono suoi.* — *Bonsi sagt, der Hymnus sei von ungewissem Verfasser.*

Haec est dies qua candidae.

In Festo S. Theresiae. Ad Matutinum.

Haec est dies, qua candidae
Instar columbae, coelitum
Ad sacra templa spiritus
Se transtulit Theresiae.

Sponsique voces audiit:
Veni soror de vertice
Carmeli ad Agni nuptias:
Veni ad coronam gloriae.

Te, sponse Iesu Virginum,
Beati adorent Ordines,
Et nuptiali cantico
Laudent per omne saeculum.

In Officio Hispaniae alterum apparet festum S. Theresiae die 27. Aug.: S. Theresiae secundo vel Festum Transver-

berationis S. Theresiae. Pro haec est dies canitur felix dies.

Gentis Polonae gloria.

In Festo S. Ioannis Cantii. (XX. Octobr.) Ad primas Vesperas et Laudes.

Gentis Polonae gloria,
Clerique splendor nobilis,
Decus Lycaei, et Patriae
Pater, Ioannes inclyte.

Legem superni Numinis
Doces Magister, et facis;
Nil scire prodest; sedulo
Legem nitamur exequi.

Apostolorum limina
Pedes viator visitas;
Ad Patriam, ad quam tendimus,
Gressus, viamque dirige.

Urbem petis Ierusalem;
Signata sacro Sanguine
Christi colis vestigia,
Rigasque fusis fletibus,

Acerba Christi Vulnera,
Haerete nostris cordibus,
Ut cogitemus consequi
Redemtionis pretium.

Te prona mundi machina,
Clemens adoret Trinitas,
Et nos novi per gratiam
Novum canamus canticum.

Ioannes Cantius canonizatus est die XVI. Iul. 1767.: eiusdem aetatis sunt tres hymni in honorem Sancti compositi.

Corpus domas ieiuniis.

In Festo S. Ioannis Cantii. Ad Matutinum.

Corpus domas ieiuniis,
Caedis cruento verbere,
Ut castra poenitentium
Miles sequaris innocens.

Sequamur et nos sedulo
Gressus parentis optimi;
Sequamur, ut licentiam
Carnis refraenet spiritus.

Rigente bruma providum
Praebes amictum pauperi,
Sitim, famemque egentium
Esca, potuque sublevas.

O qui negasti nemini
Opem roganti, patrium
Regnum tuere, postulant
Cives Poloni, et exteri.

Sit laus Patri, sit Filio,
Tibique, Sancte Spiritus:
Preces Ioannis impetrent
Beata nobis gaudia.

Te deprecante corporum.

In Festo S. Ioannis Cantii. Ad secundas Vesperas.

Te deprecante, corporum
Lues recedit, improbi
Morbi fugantur, pristina
Redeunt salutis munera.

Phthisi, febrique, et ulcere
Diram redactos ad necem,
Sacratas morti victimas,
Eius rapis e faucibus.

Te deprecante, tumido
Merces abactae flumine
Fractae Dei potentia,
Sursum fluunt retrogradae.

Cum tanta possis, sedibus
Coeli locatus, poscimus,
Responde votis supplicum
Et invocatus subveni.

O una semper Trinitas!
O trina semper Unitas!
Da, supplicante Cantio,
Aeterna nobis praemia.

Auctor beate saeculi.

In Festivitate Cordis Iesu. Ad Vesperas. Ex indultu apostolico.

Auctor beate saeculi,
Christe Redemtor omnium,
Lumen Patris de lumine,
Deusque verus de Deo.

Amor coegit te tuus,
Mortale corpus sumere,
Ut novus Adam redderes,
Quod vetus ille abstulerat.

Ille Amor almus Artifex
Terrae marisque et siderum,
Errata Patrum miserans,
Et nostra rumpens vincula,

Non corde discedat tno
Vis illa Amoris inclyti:
Hoc fonte gentes hauriant
Remissionis gratiam.

Percussum ad hoc est lancea,
Passumque ad hoc est vulnera;
Ut nos lavaret sordibus,
Unda fluente et sanguine.

Decus Parenti et Filio, etc.

Fortem virili pectore.

In Communi sanctae Mulieris.

Fortem virili pectore
Laudemus omnes feminam,
Quae sanctitatis gloria
Ubique fulget inclyta.

Haec sancto amore saucia,
Dum mundi amorem noxium
Horrescit, ad coelestia
Iter peregit arduum.

Carnem domans ieiuniis,
Dulcique mentem pabulo
Orationis nutriens,
Coeli potitur gaudiis.

Rex Christe virtus fortium,
Qui magna solus efficis,
Huius precatu quaesumus,
Audi benignus supplices.

Deo Patri sit gloria,
Eiusque soli Filio,
Cum Spiritu Paraclito,
Nunc et per omne saeculum.

Schlosser I. p. 413: *Nach Signoretti und Bonsi ist der Card. Silvio Antoniano (natus Romae 1540, mortuus 1603) der Verfasser dieses Hymnus, den P. Clemens VIII. in das durch ihn revidirte Brevier aufnahm.*)*

Hymni Recentiores in Breviarium Romanum Haud Recepti.

Breviaria Gallicana recentiora permultos amplectuntur hymnos nova atque eleganti forma compositos. Nam quod

*) In fine Hymnarii correcti adnotamus, quae Gavantus docuit in hymnis secundum legem ecclesiae terminandis: „Finis Hymnorum variatur pro ratione Festorum, ut dicitur in Rubr. de Hymnis num. 4. Et in Nativitate Domini, auctore Sancto Bonaventura, usque ad Epiphaniam, fit semper mentio de partu Virg. Idem fit in Festo Corporis Christi, auctore Sancto Thoma Aquinate in honorem Deiparae, de cuius carne est caro Christi, et habetur in Decreto a nobis supra citato Ioan. XXII. In Epiphania, quae significat apparitionem, apparet ratio, cur dicatur in fine: Qui apparuisti gentibus, ob eandem causam dicitur: Qui te revelas parvulis, in Transfiguratione Domini. Reliquarum terminationum patet ratio, nisi dubites in Pentecoste, cur dicatur: Deo Patri sit gloria et Filio qui a mortuis surrexit et Paraclito in saeculorum saecula, qui finis hodie communis est temporis Paschalis: sed attinent ad Paschale tempus ea verba: a mortuis surrexit; ita ad Pentecosten illud verbum: Paraclito, cui fit Festum in Pentecoste. — Excipiuntur duo genera Hymnorum, quae non patiuntur mutationem aliquam; nimirum, quando Hymni non sunt eiusdem metri: absonum enim esset, praesertim ubi cantantur Hymni: et quando Hymni habent ultimum versum proprium, hoc est, ita proprium, ut si careat solito fine, careat petitione, quae fit ad Deum ante glorificationem Sanctissimae Trinitatis, vel simul cum eadem glorificatione; cuiusmodi sunt ultimi Versus Hymnorum: Uni trinoque Domino etc. Te nunc Redemptor quaesumus, Ut Martyrum consortio. Te fons salutis Trinitas, in Hymno Sanctae Crucis.“ — Schlosserus I. p. 351 sqq. omnes doxologias Breviarii Romani, quae vel ratione temporis vel metri diversae sunt, fecit germanicas. Sunt sexaginta octo.

legitur in Prolegomenis Breviarii Tullensis (Nanceii **1780**): *Cum multi essent Hymni, vel ineleganti stylo, vel etiam deficiente metro compositi, subtractis quibusdam, aliisque emendatis, plures alios suffecimus, quorum sit modulatio facilior, stylus ad metri regulas exactior, sensus ad pietatem aptior*, eam sententiam saeculo decimo octavo plurimis Galliae theologis placuisse constat. At vero, quamquam viros doctos munere suo docte et subtiliter perfunctos esse facile concedas, non praetermittendum erat quod in aperto est: magnam accedere hymnis ecclesiasticis virtutem et praestantiam ex ipsa illa vetustate, pia simplicitate et devotione, si non polita, tamen ferventissima. Tamen et huius novatae elegantiae exempla lectoribus communicamus, neque discedimus a Nealio, Hymni eccl. Prolegom. p. VI.: *Sat certum exploratumque habeo, Hymnos, qui hic multi occurrunt, Ecclesiae Gallicanae hodiernos, a vetustioribus quam maxime antecelli. Sed ne hos quidem spernendos esse existimo: imo forsitan eos, qui in his studiis minus exercitati sunt, ad veterem illum verae Hymnologiae gustum facilius adducent.*)*

His gallicanis hymnis in subsequente sylloge etiam de eorum genere adiecimus, qui in singulorum ordinum monasticorum breviariis vel in singularum dioecesium Propriis inveniuntur. Non quidem hic id expetebatur, ut eorum copia ad plenum numerum congereretur; verum demonstrandum est, paucis exceptis longe plurimas harum cantionum gallicano more classicam elegantiam metrorumque observantiam sectari.

Denique etiam collectio in altera parte Thesauri p. **335—380.** tradita, ut absolveretur, opera data est. Huius generis cantiones persuasum habeo fere ad unam omnes re-

---

*) Alio loco Vir Snmmus acerbius, sed non inique, de his hymnis diiudicavit. Mediaeval hymns, Introd. VIII. „In the first of these periods, the Church was unshackling herself from the fetters of metre; — in the second, she was bringing ont all the capabilities of rhyme; — in the third (post Leonem X.) she submitted to the slavish bondage of a revived Paganism." Addatur iudicium Monii I. p. XI.: „Die Humanisten des 16. Jahrhunderts, welche Hymnen machten, wie Erasmus, Muretus u. a. verfielen in den Fehler, dass sie durch die Ausdrücke auch classische Vorstellungen mit den christlichen vermengten, wenn sie dieselben gleichwohl christlich verstanden, und dieser üble Einfluss der Classicität zeigt sich auch noch in den französischen Hymnendichtern des 17. und 18. Jahrhunderts, wie bei den Brüdern Santeul, bei Le Tourneux, Habert, Du Plessis de Geste, Le Brun Desmaretes, Coffin u. a. Solche Lieder haben, wie die classisch verbesserten alten Hymnen, eine bunte Mischung, welche der christlichen Bildung nicht angemessen ist, weil sie dieselbe interpolirt."

centioris aetatis esse, oriundas plerasque a poetis ordinis Patrum Societatis Iesu, plurimis illis sub finem saeculi XVI. carminum scriptoribus, et devoto affectu ipsis in medullis haerente, non raro mystica profunditate excellentibus. Haud exigua horum carminum pars auctores consortes eius ardoris quo Spee, flagrabat ostendit. Et memorabile videtur, quod huius potissimum generis cantiones fuerunt, quae una cum Dies irae et Stabat mater Protestantium animos primum in catholicorum hymnos converterint.*)

Homo creatus innocens.

Feria Sexta ad Nocturnum. E. Breviario Cadurcensi.

Homo creatus innocens,
suaque culpa degener,
Christi redemptus sanguine
grates rependat debitas.

Iactatus undis naufragis
caelique pulsus litore,
manu Creantis indiget,
qua vivat expers funeris.

Sed haec viis nos dextera
aeterna ducit asperis:
et per labores arduos
dat ut fruamur patria.

Ut saxa, quae nunc extruit,
addat supernis aedibus,
nos sectione plurima
aptat peritus artifex.

---

*) Dolendnm, quod Follen in collectione sua parva quidem, sed quae suo tempore non levi momento huius materiae studium incitavit, quibus ex fontibus hauserit nusquam memorat. Verum accurata comparatione docemur, principem eorum fontium eum habuisse „Wallraffii Corollam Hymnorum Sacrorum publicae devotioni inservientium, Colon. 1806.“ Quae supra diximus, ea huius Corollae praefatione prorsum et plane comprobantur: „Reddidimus vero Hymnorum antiqua argumenta: ne odiosi correctores, ne recentes omnino videremur; non tamen cumulum, non totam penum; sed in scopum abunde. Detersimus male latina, exauctoravimus hybrida, inertia, manca, et quorum non cantui sed clamori nimis adsueta plebs nauseatum diu sapientibus usum vix alio, quam oblivionis remedio dedisceret. Adtendendum summatim, quid saeculi, in quod incidimus, sustineret indoles, quid linguae Romanae, etsi nondum receptior usus, saltem ea nunc utentium severius iudicium non abhorreret. — Antiquiores S. Officii Hymnos in populi usum communes reverenti manu tetigimus. E trito Patrum Soc. I. psalteriolo castioris musae sirenes, auctoribus non ingrati lubenter ac merito adoptavimus et hae plurimam libelli molem construunt, sed recomptam. Hymnos Prudentii varios et Santolini Victorini duos tresve, ita vero refusos ingessimus, ut novi videantur. Addidimus nostra.“ Fortasse huic quaestioni lucem offeret liber cuius titulum tantum novimus: Hymni ecclesiastici novo cultu adornati. Parisiis typis Sebastiani Cramoisier. 1673. 4. Nam huius libri auctor fertur Martinus Claire Ambianensis Iesuita, uti suspicari licet e literis initialibus epistolae dedicatoriae subscriptis. Sotvellus p. 584. Placcius Scriptores Anonymi etc. p. 403.

Crux est gradus, quo tendere
ad alta fas est atria:
coeli futuris alterum
iter negatur civibus.

Nostrum caput rigentibus
Christus coronis cinctus est:
quam delicate vivere
nos, membra Christi, dedecet!

Da, qui flagellis erudis,
te diligamus invicem,
firmique penna spiritus
nitamur ad te surgere.

Qui nos creavit, laus Patri etc.

13—16. Neale Hymni p. 244: *In mente habuit poeta hymnum illum de dedicatione ecclesiae;*

Tunsionibus, pressuris expoliti lapides
Suis coaptantur locis per manum artificis:

Mihi quidem totus hic hymnus inter pulcherrimos recentiorum videtur, nec aevo meliore indignus.

Fac o creator plenius.

Ad Laudes. Brev. Cadurcense.

Fac, o creater, plenius
fides per orbem fulgeat:
et lumen addat mentibus,
cordique robur inserat.

Scuto tuo nos indue,
quo consecrati milites
divina Christi praelia
non deseramus transfugae.

Da, tot legamus laureas
verbi tui sub tegmine,
quot nos salutis callidi
hostes sagittis appetent,

Procul recedat pluribus
error potens astutiis,
et veritatem fingere
mendace vultu desinat.

Caliginosos saeculi
nos inter aestus dirigat,
quae se fideli praeviam
nudat lucerna pectori.

Credo, Deus, sed debilem
auge fidem qua milito:
ut exprimantur moribus
quae corde credo dogmata.

Qui nos creavit, laus Patri etc.

21—24. Neale Hymni p. 243: *Notandum est, saepius Hymnos ecclesiae Gallicanae recentioris numerum singularem adhibere; in quo a moribus ecclesiae antiquioris quam maxime abhorrent.*

Laudum litemus hostias.

Die dominica ad Vesperas. Brev. Tullense.

Laudum litemus hostias,
plebs sancta, te dies vocat
quam tot Deus miraculis
sibi dicatam praecipit.

Prima dierum, qua Pater
verbo fit orbis artifex,
vult: terra, coelum nascitur,
et lux vocata prosilit.

Vitae, renascens hac die,
te de sepulcro suscitas,
o Christe! tanto nos decet
laetos triumpho plaudere,

Hac luce terris praevio
ades fragore, Spiritus,
flamma cadente, gratiae
mundo refundens munera.

Diem dierum principem
tibi, Deus, quam vindicas,
fac tota sit praeconio
tui sacrata nominis.

Hymnos verendo numini
cantare sit solus labor:
nec sancta turbet otia
vani tumultus saeculi.

Qui nos creavit laus Patri etc.

Descende coelo Emmanuel.

De Adventu Domini. E. Corolla Hymnorum Sacrorum (Wallraffii).

Descende coelo Emmanuel!
et solve pondus Israel
e Pharaonis ungula,
electa deduc agmina.
(Vox Angeli.) Gaude! gaude! Emmanuel
est natus pro te Israel.

Descende dux Adonai,
et legifer de Sinai,
repande legem gratiae,
et civitatem gloriae.
(V. A.) Gaude etc.

Veni columna semitae,
iterque nostrum dirige,
ne terreant nos aspera
in Canaan vestigia.
(V. A.) Gaude etc.

Veni Davidis Virgula,
resume sceptri robora,
effringe portas inferi,
et redde patres lumini.
(V. A.) Gaude etc.

Veni! veni! sic omnium
te vota clamant temporum,
laxa Redemptor advena
constricta culpis pectora
(V. A.) Gaude etc.

Aeterne tu, qui nostra spes,
errantium solamen es,
Emmanuel salutifer,
te roret aura desuper.
(V. A.) Gaude etc.

Veni, veni Emmanuel.

Thes. II. p. 336. De Adventu Domini.

Neale Med. H. p. **119.** *This Advent Hymn is little more than a versification of some of the Christmas antiphons commonly called the O's.* In carminum indice p. XII: *apparenthly of the twelfth Century.* Meam de horum carminum origine sententiam iam saepius aperui.

Tandem fluctus, tandem luctus.

Thes. II. p. 336. De Adventu Domini.

Neale Med. H. p. **146**: *This elegant little Advent Hymn can scarcely be earlier than the sixteenth century.*

Est virgo coeli rore.

Thes. II. p. 337. De Adventu Domini.

Hölscher Niederdeutsche Gedichte p. 255. translationem Germaniae inferioris exhibet.

O ter fecundas, o ter iucundas.

Thes. II. p. 339. Natalis.

Trench p. 103: *This pretty poem, for it cannot claim any higher title, is certainly of no very early date, can scarcely be earlier than the fifteenth century, and thus belongs, if I am right in my conjecture, to a period when the fountains of inspiration, at least of that inspiration which has given us the great medieval hymns, were very nearly exhausted.*

Dies est laetitiae.

De Nativitate Domini.

Dies est laetitiae:
nam processit hodie
Christus rex de virgine,
sine viro!
Echo: Sine viro! virgula
de flore modo miro!

Natus est Emanuel,
quem praedixit Gabriel!
Ut testatur Daniel,
sine viro!
Echo: Sine viro! virgula
de flore modo miro!

Castitatis lilium
peperit nunc filium,
Christum, coeli dominum,
sine viro!
Echo: Sine viro! virgula
de flore modo miro!

Res miranda creditur:
virgo nihil laeditur:
Verbum hanc ingreditur.
sine viro!
Echo: Sine viro! virgula
de flore modo miro!

Virgo mater, nescia
corruptelae, gratia
Spiritus fit gravida
sine viro!
Echo: Sine viro! virgula de flore modo miro!

Multum habet carmen necessitudinis eum alio, quod legitur apud Monium I. p. 65 (Hs. der Stadtbibliothek zu Trier 15. Jahrh.). Immo cum Monius non integrum canticum praebeat, fortasse Moniani carminis scriptura est varians. Echus tamen significatio recentioris aevi sapit indolem.

Dormi, fili, dormi! mater.

Canticum benedictae Matris ad filium in praesepe iacentem.

Dormi, fili, dormi! mater
cantat unigenito;
dormi, puer, dormi! pater
nato clamat parvulo.
Millies tibi laudes canimus
mille mille millies.

Lectum stravi tibi soli,
dormi, nate bellule:
stravi lectum foeno molli:
dormi, mi animule!
Millies etc.

Dormi, decus et corona,
dormi, nectar lacteum;
dormi, mater dabo dona,
dabo favum melleum.
Millies etc.

Dormi, nate mi mellite,
dormi, plene saccharo;
dormi, vita meae vitae,
casto natus utero.
Millies etc.

Quidquid optes, volo dare:
dormi, parve pupule!
dormi fili, dormi carae
matris deliciolae.
Millies etc.

Dormi, cor et meus thronus,
dormi, matris iubilum:
aurium coelestis sonus
et suave sibilum.
Millies etc.

Dormi, fili; dulce mater,
dulce melos concinam:
dormi, nate; suave pater,
suave carmen accinam.
Millies etc.

Nequid desit, sternam rosis,
sternam foenum violis:
pavimentum hyacinthis
et praesepe liliis.
Millies etc.

Si vis musicam, pastores
convocabo protinus;
illis nulli sunt priores,
nemo canit castius.
Millies etc.

Frantz p. 173: — *Dergleichen Producte, so wenig sie eigentlich der* ***geistlichen*** *Lyrik angehören, stammen jedenfalls aus einer Zeit, in welcher ein Zweifel Sünde und ein Zank um göttliche Dinge etwas Unbekanntes war. Es lässt sich kaum etwas Zarteres denken, als dies Wiegenlied, dieser Ausdruck der innigsten Mutterliebe. Fast sollte man behaupten, dass es nur gedichtet sein könne von einer Mutter, die nur den richtigen Begriff hat von den süssesten Gefühlen, ein Kindlein zu wiegen. Unwillkührlich denkt man an unsre bekannten Lieder: „Schlafe mein Kindelein schlafe — Schlaf Herzenssöhnchen, mein Liebling bist du.“ In einem ebenso strengen als schönen Gegensatz zu vorstehenden Marienliedern steht das, schon des Zusammenhangs wegen im ersten Abschnitt aufgeführte Stabat mater, Heilige Mutterfreude — tiefster Mutterschmerz.*

Du Méril Poésies etc. I. p. 110 — *un chant de la Vierge pour endormir son fils, dont l'âge precis nous est inconnu, mais qui appartient bien certainement à la vieille poésie populaire.* At vero cum nuspiam apud vetustiores exstent carminis vestigia et ipsum duco Iesuitarum foetum.

Lapsus est annus, redit annus alter.

In Festo Circumcisionis ad Officium nocturnum. E Breviario Meldensi.

Lapsus est annus: redit annus alter:
vita sic mutis fugit acta pennis:
tu, Deus, cursum moderaris, unus
arbiter, aevi.

Gens tuis plaudit cumulata donis:
te simul votis Dominum precatur,
servet intactum fidei verendae
patria munus.

Supplices poscunt alimenta cives:
finibus morbos patriis repellas:
larga securae referas benignus
commoda pacis.

Postulant culpas venia relaxes:
limites arctos vitiis reponas:
post graves pugnas tua dat salubrem
dextera palmam.

Noxiae vitae maculas perosi
cor, Deus, nostrum tibi devovemus:
da bonos annos, facilemque Patris
indue vultum.

Dum dies currunt, redeunt et anni,
et gradu certo sibi saecla cedunt,
debitas laudes Triadi supremae
concinat orbis.

Salvete sacra pignora.

Sacris Trium Magorum Lipsanis in templo maximo Coloniensi, alias etiam mutata prima stropha in Epiphauiae Festo et in Supplicationibus publicis decantandus Hymnus. E Corolla Wallraffi.

Salvete sacra pignora,
quae Numinis clementia
ut innovati foederis
arcam reduxit Ubiis.

Vel:

Terram serenat veritas;
stellae patet miraculum,
natique regum Principis
fulget potestas orbibus.

Vos gentium primordia,
qui trina per mysteria
regem fatendo gloriae
fonti litastis gratiae!

Qui solis ultra cardinem
lucis tulistis vindicem,
et torpidum caligine
lustrastis ortum lumine

Per orbis ambitum sui,
testes perennes filii,
perire Providentia
non vestra sivit lipsana.

Haec vos ab ortu in Italas
Rhenique transmisit plagas,
clarando testimoniis
tanti triumphum funeris.

Quousque vos heic incolas
avita fovit civitas,
almam, fidelem, prosperam
servastis hanc Coloniam.

O iam recepta ab hospitis,
quo terror abscondit, focis,
nil vestra turbet ultimo
nunc ossa, quo cubent, loco.

Fidelis, alma, prospera
refloreat Colonia,
sanctamque sumat gloriam
vobis renasci regiam.

Et quam beastis patriam,
servet fides Rempublicam,
auctamque tot splendoribus
sanctis redonet civibus.

Ut triplici mysterio,
quod obtulistis Filio,
aeterna reddant saecula
Deo triuni iubila.

Ecquis binas columbinas.

Thes. II. p. 344. In Passione.

Trench p. **133**: *This exceedingly graceful little poem, which, to judge from internal evidence, is of no great antiquity, I am not able to give any satisfactory account of. I have only met it twice, as noted above, and in neither case with any indication of its source or age. It is certainly of a very rare perfection in its kind.*

13. 14. Trench: He alludes to Cant. II, **14**. Columba mea in foraminibus petrae, in caverna maceriae: on which words St. Bernard writes (In Cant., Serm. **61**): Foramina petrae, vulnera Christi. In his passer invenit sibi domum et turtur nidum, ubi reponat pullos suos: in his se columba tutatur, et circumvolitantem intuetur accipitrem.

Attolle paulum lumina.

Thes. II. p. 345. De Passione Domini.

Neale Med. H. p. **148**: *The following hymns (Exite Sion filiae, Huc ad iugum Calvariae e. a.) are clearly of the very latest date: certainly not earlier than the sixteenth it may be the beginning of the seventeenth century. Their intensely sub-*

jective character would be a sufficient proof of this: and their rhythm equally shows it. Double rhyme, in all mediaeval hymns, is reserved for trochaic measures; — its use, as here, in iambics, gives a certain impression of irreverence which it is hard to get over. Notwithstanding the wide difference between these and mediaeval hymns, they possess, I think, considerable beauty: and perhaps will be more easily appreciated by modern readers.

Ite moesti cordis luctus.

De Passione Domini.

Ite moesti cordis luctus,
tristes ite gemitus,
lacrymarum ite fluctus
et ciete fremitus!
corpus totum, os et genae,
oculorum lumina,
membra, sanguis, cor et venae
abeant in flumina.

Nam aeterni natus patris,
veri proles numinis,
idem homo natus matris
illibatae virginis,
post immanes cruciatus
scommatis affligitur,
diris flagris laniatus
in crucem configitur.

Caput spinis cruentatur,
flagris livent brachia;
vultus sputis defoedatur,
caesa tument labia;
sacrae manus perforantur,
artus hiant vulnere,
clavis pedes terebrantur:
corpus tumet ulcere.

Iesu! nostra qui portare
voluisti vulnera,
qui dignatus es sanare
nostri cordis ulcera:
dona nobis, hoc precamur,
his in terris gratiam,
ut post mortem consequamur
sempiternam gloriam.

Iesu meae deliciae.

De Passione Domini. Corolla Wallraffii.

Iesu meae deliciae
et fide custos animae,
te fixum crucis arbore
mens ardet omni tempore.

Compatior medullitus
eum quem cerno penitus,
qui nobis est prae omnibus
thesaurus praestantissimus.

O Iesu, tuae lacrymae,
angores et tristitiae
meam solentur animam,
iugemque dent laetitiam.

Clavi tui sunt spicula,
amoris casti iacula;
his dulciter me vulnera
et cor potenter penetra.

De tuo, Iesu! corpore
da cordi meo vivere,
in cordis tui vulnere
dignare me abscondere.

Ah! mortis in angustia,
per tua precor vulnera,
sit mihi tanta passio
medela, consolatio.

Crux ave benedicta.

Thes. II. p. 349. De Cruce.

Trench p. 278: — *This little poem, so perfect in its kind, might fitly have had its place among the earlier hymn upon the Passion, pp. 113—133, and may strike some as out of due order here. But the sublime and awful judgement-hymn which have just gone before, seem to want one of this nature — one which should set forth Him, in whom and through whose cross alone there shall be no condemnation there — as a transitional hymn to those which presently follow, and of which the theme is everlasting life. I may be excused perhaps for setting beside these lines, some of Calderon's, of no inferior grace and on the same theme:*

Arbol, donde el cielo quiso
Dar' el fruto verdadero
Contra el bocado primero,
Flor del nuevo paraiso,
Arco de luz, cuyo aviso
En piélago mas profundo
La paz publicó del mundo,
Planta hermosa, fértil vid,
Harpa del nuevo David,
Tabla del Moises segundo;
Pecador soy, tus favores
Pido por justicia yo;
Pues Dios en ti padeció,
Solo por los pecadores.

Crux alma salve, crux venerabilis.

Santolii Victorini de S. Cruce. Brev. Tullense.

Crux alma, salve, crux venerabilis,
torrente Christi sanguinis ebria;
testis dolorum tu suprema
verba Dei morientis audis.

Tu celsa sedes, unde suos docet;
vitalis, in quo nos peperit, torus;
currus triumphantis, tribunal
iudicis, atque litantis ara.

Non rapta caesis hostibus impia
hic arma fulgent, nec domiti duces
graves catenis hic trahuntur:
nobilior Crucis est triumphus.

Orbis redempti qualia pignora!
Crux tincta Christi sanguine adhuc madet;
sperate, mortales: salutem
plena necis monumenta praestant.

Crux, certa coeli semita, quae Patris
thronum petenti pandis iter Deo,
nunc altera nobis nefas est
ire via male delicatos.

Laus summa Patri, qui creat omnia,
Natoque, mundum qui reparat Cruce;
qui cuncta replet, summa sancto
Spiritui: tribus una semper.

Maximus redemptor orbis morte vitam contulit.

In Festo Sanguinis Sacratissimi D. N. Iesu Christi. Dupl. Mai. Limae et eius dioecesi tantum. In feria quarta post Octavam SS. Apostolorum Petri et Pauli. Ad Vesperas. (Expressum est Officium Matriti 1810.) *)

Maximus redemptor orbis morte vitam contulit;
qui nec argento caduco, sed nec auro labili,
corporis tamen sacrati nos redemit sanguine.

Mitis agnus immolatur omnium pro crimine,
ne, quod arte fabricatum conditoris extitit,
dirus hostis possideret, qui malum suggesserat.

Magna praestat immolatus dux salutis omnium;
complet excessum, fideles quem prophetae dixerant:
nostra tunc peccata solvit, nos tyranno liberans.

Misit infans carne scissus, misit infans sanguinem;
misit et flagella passus, orbe punctus spineo;
dum manus, pedes latusque pandit, offert sanguinem.

Laus, honor, virtus supremae conditori machinae,
quam Pater summus gubernat, Natus atque Spiritus,
omnibus Deus colendus seculorum seculis.

Iesu dulcis amor meus.

In Festo Sacratissimae Sidonis. Fer. 6. post Dom. Oculi. Ex Proprio Friburgensi.

Iesu, dulcis amor meus,
ac si praesens sis, accedo,
te complector cum affectu,
tuorum memor vulnerum.

O quam nudum hic te cerno,
vulneratum et distentum,
inquinatum, involutum
in hoc sacro tegmine.

---

*) Sed postea festivitas in alias Americae meridionalis provincias transmigrasse videtur. Obvia est e. g. in Directorio Caracensi anni 1827.

Salve, caput cruentatum
spinis, cuius dulcis vultus
immutavit suum florem,
quem coeli tremit Curia.

Salve, latus Salvatoris,
salve, mitis apertura,
super rosam rubicunda
medela salutifera.

Manus sanctae, vos avete,
diris clavis perforatae:
ne repellas me, Salvator,
de tuis sanctis pedibus.

O quam moestus cordis aestus.

De Compassione Beatae Virginis.

O quam moestus cordis aestus
piam matrem conficit:
suum natum dum libratum
super ligno conspicit.

Obstupescit, inardescit,
ingemistit, aestuat;
sic dolore, sic amore,
sic utroque fluctuat.

O decora quondam ora
quam sunt modo pallida;
Ah! perfossa ante ossa
quam sunt modo squalida!

Quot cruenta sunt tormenta,
quae te, fili, lacerant:
violenta tot lamenta
genetricem macerant.

Fundat coelum, fundat solum
lacrymarum flumina;
aruere, marcuere
mea pridem lumina.

Novus luctus quasi fluctus
denso surgit cumulo:
quia natus est humatus
hoc ferali tumulo.

O clientes large flentes,
humi vos prosternite;
vita functum, en! hic unctum
deum vestrum cernite.

Ecce friget, ecce riget
mersus alto funere,
qui caloris, qui vigoris
cunctos beat munere!

Postquam totum corpus lotum
lacrymis calentibus:
vestrum deum, natum meum
sepelite mentibus.

Coelo pulcro, non sepulcro
hunc decebat pendere:
sub lugente vestra mente
mavult se abscondere.

Dum spargit aram sanguine.

In Festo Septem Dolorum. Ex Brev. Praemonstratensi.

Dum spargit aram sanguine
Iesus, salutis hostia,
praesens doloris aemulum
Maria pectus immolat.

Caput cruentum filii
matris coronat verticem:
clavisque iisdem figitur
Christus cruci, Christo parens.

O passionis mutuae,
Iesu, Maria, conscii!
alterna vobis vulnera
inferre tandem parcite.

Quem vos doletis, noster est
error, furorque criminum,
totum scelus fatentibus
partem doloris reddite.

Qui natus es de Virgine etc.

Pange lingua sacratorum.

In Festo Armorum Christi fer. 6. post Dom. in Albis. Ex Propr. Moguntino.

Pange lingua sacratorum
armorum praeconia,
Dei nato quae dolorum
extiterunt semina,
quando sensit tormentorum
vim hora novissima.

Clavi caput infernalis
confixerunt Sisarae,
ut hic munus aeternalis
non auferret gloriae,
hi sint nobis triumphales
quasi claves curiae.

Dat Elias abiturus
Elizeo pallium,
dat Messias moriturus
togam in solatium:
haec me tegat, cum venturus
ero ad iudicium.

Moses petram verberavit,
et fluxerunt flumina,
petra Christus, hanc pulsavit
quam tenemus lancea;
mox hinc unda premanavit
et cruoris copia.

Eia lavet poenitentes
unda nos a crimine;
Christe, pota sitientes
tuo mentes sanguine;
tecum semper ut gaudentes
vivamus in aethere.

Ite noctes, ite nubes.

Paschalis.

Ite noctes, ite nubes,
Ite moesta sidera,
plaude coelum, plaude terra
loca plaudant infera,
plaudat aether, plaudat unda,
turba plaudat squamea.

Plaudant silvae, plaudant prata,
laeta plaudant nemora,
et quaecunque campis nata,
laeta plaudant flumina,
plaudant, valles, plaudant montes,
fontes, flores, germina.

Plaudant rupes et torrentes,
Christo plaudant omnia,
iacent hostes, iacent postes,
victa gemunt Tartara;
fracta sera gaudet terra,
vident patrum agmina.

Cedant iusti signa luctus.

Thes. II. p. 362. Paschalis.

Neale Med. H. p. 124: *This Easter Hymn, which seems of French origin, must, from its subjective character, and the occurrence of one or two terms scarcely known to mediaeval writers, be classed with the preceding.* — In carminum indice saeculo XIV tribuit carmen.

Quo me Deus amore.

De Sacramento Eucharistico. Corolla Wallr.

Quo me Deus amore
ultro complecteris,
indignum me favore
quanto prosequeris,
ex tua quando mensa,
o Caritas immensa,
mortalibus impensa,
te das et sumeris!

Non tauros atque boves,
nec das altilia,
non coturnices, oves,
nec volatilia,
lactucas nec agrestas,
sed epulas coelestes,
amoris tui testes,
donas in copia.

Sub pane te latentem
Deum confiteor,
hic Iêsu te praesentem
colo, profiteor.
In hoc te Sacramento,
sub hoc te velamento,
ceu tectum vestimento
adoro, veneror.

Valete iam regales
luxus Assyriae,
lautitiae carnales,
ollaeque Aegyptiae.
Ad agni tendo coenam
deliciarum plenam,
ad salientem venam
fontemque gratiae.

Non siliquis me pasci
volo, sed corpore,
non capior Damasci
undis aut nectare.
O Bethlehem superna!
qui tua de cisterna
coelestia Falerna
dct mihi bibere!

De vineis Engaddi
ah! botrum sitio;
heic manna superaddi
coeleste cupio.
O tritici medulla!
foecundior quam nulla
te, vitis homo bulla,
o quam desidero!

Electum o frumentum,
o quando venies?
o cordis firmamentum
me quando munies?
Cor meum tibi pando.
O quando, Iesu, quando
illud inhabitando
me tibi vindices?

O, dulcis Iesu, veni
in cordis lectulum,
in quo nil sit obscoeni;
fac tibi ferculum
virtutibus ornatum,
et caritate stratum,
me tibi praeparatum
fac tabernaculum.

Fatalis o agonis.

De S. Barbara. Nakateni Palmetum Coeleste.

Fatalis o agonis
patrona Barbara
coelestibus coronis
gemmisque fulgida!
me terret imminente
mors certa spiculo;
sed, virgo, te favente
sum par periculo.

Tu vincis innocenti
candore lilia,
per prata quae nitenti
stant lacte turgida:
da candido nitore
semper refulgeam,
castoque fac amore
ut purus ardeam.

Dum proprio cruore
aspersa pingeris,
vincis rosas rubore,
quae stant in hortulis.
O caelico vireto
plantate floscule,
hoc orbis in vepreto
me, quaeso, respice.

Te sentiunt patronam,
quos morbus opprimit,
te sublevare pronam,
quos cura deterit:
angore cum supremo
me morbus opprimet,
succurre, quando nemo
levamen adferet!

Cum ferreo sopore
mors membra vinciet,
et tartarus furore
bacchante saeviet:
dum iudicis severi
tribunal horreo,
tum, virgo, me tueri
ne differ, obsecro!

Nunquam serenior.

De Maria sine labe concepta. Corolla Wallr.

Nunquam serenior
nunquam amoenior
Phoebus est visus,
quam quando conditus
et novus consitus
est paradisus.

In hoc nil proficit,
in hoc nil officit
serpentis dolus,
nec ligni vetiti,
pomi nec editi
praefocat bolus.

Nil tabes vulnerat,
nil labes funerat
originalis;
hortum vivificat,
plantas laetificat
aura vitalis.

Tanquam in acie
stant sine macie
virtutum flores,
et sine satie
divinae gratiae
libunt liquores.

Hortus in medio
fert sine taedio
auctorem vitae;
arboris esus est
salus, quae Iesus est;
in hortum ite.

Ite, iam certa est,
nobis aperta est
in hortnm via!
En paradisus est,
qualis non visus est,
Virgo Maria.

Magne Ioseph, fili David.

De S. Ioseph: Wilh. Nakateni Palmetum Coeleste. Coloniae 1760. Corolla Wallr.

Magne Ioseph, fili David,
custos date virgini,
et quem virgo nuncupavit
patrem Christi domini,
qui fidelis servus Dei
datus es familiae,
precor, velis curam mei
tanquam pater gerere.

Quum ferentem castam matrem
conspexisses uterum,
et nescires tamen Patrem,
cor gerebas anxium:
sed de coelo mox instructus
posuisti dubium:
da sic omnis meus luctus
transeat in gaudium.

Dum in Bethlem profecturus
pergeres cum virgine,
Deus nobis par futurus
natus est in tempore.
Quem in foeno collocatum
coluisti gnaviter,
nunc in coelos elevatum
ora pro me iugiter.

Vim Herodis evasisti
monitus ab angelo,
in Aegyptum quum duxisti
virginem cum parvulo;
per moerorem quem tulisti
isto in exilio,
dum gravabor hora tristi,
mihi sis auxilio.

Ex Aegypto quum defessus
Galilaeam peteres,
es in Nazareth digressus,
ut securus degeres;
in florentis hortum mentis
amas Iesum ducere:
fac florescat et nitescat
hortus huius animae.

Quam dolebas, dum quaerebas
duodennem Iesulum!
sed inventus et retentus
auxit tibi gaudium;
Iesum lumen oculorum
fac me nunquam perdere,
menti puritas ut morum
semper adsit integrae.

Inter Iesu et Mariae
manus integerrimas
spiritum emittam pie
hinc ad sedes superas.
Eia Iesu et Mariae
me coniunge tertium,
quando in suprema die
mors citabit anxium.

I. B. Rousseau Purpurviolen der Heiligen V p. 167: *Im kathol. Kantual Hadamar 1821 befindet sich S. 423 die Hymne „Magne Ioseph fili David" lateinisch und deutsch.*

Laudibus cives resonent canoris.

De S. Benedicto. E. Brev. Cisterciensi.

Laudibus cives resonent canoris;
templa solemnes modulentur hymnos:
hac die summi Benedictus arcem
scandit Olympi.

Ille florentes peragebat annos,
cum puer dulcis patriae penates
liquit, et solus latuit silenti
conditus antro.

Inter urticas rigidosque sentes
vicit altricem scelerum iuventam,
inde conscripsit documenta vitae
pulchra beatae.

Aeream, turpis Clarii figuram
et nemus stravit Veneri dicatum,
atque Baptistae posuit sacrato
monte sacellum.

Iamque felici residens Olympo
inter ardentes Cherubim catervas
spectat, et dulci reficit clientum
corda liquore.

Gloria Patri genitaeque Proli
et tibi compar utriusque semper
Spiritus alme, Deus unus, omni
tempore saecli.

Gabrielem veneremur summi regis nuntium.

De S. Gabriele Archang. Brev. Praedicatorum.

Gabrielem veneremur summi regis nuntium,
per quem Deus delegavit suum ministerium,
mundo lapso nuntiando Iesum, Dei filium.

Gabriel, virtus divina, debiles fortifica,
ut vincamus inimicum ipse nos corrobora,
et ut lapsus remittantur ipse nobis impetra.

Angelus in mundum missus ad Mariae thalamum,
te solum Deus elegit suum secretarium;
nostras preces tu praesenta ante coeli dominum.

Gloria et honor Deo usquequaque altissimo,
una Patri Filioque, inclyto Paraclito,
qui tot dona condonavit Gabrieli Archangelo.

Summis ad astra laudibus.

De S. Catharina Flisca Adurna Vidua. Ex Breviario Romano impresso Venetiis 1757, cui officia propria Sanctorum Italiae adiuncta sunt.

Summis ad astra laudibus
tollamus omnes feminam,
quae sanctitatis gloria
auget decus Liguriae.

Beata, cuius intimo
latere nesciens sinu
foris inundat caritas,
totisque membris aestuat.

Menses per anni circulum
ieiuna plures transigis,
solo Angelorum pabulo
vitam labantem sustinens.

Dum mente Christum concipit
membris fluentem sanguine,
ardore pectus intimo
sentit repente corripi.

Hinc sancto amore saucia
terrena cuncta despicit:
adversa fert alacriter,
patique quaerit unice.

Mox et flagellis conterens
artus rebelles iugiter.
Christi dolorum particeps
crebro meretur effici.

Turbam iacentem pauperum
quam dirus angor opprimit,
ceu membra Christi languida
matrona clemens confovet.

Opes opemque conferens
vilique fungens munere,
prosternit illis lectulos,
sordesque purgat sedula.

Quo quisque plagis foedior,
huic illa servit promptior,
tabem nec horret ulcerum,
horrere nescit caritas.

Deo Patri sit gloria,
et Filio, qui a mortuis
surrexit, ac Paraclito
in sempiterna saecula.

Tot lacrymarum filius.

In Conversione S. Augustini 11. Mai. Brev. Ordinis Servorum B. Mariae V.

Tot lacrymarum filius,
moestae parentis gaudium
doloris ictus cuspide
fit caritatis victima.

Quem matris alvus edidit,
tunc edidit miserrimum
feliciorem denuo
cor vulneratum parturit.

In lacrymarum fluctibus
deforme monstrum mergitur,
ut innovatum prodeat
exinde formosissimum.

Fletus redundans effluit
pulchri doloris filius,
foedis lavacrum sordibus
cordisque plagis balsamum.

Gementis o puerperae
felix dolor! foecunditas
o lacrymarum! gaudia
quot gignis uno in filio!

Deo Patri sit gloria etc.

Festa lux claro celebris triumpho.

De S. Norberto. Ex Brev. Praemonstratensi.

Festa lux claro celebris triumpho
annuo nobis revoluta lapsu
posteris tanti merito Parentis
gaudia promit.

Hunc adhuc matris gremio latentem
praesulem vates monuit futurum
Angelus; natum supera vocavit
Christus ab arce.

Purpura tandem generis relicta
membra melote tegit innocenti,
alter et Paulus graviter tonando
pulpita complet.

Mutuis in sese odiis flagrantes
foedere adstringit; penetrat propheta
abditas culpas; oculis refundit
lumina cassis.

Imperat morbis, alimenta egenis
fratribus supplet; fugat efficaci
daemones verbo; superat feroces
strenuus hostes.

Haeresis forti hoc duce Tanchelina
ore blasphemo sacra polluentis
victa apud Belgas; simul et tyrannis
impia cedit.

Virginis sumit monitu Mariae
candidam vestem; videt Hipponensem
Praesulem sacros sibi codicillos
rite ferentem.

Quos et oblatos animo lubenti
pontifex summus recipit probatque!
Magdeburgensem simul et tiaram
sumere cogit.

Sit Deo nostro decus et potestas,
sit salus perpes, sit honor perennis,
qui poli summa residet in arce
trinus et unus.

Norberte pater insignis.

De S. Norberto. Brev. Praemonstrat.

Norberte Pater insignis,
vota nostra suscipe,
et in sedibus beatis
fac tuos quiescere,
qui coelestibus potiris,
nos terrenis eripe.

Tu pervigil Dei cultor,
tu Christi testis fidus,
tu veritatis assertor,
candidi splendor coetus,
cupiditatum domitor,
bino clarus stemmate.

Sacratus illuxit dies,
quo redemptor omnium
tibi iustas reddi vices
laborum fidelium
voluit, et inter cives
te locare coelitum.

Hic est dies ter beatus,
et cunctis optabilis,
quo Norbertus praesul sanctus
laurea redimitur,
atque throno summi Regis
gloriose sistitur.

Adiunctus est patriarcha
choris apostolicis,
qui semper fulsit ut lampas
in obscuris tenebris,
hostium fraudes et technas
suis vincens meritis.

Splendor paternae gloriae,
nos gementes aspice,
tuique gregem Norberti,
summe pastor, dirige,
ut is tandem in coelestia
deducatur pascua.

Salveto centies.

Pro intercessione B. Aloysii ad servandam iuvenilis corporis Castitatem. Cor. Wallr.

Salveto centies,
salveto millies,
flos paradisi!
tu gemma iuvenum,
tu princeps virginum,
o Aloysi.

Salveto lilium
candens convallium,
o Aloysi,
tu coeli gaudium,
terrae delicium,
flos paradisi.

Inter sodalium
tu coetus omnium
flos paradisi!
inter tentantium
sentes corallium,
o Aloysi.

Inter terrigenas
virtute coelitum
flos paradisi!
mentis integritas
te servat angelum,
o Aloysi!

Si mundus incitat,
si caro sauciat,
o Aloysi,
da carnem vincere,
da mundum ludere,
flos Paradisi!

Repelle socios
virtuti noxios,
flos Paradisi!
da fugam otii,
timorem Domini,
o Aloysi.

Da carnis noxia
nescire vulnera,
o Aloysi!
da robur sensibus,
fer lumen mentibus,
flos paradisi!

Sub Dei numine
tuo iuvamine,
o Aloysi,
fac simus angeli
tibi simillimi,
flos Paradisi!

Nos Aloysios
culparum nescios
fac Aloysi!
duc castos, integros
ad Deum servulos,
o Aloysi!

Claris coniubila Gallia laudibus.

In Translatione S. Benedicti XI. Iulii. Ex Propriis Benedict.

Claris coniubila Gallia laudibus,
laeteris Benedicti Patris ossibus
felix, quae gremio condita proprio
servas membra celebria.

Miris Italia fulserat actibus.
Gallos irradiat corpore mortuus;
signis ad tumulum crebrius emicat,
illustrans patriam novam.

Hic vatum veterum facta resuscitat,
morti, quod libuit, mortuus imperat,
extinctum propriis ossibus excitat:
o quam mira potentia!

Iam coelo residens, o Pater optime,
divinis famulos imbue regulis,
angustum per iter scandere largius
dona regna perennia.

Cunctorum dominans omnipotentia,
tu, qui sede poli conspicis omnia:
psallentum placide suscipe cantica,
votis, voce precantia.

Auctor carminis fertur Petrus Mauritius cognomento Venerabilis, abbas Cluniacensis † 1156. Cf. Io. a Bosco Bibl. Floriacensis ed. Lugd. 1605. p. 376.

Nunc iuvat celsi properare ad alta.

De S. Elia. 20. Iul. Brev. Carmelit.

Nunc iuvat celsi properare ad alta
mente Carmeli iuga, et ore pleno
vatis Eliae meritos referre
laudis honores.

Hic sacri est ductor, columen, decusque
Ordinis nostri, superisque gratus:
o Pater salve, placidus tuosque
excipe alumnos.

Dum fames terras premeret, ministro
uteris corvo; viduae farinam
sufficis solers; oleoque manat
hydria pingui.

Tu Deo fusis precibus reductum
finibus mortis puerum parenti
illius reddis viduae, senectae
dulce levamen.

Claudis et nubes, aperisque verbo,
imperas post tres properanter annos
decidant coelo, sitiensque tellus
hauriat imbres.

Sit Patri summo, genitaeque Proli,
et tibi, compar utriusque sancte
Spiritus, laus, imperium, potestas
Tempus in omne.

Prostibulum pudoris.

Magdalenae poenitentis ad Christi pedes Cor contritum.
Corolla Wallr.

Prostibulum pudoris
dum cerno me, prosterno me
ad pedes Salvatoris.
Hic frigescenti focus est,
hic poenitendi locus est,
haec statio theatrum sit doloris.

Suspiriorum chori,
stipate me, et date vae
recondito dolori!
marmoreum cor tundite,
aquarum nimbos fundite,
stat lacrumis ad pedes Iesu mori.

O fontes oculorum!
depluite, eluite
sentinam peccatorum,
nam pedes Iesu mergere,
et sparso crine tergere
spes unica et scopus est votorum,

Sed tamen haec tormenta
liquoribus, odoribus
attemperant unguenta:
post lacrumarum balnea
quae spirat virtus balsama
sint ultima doloris sacramenta.

Christus:

O mulier! singultum
iam supprime, iam suscipe
benignum Iesu vultum.
Tuum dolorem leniam;
es consecuta veniam
ac gratiam, nam dilexisti multum.

Franciae quondam decus atque lumen.

De S. Liborio 23. Iul. Lateinische Vespergesänge nach dem Römischen Brevier und dem Ritus der Domkirche zu Paderborn von Dr. G. Marchand. 1851. p. 30.

Franciae quondam decus atque lumen,
quem colit Sartae Paderaeque flumen,
huc ades nobis ope sanctiori,
Dive Libori.

Tu vir in terris humilis pudicus,
nec levis mundi vitiis amicus,
visus es iugi pietate sursum
tendere cursum.

Tu, sacerdotum decus atque forma,
factns es cleri populique norma:
et quod externe tua vox monebat,
vita docebat.

Larga mendicis dona contulisti,
pro Dei cultu solitus fuisti
aere non parvo fabricare claras
Numinis aras.

Nunc Deo iunctus superisque Divis
alta coelorum super astra vivis;
inde nos moestos miserosque dulci
munere fulci!

Te, Deus simplex pariterque trine
coelicus laudet chorus absque fine:
ac tibi semper canat ampliores
laudis honores.

Defensor alme Hispaniae.

De S. Iacobo Apostolo. In Festo Translationis 30. Dec., Apparitionis 23. Mai., et in Festo Principali 25. Iul.
Ex Proprio Hispaniae.

Defensor alme Hispaniae,
Iacobe, vindex hostium,
tonitrui quem filium
Dei vocavit Filius:

Huc coeli ab altis sedibus
converte dexter lumina,
audique laeti debitas
grates tibi quas solvimus.

Grates refert Hispania,
felix tuo quae nomine
te gloriatur iugiter
dignata sacris ossibus.

Tu, caeca nox atque impia
nos cum teneret vanitas,
lucem salutis primitus
oris Iberis impetras.

Tu, bella cum nos cingerent,
es visus ipso in praelio,
equoque et ense acerrimus
Mauros furentes sternere.

Freti tuo nos pignore,
largum tuo te munere
rogamus omnes, ut tuae
spe protegas praesentiae.

Iesu tibi sit gloria etc.

Gaude mater ecclesia.

De S. Dominico. Brev Praedicatorum.

Gaude mater Ecclesia,
laetam agens memoriam,
quae novae prolis gaudia
mittis ad çoeli curiam.

Praedicatorum Ordinis
dux et pater Dominicus
mundi iam fulget terminis,
civis effectus coelicus.

Carnis liber ergastulo
coeli potitur gloria:
pro paupertatis cingulo
stola dotatur regia.

Fragrans odor de tumulo
cum virtutum frequentia
clamat pro Christi famulo
summi Regis magnalia.

Trino Deo et simplici
laus, honor, virtus, gloria,
qui nos prece Dominici
ducat ad coeli gaudia.

Mone III. p. 270. (Hs. von S. Peter 55. zu Karlsruhe 14. Jahrh.; andere Hs. von da 32. des 15. Jahrh.)

Eia Phoebe nunc serena.

Maria in coelum assumpta. Corolla Wallr.

Eia Phoebe, nunc serena
luce pinge faciem:
victrix redit ab arena
belli dux post aciem;
Stygias Iudith phalanges fudit
Maria terror hostium.

Surge victrix et angusta
terrae linque spatia;
scande, mater, in augusta
filii palatia:
tot praeliorum, tot meritorum
parata cape praemia.

Cinge currum triumphalem,
coelitum militia,
duc ad coelos hanc ovalem
pompam cum laetitia:
lauros inflecte, coronas necte,
da rosas, sparge lilia.

Festos ignes excitate,
o ardores Seraphim!
dulces hymnos personate,
o melliti Cherubim!
Io triumphe, dux paranymphe,
adorna thronum Gabriel!

Surge, Iesu, in occursum,
matri tende brachia,
et ad patrem defer sursum
inter casta basia;
fili, felices repende vices,
quae te lactavit virgini.

Diva Trias personarum,
da coronam gloriae,
praebe sceptrum auro clarum
Reginae victoriae;
Io ter io! Regina, pio
te clangit coelum iubilo.

Have! salve nunc in sedem
elevata gratiae,
cuius portat luna pedem,
soles micant acie.
Felix Bellona,
mater patrona,
post te iam trahe filios.

Königsfeld ac Simrock Innocentium III. Pontificem auctorem carminis appellant. Credat Iudaeus apella.

Bernardus inclytis ortus natalibus.

De S. Bernardo. Ex Brev. Cisterciensi.

Bernardus inclytis ortus natalibus,
praeclarus meritis, cum claris fratribus
fugit in abditis, paternis opibus
spretis et mundi flosculo.

Latrator strenuus, sanctus ex utero,
doctor praecipuus nectare supero,
vigil assiduus, sub salutifero
monstratur matri catulo.

Tardant vigiliae, dormit ad ostium,
mox venter Mariae producit filium,
laudis homiliae provocant studium,
dat puer nummos clanculo.

Pulsante femina, latrones clamitat:
defixa lumina stagno praecipitat
abhorret carmina, luxum snppeditat,
iactae cedit in lectulo.

Intrat Cistertium cum tricenaria,
fratris connubium solvit religio;
Gerardus hostium perfossus gladio,
liber exit cum vinculo.

Iussu Pontificis obedit rustico,
oleum calicis bibit pro thetico,
stat in veridicis corde prophetico,
rastrum coaequat annulo.

Scribit epistolam in imbris medio,
muscae parabolam affert extinctio,
foeminam dyscolam plenam daemonio
curat crucis signaculo.

Mariae cithara scripturas explicat,
spoliat tartara, functos vivificat,
nec non gens barbara hunc sanctum praedicat
ore, stylo, miraculo.

Sit laus Ingenito, decus et gloria,
ab Unigenito sit reis venia,
nobis Paraclito praestante gaudia
in infinito saeculo.

Magister orbis maxime.

De S. Augustino. Brev. Ord. Servor. Mariae.

Magister orbis maxime,
qui mente clara coelitus
scrutaris inscrutabile
trini Dei mysterium.

Ecclesiae sol splendide,
ardore cuius igneo
solvuntur imbres criminum,
nubes fugantur haeresum.

Scriptis refutas Arii
Manetis orta dogmata,
Donati et atra schismata
verbo potente dissipas.

Per te subactis hostibus
Christi triumphat gratia,
et veritatis fulmine
anguem Britannum conteris.

Quaecunque monstra protulit
Orcus, quot inde proferet,
libris repressa concident,
quibus fides innititur.

Te iure solitudines
exuberantes monachis:
et restituti praedicant
normae priori clerici.

Fove precantes Trinitas,
ex Patre Verbum, Caritas,
quos Patris ardor edidit,
amoris auge fructibus.

Aurora quae solem paris.

Santolii Victorini de Nativitate Mariae. Brev. Tullense.

Aurora, quae solem paris,
et ipsa solis filia,
quam splendidum, cum nasceris,
affers diem mortalibus!

Te luce sol vestit sua,
tibique luna sternitnr;
aptata sacro vertici
nectunt coronam sidera.

Te mille virtutum chori,
te turma cingit coelitum;
ambit suo te numine,
qui te facit matrem Deus.

Uti potens exercitus
tu, Virgo, terror hostium;
te sic obumbratam Deo
pavent tremuntque tartara.

Qui tabe nos infecerat,
serpentis elidis caput;
attritus aeterno iacet,
non iam timendus, vulnere.

Fac, Virgo, quem scimus Deum
venisse terris hospitem,
per te, manens nobis adhuc,
nostri sit hospes pectoris.

Sit laus Patri, laus Filio,
par sit tibi laus, Spiritus,
per quem sacra se Filius
infudit alvo Virginis.

Praeclara custos virginum.

In Festo Puritatis B. M. V. Dom. III. Oct. Ex Brev. Ord. Servorum Mariae.

Praeclara custos virginum
intacta mater numinis,
coelestis aulae ianua,
spes nostra, coeli gaudium!

Inter rubeta lilium,
columba formosissima,
virga e radice germinans
nostro medelam vulneri!

Turris Draconi impervia,
amica stella naufragis:
tuere nos a fraudibus,
tuaque luce dirige.

Erroris umbras discute,
Syrtes dolosas amove,
fluctus tot inter deviis
tutam reclude semitam.

Iesu tibi sit gloria etc.

O gens beata coelitum.

De Omnibus Sanctis. Corolla Wallr.

O gens beata coelitum,
sanctorum phalanx principum,
o quanta Dei gratia
inundat vos per omnia!
supremus vobis Dominus
summum dat bonum cominus,
quo frui licet omnibus.

O quanta super sidera
vibratis omnes lumina,
splendore solem vincitis;
et quidquid micat sideris,
si quae stellarum clarius
fulgeret, quam sol aureus:
lux vestra maior omnibus.

Corpus crystallo purius;
ut sol refulget animus,
venae corallo similes,
nec auri filo dispares;
in venis sanguis gratius
flagrabit, rosis suavius,
et balsamo iucundius.

In Paradiso vivitis,
florum corollas plectitis,
rosas miscetis liliis,
ligustra cum narcissulis.
Flos unus est cultissimus,
qui mille voluptatibus
puris redundat mentibus.

Heic mensa semper epulis
instructa manet coelicis;
cum Deo vos accumbitis,
eius fruentes ferculis.
Iam nulla desunt dulcia,
haud nectar, haud ambrosia:
illis abundant omnia.

O quanta hic sunt gaudia,
quam dulcis sonat musica,
quae vocum hic concordia,
quae fidium harmonia!
o quam miscentur dulciter,
quam tinniunt suaviter,
Nil est auditum taliter.

Deum videtis Principem
de facie ad faciem,
ex quo vobis coelestia
nascuntur tanta gaudia,
quanta nec vidit oculus,
nec ullus cepit auribus;
hic mundus sordet omnibus.

O! quando detur animae
hac perfrui dulcedine,
quam Deus diligentibus
se praeparavit mentibus!
Eum rogate supplices,
ut choros inter coelites
vobis nos iungat exules.

Quam pulchre graditur filia Principis.

De Praesentatione Virginis. Brev. Tullense.

Quam pulchre graditur filia Principis,
templi cum properat limina tangere!
praeludit meliori,
quam mox offeret hostiam.

E matris gremio Numinis in sinum
infans non dubiis passibus advolat:
Virgo Numinis ara,
aris victima sistitur.

Sponso membra Deo mollia devovet,
cordis virginei dedicat intima:
Verbo debita mater
Verbo viscera consecrat.

Tecum cuncta Deo prodigo dum voves,
Numen, Virgo, tui pectoris incola.
quanto foenore pensat
terrae, quae bona despicis!

Sit suprema tibi gloria, Trinitas,
quo Virgo teneram se vovet hostiam,
puri Flamen amoris,
fac nos iam tibi vivere.

Ut axe sunt serena.

De Beata Virgine.

Ut axe sunt serena
nocturna sidera,
ut verna sunt amoena
in campis lilia:

Sic, virgo, claritatis
es flore fulgida,
sic, mater, caritatis
es rore limpida.

Salve arca foederis.

De Beata Virgine. Frantz Geschichte der geistlichen Liedertexte. S. 166.

Salve arca foederis,
thronus Salomonis,
arcus pulcher aetheris,
rubus visionis,
virga frondens germinis,
vellus Gedeonis,
porta clausa numinis
favusque Samsonis.

Salve, virgo puerpera,
templum trinitatis,
angelorum gaudium,
cella puritatis,
solamen moerentium,
hortus voluptatis,
palma patientiae,
cedrus castitatis.

Salve urbs refugii,
turrisque munita,
David propugnaculis
armisque insignita;
in conceptione
caritate ignita
draconis potestas
est a te contrita.

Salve horologium,
quo retro gradiatur
sol in decem lineis,
Verbum incarnatur;
homo ut ab inferis
ad summa tollatur,
Immensus ab angelis
paulo minoratur.

Per te mater gratiae,
dulcis spes reorum,
fulgens stella maris,
portus naufragorum,
patens coeli ianua,
salus infirmorum;
videamus regem
in aula sanctorum.

Supplices offerimus
tibi, virgo pia,
haec laudum praeconia;
fac, nos ut in via
ducas cursu prospero,
et in agonia
tu nobis assiste,
o dulcis Maria.

Congregavit Deus aquas.

Maris stella est Maria.

Congregavit Deus aquas
sacro spiritu afflatas
et vocavit maria:
ego aquas calidarum
congregabo lacrymarum
et vocabo Mariam.
O Maria! semper dulcis,
semper pia!

Inter tristes cordis luctus
ite fontes, ite fluctus
sacro tacti flumine!
ite noctes, ite dies:
nulla sit pupillis quies
naufragantis animae.
O Maria etc.

Omnes rivi cursim fluunt
et in sinum maris ruunt,
mare hinc non effluit;
ad Mariam tanquam mare
peccatores currunt—quare?
quia nullum respuit.
O Maria etc.

Si te culpae labes tangit,
aut Gehennae metus angit,
mentem non deiicies;
habes evadendi viam:
curre tandem ad Mariam,
haec te non despiciet.
O Maria etc.

Si ventorum murmur fremit,
tempestatum furor premit
cymbam inter scopulos:
ecce maris stella lucet,
cymbam haec in portum
ducet —
in hanc verte oculos.
O Maria etc.

Maris stella est Maria,
quae te certa ducet via —
stellam maris invoca!
inter tribulationum
fluctus et tentationum
hoc celeusma insona:
O Maria etc.

Ergo parce, o Maria,
parce servo, mater pia,
si ad te clamaverit;
non recordor me audisse,
quenquam te deseruisse,
qui te invocaverit.
O Maria etc.

Simrock p. 260: *Nautarum cantilena.* Königsfeld p. 272: *Ein bei Sturm und Wassersnoth, besonders bei den italienischen Schiffern beliebter Gesang.*

O quam decora.

Marianus. Corolla Wallr.

O quam decora
felici aurora
tu vitae mater exoreris!
tu sol, tu luna,
lux nobis una,
quae nunquam terris emo-
reris.

Ortus natalis
Reginae talis
umbras illustrat gementium;
en, coelo nata
est terris data
Maria mater viventium.

Quem sic praeivit,
parens nutrivit
aurora solem iustitiae,
et destinatis
in mortem gnatis,
diem reduxit laetitiae.

O sol, o luna,
o pharus una,
dum cymba gemit, heu!
naufraga,
tu per profundas
heic orbis undas
in portum dirige carbasa,

Mater salutis,
lampas virtutis,
expelle mentis caliginem
reduc errantes,
leva sperantes
ad almae lucis originem.

Ave virgo gratiosa.

De Beata Virgine. Corolla Wallr.

Ave virgo gratiosa,
virgo sole clarior!
mater Dei gloriosa,
favo mellis dulcior. Maria.

Tu es illa speciosa,
qua est nulla pulchrior,
rubicunda plus quam rosa,
lilio candidior. Maria.

Tu es grata lux piorum,
grata lux Ecclesiae,
fulgens portus afflictorum,
mater es clementiae. Maria.

Tu es mater singularis,
et nos tui filii;
fac nos semper tuearis,
nostri spes auxilii. Maria.

Dele sordes peccatorum,
mater indulgentiae!
consolatio moestorum,
nostrae fons laetitiae! Maria.

Tandem audite me.

Maria amore moriens. Corolla Wallr. Phoenix inter flammas exspirans. M. sponsum quaerens.

Tandem audite me,
Sionis filiae!
aegram respicite,
dilecto dicite:
amore vulneror,
amore funeror.

Fulcite floribus
fessam languoribus.
stipate citreis
et malis aureis;
nimis edacibus
liqueo facibus.

Huc odoriferos,
huc soporiferos
ramos deponite;
rogos componite,
ut phoenix moriar,
ex flammis oriar.

An amor dolor sit,
an dolor amor sit,
utrumque nescio,
hoc unum sentio:
qui meus amor est,
hic blandus dolor est.

Quid amor crucias?
aufer inducias!
suavis tyrannus es,
momentum annus est.
cur tua vulnera
tam tarda funera?

Iam vitae stamina
rumpas, o anima!
vult ignis tendere,
gestit ascendere,
crispat vertiginem,
quaerit originem.

Trench: *The poet has drawn his inspiration throughout from the Canticles. The whole of this beautiful composition, is but the further unfolding of the words of the Bride, „I am sick of love.“ (ii. 5.)*

Anima virginis illumina me.

Carmen: Anima Christi sanctifica me mutatum et Beatae Virgini accommodatum.

Anima Virginis illumina me,
corpus Virginis custodi me,
lac Virginis pasce me,
transitus Virginis confirma me,
tibi in famulum suscipe me,
fac me semper confidere in te,
a malis omnibus protege me,
in hora mortis meae adiuva me,
et iter mihi tutum para ad te,
ut cum electis omnibus glorificem te,
in saecula saeculorum.

Frantz l. c. p. 142. singulari ac miro errore obcaecatus carmen ab S. Augustino compositum esse opinatur: *Da Augustinus durch Dialektik und Phantasie die heilige Jungfrau mit solchem Nimbus umgeben hatte, so apostrophirt er sie betend und legt ihr eine unendliche Hoheit bei.*

O sanctissima.

De Beata Virgine.

O sanctissima,
o piissima,
dulcis virgo Maria,
mater amata,
intemerata,
ora, ora pro nobis.

[Pias lacrymas,
pios gemitus
audi, bona, precamur.
Ingruunt hostes,
suffice vires,
ora, ora pro nobis.

In miseriis,
in angustiis
ora, virgo, pro nobis;
pro nobis ora
in mortis hora,
ora, ora pro nobis.]

Quod sciam pia ac dulcis cantilena una cum melodia primum Germanis innotuit recepta in celebratissimo Herderi libro Stimmen der Völker. *Als schönste Probe italienischer Volkslieder stehe hier statt vieler das sicilianische Schifferlied mit seiner einfachen sanften Melodie im Original und in einer hierzu sangbaren Uebersetzung.* Et sane Vir Doctus, quem inter Germanus qui rerum Italicarum periti sunt facile dicas principem, „qui mores multorum Italorum vidit et urbes“ me

certiorem fecit, profecto hanc cantionem latino sermone hodieque a nautis siculis cantari. Stropha **secunda** et **tertia**, procul dubio spuriae leguntur e. g. in Simrockii libro.

Iesu formosis.

Dialogus inter Iesum et Mariam ex Canticis Canticorum.
Corolla Wallr.

M. Iesu formosis
pulchrior es rosis,
auro pretiosior,
ut flos amoenus,
ut sol serenus,
astris speciosior,

I. Virgo decore
pulchrior es flore,
gemmis rutilantior,
lenis ut unda,
ut ros foecunda,
luna es praestantior.

M. Iesu labellis
gratior es stellis,
vitro et lucidior,
laetior stratis
floribus pratis,
botro es venustior.

I. Virgo tenellis
mitior capellis,
astro es fulgidior;
comptius alma
corpus est palma,
nive tu candidior.

M. Durior petra,
bellua est tetra
quisquis te non diligit;
trux est hyaena,
ferox leaena,
qui te Iesum negligit.

I. Durior lignis,
saevus est ut ignis
quisquis te non respicit;
is est vesanus
et inhumanus,
qui Mariam despicit.

Ex quo salus mortalium.

Santolii Victorini de Martyribus. Brev. Tullense.

Ex quo salus mortalium
fluxit sacer Dei cruor,
homo redemptus aemulum
Deo litavit sanguinem.

Non iam crucis Christi pudet,
quin surgit ingens gloria
Deum fateri mortuum,
pro mortuo mori Deo.

Hoc iste plenus spiritu
ridet minas, ridet neces,
tuaque fretus dextera
tibi, Redemptor, militat.

Parata spectans praemia
securus ad poenam volat:
sic pugnat, ut speret mori,
et morte mortem vincere.

Unus tot armatas manus
stupente lassat iudice,
et tortus ipsis qui cadit
torquentibus fit fortior.

Da Christe tanti militis
aequare facta fortia,
da sustinere pro tuo
quodcunque durum nomine.

Aeterne tu Verbi Pater,
aeterne Fili, par Patri,
et par utrique Spiritus,
tibi Deus sit gloria.

O Deus ego amo te.

Thes. II. p. 325. Ad Deum.

Schlosser I. p. **407**: *Gewöhnlich heisst vorstehendes Gebet Liebesseufzer des h. Franciscus Xaverius.* Carmen S. Francisci tessaradecastichum, quod poeta latinum fecit, e sermone Hispano in vernaculum transtulit Diepenbrock Geistlicher Liederstrauss p. **199**:

Nicht fühl' ich dich zu lieben mich gezogen,
O Gott, durch die verheissnen Himmelsfreuden,
Noch hat, was dich beleidiget zu meiden,
Die Furcht der Höllenqualen mich bewogen.
Du selber bist's, der mir mein Herz entzogen,
Blutbräutgam! seh' am Kreuze ich dich leiden,
Seh' dich verhöhnt in Angst und Noth verscheiden,
Vergiessend all dein Blut in reichen Wogen.
An solcher Lieb' ich meine Lieb' entzünde;
Und wär' der Himmel nicht, ich müsste lieben;
Und wär' die Hölle nicht, ich flöh' die Sünde.
Säh' Höll' und Himmel ich in Nichts zerstieben,
Dass Lohn nicht mehr, nicht Strafe mehr bestünde,
Die Lieb' um Liebe wär mir dennoch blieben.

Cur relinquis Deus coelum.

Ad Christum Dominum.

Cur relinquis Deus coelum,
et in terrae venis coenum?
an exspectas hic amores?
nescit mundus te amare!
an requiris hic honores?
nescit mundus honorare
in maligno positus!
Bethlem monstrat mundi mores
quando tibi claudit fores
et ad antrum cogit ire,
quod vix pecus vult subire:
quia circum cuncta patent,
et nec pecus damna latent,
quae dat casa pervia.

Iesu, qui in casa friges,
omnibusque membris riges,
fuge patens ventis tectum
madidumque nive lectum:
en me totum do in lectum,
et cor meum do in tectum,
quo quiescas melius.

Te vult meum cor amare,
et amando basiare,
basiando honorare,
honorando exaltare;
ratos habe hos honores,
ratos habe hos amores,
nam ex corde profluunt.

Ardet meum cor amore,
hinc fovebit te calore:
tuque me fovebis magis,
et amore inflammabis:
nam es amor et es ignis,
qui inflammas sine lignis
corda te amantium.
Eia, veni ignis Deus!
eia, veni amor meus:
subi cordis mei tectum,
ubi stravit amor lectum,
quo nos simul quiescamus,
et aeterna diligamus
mutuis amoribus!

Domine Iesu, noverim me, noverim te.

Suspirium ad Christum Dominum. In libris asceticis recentioribus.

Domine Iesu, noverim me, noverim te.
nec aliquid cupiam nisi te.
oderim me et amem te.
omnia agam propter te.
humiliem me, exaltem te.
nihil cogitem nisi te.
mortificem me et vivam in te.
quaecunque eveniant accipiam a te.
persequar me, sequar te.
semper optem sequi te.
fugiam me, confugiam ad te,
ut merear defendi ad te.
timeam mihi, timeam te.
et sim inter electos a te.
diffidam mihi, fidam in te.
obedire velim propter te.
ad nihil afficiar nisi ad te.
et pauper sim propter te.
adspice me ut diligam te.
voca me ut videam te,
et in aeternum fruar te.

Frantz p. 35: *Das Breviarium der Cistercienser enthält eine rhythmische petitio devota des Augustinus, welche nur als geistreiche Spielerei des grossen Mannes gelten kann.* Carmen e vocibus vel sententiis S. Augustini conflatum, minime vero ab ipso compositum est.

O Domine Iesu sperari in te.

Schlosser I. p. 347. 416. „Gebet der Königin Maria Stuart."

O Domine Deus, speravi in te:
o care mi Iesu, nunc libera me.
in dura catena,
in misere poena
desidero te:
languendo,
dolendo,
et genu flectendo
adoro,
imploro,
ut liberes me.

Königsfeld p. 275: *Die unglückliche Königin Maria von Schottland soll dieses Gedicht wenige Stunden vor ihrer Hinrichtung in ihr Gebetbuch geschrieben haben.*

Quid Tyranne quid minaris.

Thes. II. p. 378.

10. Du Méril Poésies Populaires Latines p. **141**: *Il y a flagrorum dans Follen, mais tormenti nous a paru reclamé par la rime, qui a partout ailleurs deux syllabes.*

Horrenda mors, tremenda mors.

Mors peccatoris.

Horrenda mors, tremenda mors,
telo minax et arcu,
fatale torquet spiculum,
nulla quod arte vites.
Ceu fumus evanescimus,
eliminamur omnes:
abibis hinc! fulgentibus
non flectitur metallis,

Genae rigebunt cereae;
fax luminum fatiscet;
nec pectus eluctabitur;
in ore vox dehiscet.
Laudata forma concidet,
arteriae pavebunt;
gelu madebis horrido
obsessus a Charonte.

Te lectus uret anxius.
curis cor exedetur;
qui vivens vita dictus es,
defunctus ipsa mors es!
Avere te qui millies
iussit, iubet valere,
postesque furtim transvolat,
quos ante basiabat.

Prope post mortem mortui
cadaver efferere:
lamenta erunt solatia
uxoris et nepotum!
Cras lacrymae reconditos
vertentur in cachinnos!
Sed tu subi scrobem, subi!
haec fossa sorbet orbem.

Specum iacentis incolunt
venena, buffo, vermes:
hos aulicos haec aula fert,
hic gratus imperabis.
Tributa pendes vermibus,
stipendiumque blattis:
fas his erit grassarier
per ossium medullas.

Cognata gentis atria
mox finient dolorem:
semestre ducent lugubre,
vertentque mox amorem.
Levem precata cespitem
perenne te silebunt!
haeres talenta dividet:
te divident lacertae.

Du Méril Poésies etc. I. p. **136**: *Nous ajouterons un rhythme sur la mort du pêchcur, que le style, l'absence de rime et l'élision du v. 14 (27) nous font croire fort ancien.* Sed haec ipsa elegantia prodit auctorem saeculi decimi sexti.

Ah quam gravis lex statuta.

Planctus animae in Purgatorio. Corolla Wallr.

Ah quam gravis lex statuta!
tota flammis mens imbuta.
Inter rogos inardescit,
et ardore contabescit.
Salamandra! potes illas
ambulare per favillas?
O mortales quotquot estis,
opem forte, quam potestis.

Piget verbo suffragari,
cum me scitis naufragari
magno mari lacrymarum;
et quod magis est amarum:
me videtis ignearum
aestu rapi procellarum?
O mortales etc.

Clavi, ferra, runcinaeque,
prunae, faces, laminaeque,
ungulaeque penetrantes,
pectinesque laniantes,
et quaesita quaevis poena
exquisita foret coena.
O mórtales etc.

Hos si luctus Geta sciret,
toto corde singultiret;
ipsa tigris, si videret,
pardalisque large fleret;
imo rupes finderetur
adamasque frangeretur.
O mortales etc.

Et qui mei vos amici
quondam volebatis dici,
ne cessetis lacrymari,
pro me Deum deprecari:
precor vos per hos ardores,
omnes sacros per amores!
O mortales etc.

Requiescat a labore.

Monialinm et Heloisae naenia iuxta sepulcrum Abaelardi.

Moniales.

Requiescat a labore
doloroso et amore!
Unionem coelitum
flagitavit,
iam intravit
Salvatoris adytum.

In obscura tumbae cella
alma micat iusto stella,
instar ipse siderum
refulgebit,
dum videbit
in fulgore dominum.

Heloisa.

Salve victor sub corona,
sponse in nitente zona!
Millibus cum lacrymis
quem salutat,
tua nutat
vidua in tenebris.

In aeterna mihi iunctum
amo dignior defunctum
beatorum socium,
mors piavit
quae sanavit
insanatum animum.

Tecum fata sum perpessa,
tecum dormiam defessa
et in Sion veniam;
solve crucem,
duc ad lucem
degravatam animam!

Sanctae animae favete!
consolare Paraclete!
Audin? sonat gaudia
cantilena
et amoena
angelorum cythara.

Moniales.

Requiescant a labore
doloroso et amore
Unionem coelitum
flagitabant,
iam intrabant
Salvatoris aditum.

Frantz l. c. p. **31**: *Von seiner theuern Heloise, der schönen Tochter des Kanonikus Fulbert, ist noch ein Wechsellied aufbewahrt, welches die fromme Wittwe als Aebtissin mit ihren Nonnen an Abälards Grabe in der Capelle des Paraclet sang, ein Lied — welches man nicht ohne tiefe Wehmuth lesen und gewiss unter die herrlichsten derartigen Producte zählen wird.* Recte Königsfeld S. 275: *Mir scheint der Gesang das Erzeugniss einer spätern Zeit zu sein.*

Parendum est, cedendum est.

Cygnus exspirans.

Parendum est, cedendum est,
claudenda vitae scena;
est iacta sors, me vocat mors,
haec hora est postrema!
valete res, valete spes:
sic finit cantilena.

O magna lux, sol, mundi dux!
est concedendum fatis;
duc lineam eclipticam:
mihi luxisti satis!
Nox incubat; fax occidit;
iam portum subit ratis.

Tu cithara argentea,
vos aurei planetae,
cum stellulis ocelluli
nepotibus lucete!
fatalia, lethalia
mihi nunciant cometae.

Ter centies, ter millies
vale, immunde munde!
instabilis et labilis
vale, orbis rotunde;
mendaciis, fallaciis
lusisti me abunde.

Lucentia, fulgentia
gemmis valete tecta,
seu marmore, seu ebure
supra nubes erecta!
ad parvulum me loculum
mors urget equis vecta.

Lucretiae, quae specie
gypsata me cepistis,
imagines, voragines,
quae mentem sorbuistis,
en oculos, heu! scopulos,
extinguit nmbra tristis.

Tripudia, dilndia
et fescennini chori,
quiescite, raucescite!
praeco divini fori,
mors intonat et insonat
hunc lcssum: debes mori!

Deliciae, laetitiae
mensarum cum culina,
cellaria, bellaria
et coronata vina:
vos nauseo! dum haurio
quem scyphum mors propinat.

Facescite, putrescite
odores vestimenti!
rigescite, o deliciae,
libidinum fomenta!
Deformium me vermium
manent operimenta.

O culmina, heu! fulmina,
horum fugax honorum
tam subito dum subeo
aeternitatis domum.
Ridiculi sunt tituli
foris et agunt momum.

Lectissimi, carissimi
amici et sodales!
heu! insolens et impudens
mors interturbat sales.
Sat lusibus indulsimus:
extremum dico vale!

Tu denique corpus vale!
te, te citabit totum:
te conscium, te socium
dolorum et gaudiorum!
Aequalis nos exspectat sors
bonorum vel malorum.

APPENDIX.

Veni redemptor gentium p. 4. Thes. I. p. 12. Cod. Bern. 455. saec. IX. 4. decet partus. 6. mistico. 13. balamo. 15. gigans.

Dei fide qua vivimus. Thes. I. p. 71. Cod. Bern. 455. saec. IX. 2. perhenni. 11. seculo. 12. cirographo. 13—16. desunt.

Pange lingua gloriosi proelium certaminis p. 67. Thes. I. p. 163. Cod. Bern. 455. saec. IX. 2. tropheum. 5. noxialis morte morsu corruit. 6. dampna. 15. pingit. 19. acoeto. harundo. 23. silva talem. 24. dulcem clavum. 27. mitte. 29. naufragio. 31—33. desunt.

Ad coenam agni providi p. 73. Thes. I. p. 85. Cod. Bern. 455. saec. IX. 5. sacrum corpusculum. 15. azima. 17. vera. 18. quem tarthara. 22. baratro.

Aeterne rex altissime p. 79. Thes. I. p. 196. 5—8. desunt. 11. conlata Iesu caelitus. 13—20. desunt. 23. trement videntes. 26. versam vicem. 38. olimpo. 49—56. desunt.

Vides igitur, b. l., omissis Mozarabum additamentis, Codicem quoque Bernensem ignorare Monii artem, qua duos hymnos in unum conglutinatos odoratus est.

Aeterna Christi munera p. 87. Mone III. p. 58: *Mit diesem Liede wurde ein anderes verbunden auf die Märtyrer, welches die nämliche Anfangs- und Endstrophe hat. Dieses vereinigte Lied kommt vorzüglich in italienischen Hss,*

und Ausgaben vor, wie in der Hs. der ambros. Bibl. zu Mailand, M. 25. des 15. Jahrh. (M) und bei Tomasi p. 400. (T), welchen Text Daniel I., 27. aufgenommen hat, der irrig glaubt, es sei ursprünglich ein Hymnus gewesen, den man für die Apostel und Märtyrer zerrissen habe, während die Hss. beweisen, dass es zwei für sich bestehende Lieder waren. — Iterum miramur temerarium iudicium Monii. Praeter Thomasium enim, qui coniunctum habet hymnum ex admodum novis tantum codicibus ms. recognovit; uno videlicet saeculi XII., reliquis serioribus. Proinde Monius, si reputasset, in cod. Oxoniensi sacc. VIII. coniunctum hymnum inesse, et pariter in nostro Monacensi 15. saec. XIII. (Thes. II. Proleg. p. X. p. 381.) omissa tantum stropha Ecclesiarum principes, cautius sententiam suam protulisset, atque hymnum praecipue in italicis codicibus obvenire prorsus tacuisset. Sed eo potissimum Monius peccat, quod in recognoscendis iis, quae alii praestiterunt, fere negligentia et despicientia utitur. Monius cnm viderit, etiam in cod. Rhenov. 111. saec. X. integrum exstare hymnum, et cum nos addiderimus, pariter rem habere in cod. Bernensi, sententiam suam, id sperare licet, ipse abdicabit. Bedae testimonio (Suppl. p. 21.) quod Monio adeo contemtui est (Mone l. c. p. 144: *Vezzosi bemerkt mit Recht, dass die S. Mauriner auf ein unklares Zeugniss des Beda hin dieses Lied dem h. Ambrosius zugeschrieben hätten, von dem es nicht ist, aber wohl noch ins 5. Jahrh. gehört)* probatur, hymni formam primaevam ad martyres spectavisse. Conferas etiam Radulphum.

Mone l. c. 3. canentes.

Stephano primo martyri p. 89. Mone III. p. 504. ut nativam carminis faciem has strophas constituit:

Stephano coronae martyrum
cantate canticum novum,
quod dulce sit psallentibus,
opem ferat credentibus.

Hic primus almo sanguine
Christi secutus gloriam
viam salutis ceteris
amore mortis praebuit.

Qui martyr infidelibus
amore Christum praedicans,
sancto repletus spiritu
vultum gerebat angeli.

Iudaea saevit perfida
et saxa comprendens manu
currebat, ut occideret
Christi verendum militem.

At ille coelos intuens
tradit beatum spiritum,
pro persequentum crimine
precem secundam dirigens.

Et haec adnotat: *Dieses ist wohl die ursprüngliche Gestalt eines alten Liedes, das verschieden überarbeitet wurde. Schon im neunten Jahrh. erscheint es in den Hss. verändert und bis zum 15. Jahrh. noch durch mancherlei Zusätze entstellt und verdorben. Da jedoch in diesen Texten der Hss. unzweifelhafte Stellen vorkommen, welche beweisen, dass ursprünglich das Lied in klassischer Metrik gebaut war, so ist es die Aufgabe des Kritikers, solche Stellen von der Interpolation zu trennen, und wenn sie unter sich genau zusammenhängen, die Fehler einzelner Verse darnach zu berichtigen. Dies versuchte ich in vorstehendem Texte, der dadurch als ein alter Hymnus im Geist und Style des Ambrosius erscheint und sehr wahrscheinlich von ihm selber ist. Denn sowohl die Erklärung des Namens Stephanus durch corona V. 1. ist in seiner Art, der im Liede auf die h. Agna den griechischen Genitiv gebrauchte, als auch sein Hexaemeron griechisch benannte, und V, 2. entlehnt aus Ps. 149. I. stimmt genau mit seinem Hymnus No. 30, 1—4. (Intende q. r. Israel) überein, welcher Eingang ebenfalls aus den Psalmen genommen ist. Das Particip am Schlusse V. 20. kommt ebenso in seinem Hymnus auf die h. Agnes vor. Der Hymnus No. 30. giebt auch die Anleitung, unter credentes V, 4. die Iuden zu verstehen, die sich bekehren, dann ist dieses Wort eine richtige Parallele zu psallentibus scil. Christianis, ohne jenen Sinn aber hat V. 4. keinen Werth. Aus diesem Grunde setzte ich V. 9. infidelibus, worunter die ungläubigen Iuden verstanden sind. In späteren Zeiten, wo das Iudenthum an Bedeutung und Anzahl abnahm, hat man die früheren Verhältnisse nicht mehr beachtet und von diesem Hymnus die erste Strophe weggelassen, wie von No. 30.* — Opinio illa, quae in Monio clavis et cuneis fixa esse videtur, scilicet quod ubique discrimen inter Iudaeos et Christianos, vel inter Christianos iudaicos et gentiles indicatum esse divinat, iam saepius nobis obviam facta est. Hic vero eadem novam formam versiculi aborta est, cui codices omnes una voce refragantur. Tertia stropha Monii, quae obvia est apud unum Thomasium, debebat incipere: Ipse martyr egregius — sed Monius, ut ipse fatetur, quo fictum παραλληλισμόν Iudaeorum et Christianorum exprimeret, illorum loco posuit qui martyr infidelibus: quod maximopere improbamus.

Ego nunc hymni formam, qualis est apud Thomasium: Hic primus almo sanguine primitivam esse existimo, et ex illa novatum admodum maturo tempore canticum: Stephani corona martyris. Lectionibus Codicis Rhenov. **91.** saec. XI. varietatem codicis antiquissimi ex apparatu Monii (zu München Clm. **17027.** d. **10.** Jahrh.) addimus. **3.** quam

dulcis est. 4. fere. (Si Monii sententiam recte videam, quarta stropha in codice exstat, quae ceterum apud solum Thomasium est: Psallamus hoc discipuli; quin imo excepto libro Benedicti in ceteris, quos Monius inspexit, quinque codicibus omnibus inesse sit iudicanda. Sed quum in versibus 13—16. nulla prorsus lectionis varietas indicata sit, errorem in hac re esse suspicor.) **10.** probatos in laude. Mone: *Kein Text hat „fide", was doch allein richtig ist, wenn „probatus" stehen bleibt; setzt man aber „probatur", dann muss „laudem" folgen.* In verbis probatur in laude Dei ne minima quidem causa mutationis inest. Sententia apparet: Quum Stephanus ceterique diaconi a populo electi essent, apostoli probaverunt electos, et quidem id factum est in honorem et laudem Dei, potissimum in Stephano. **12.** praeferatur. **22.** pressa, ut Rhenov. **23.** coniurant. **25.** at ille coelum intuens, ut R. **26.** tradidit. **27.** persequentum. **29.** omnipotens. **34—36.** per Iesum Christum Dominum, qui tecum in perpetuum regnat cum sancto spiritu. Concordantes Rhenovianus et Monacensis mihi videntur exhibere retractati carminis primitivum textum.

Liber S. Benedicti haud dubie textum serius novatum habet.

Tum Monius suo, quem coniectura sola assecutus est, prisco hymno alium opponit interpolatum textum, sub ea forma non magis exstantem in ullo codice. Lineae literarum diversitate notatae primaevum textum tradere Monio videntur:

Stephani corona martyris,
quod nomen eius indicat,
Christi decoram gloriam
gratis canamus laudibus.

Stephano primo martyri
cantemus canticum novum
quod dulce sit psallentibus,
opem ferat credentibus.

Hic primus almo sanguine
Christi secutus gloriam
viam salutis ceteris
amore mortis praebuit.

Psallamus hoc discipuli,
laudem dicamus martyris,
qui primus post redemptorem
Christi secutus est crucem.

Hic enim per apostolos.
probatus in fide Dei
vexilla morte rapuit,
ut praeferretur omnibus.

O praeferenda gloria,
o beata victoria,
hoc meruisse Stephanum,
ut sequeretur dominum.

Ipse martyr egregius
amore Christi praedicans
sancto repletus spiritu,
vultum gerens angelicum.

Hic cum supremis vocibus
verbum salutis ederet,
Iudaea claram caecitas
vim veritatis reppulit.

Invadit ergo perfida
plebes docentem martyrem,
ut nuper agni sanguinem,
manus cruentas exerit.

Sed ille coelum intuens
vidit patrem cum filio,
monstrans in coelis vivere,
quem plebs gaudebat perdere.

Iudaei magis saeviunt
saxaque prensant manibus,
currebant, ut occiderent
verendum Christi militem.

At ille Christo protinus
tradens beatum spiritum,
pro persequentum crimine
precem secundam dirigit:

„Deus, creator omnium,
dimitte caecis hoc malum.
et hoc nefas, quod aspicis,
indulge meis precibus.

Praesta pater per filium,
praesta per almum spiritum,
cum his per aevum triplici
unus Deus cognomine.

Hic verborum textus, conglutinatus ex duorum librorum scriptura in Thesauro exhibita, nulla auctoritate firmatur et internis de causis debilis corruit. Quilibet cernit eandem rem plerumque duplici sub forma repeti. Quod Monius ipse testatur, dicens: *Die ganze Interpolation scheint zu dem doppelten Zwecke gemacht zu sein, entweder den alten Hymnus für mehrere Tagzeiten zu erweitern, oder für abwechselnde Chöre einzurichten, „worauf der wiederholte Inhalt einzelner Strophen hinweist.“* Accidit Viro docto, id quod fere solet, ut una prava sententia alteram ultro obtrudat.

Amore Christi nobilis p. 90. Mone III. 110. (Hs. zu Karlsruhe 14. Jahrh. Hs. zu Mailand in der ambros. Bibliothek M. 25. des 15. Jahrh.) 8. immobilis. 19. et Deus erat verbum, hoc erat. 22. se sonet.

Agnis beatae virginis p. 90. Mone III. 177. iisdem membranis usus est quibus in antecedenti. 1. Agnes. *Ambrosius brauchte diesen griechischen Genitiv, um den Namen*

der Heiligen (ἁγνή) *nicht mit dem lateinischen* a g n a *zu verwechseln. Später wurde* A g n e s *für den Nominativ gehalten und* A g n c t i s *deklinirt.* 15. v e r o n o v a s. 24. f o c o s. 25. q u a (in uno Cod. Mediolanensi). 26. t-e g e n s.

Mone l. c. *Eines der schönsten Lieder des h. Ambrosius, dessen Anordnung und Schluss durch Fülle der Gedanken und Bündigkeit sich auszeichnet.*

Miraculum laudabile p. 94. Mone III. 183: *Hs. zu Mailand M., 25. 15. Jahrh. Wahrscheinlich war dieser Hymnus für die Kirche Sant-Ambrogio in Mailand bestimmt, denn er ist nach seinen Sprachformen aus einer sehr alten Handschrift abgeschrieben, die noch der lingua rustica folgte.* 31. a d e s t t a n t u m p i i s s i m u s. 34. b a p t i s m o.

Grates tibi Iesu novas p. 95. Mone III. p. 323. (Hs. zu Mailand, ambros. Bibl. M. 25. des 15. Jahrh.) *Das Lied ist nach den Schriften des h. Ambrosius gemacht, deren Stellen die Bollandisten und Daniel anführen, aber nicht von Ambrosius gedichtet, wie jene behaupten und dieser wahrscheinlich findet, sondern von einem italienischen Humanisten des 15. Jahrh., der in Sprache, Metrik und Behandlung die Klassiker nachahmte.* — Nos in ea sententia, quam supra professi sumus, permanemus. Vix erit, qui penitus antiquam indolem carminis non agnoscat. 13. h i c q u i s. 31. t a c t a v e l. 29—32. Mone: *beziehen sich auf Joh. 21, 7. Act. 5, 15., aber saecla semicinctia ist ein verkünstelter Ausdruck.* Ex hoc loco potissimum propter male artificiosam verborum constructionem Monius suspicatus esse videtur saeculi XV. cincinnos et calamistros. Et profecto s a e c l a s e m i c i n c t i a non solum male artificiosa forent, sed simpliciter male sana. At quis tandem futurus est alter, cui in mentem veniat illa duo verba coniungere! Iam in Thesauro explicandae dictionis gratia delegavimns ad Act. XIX. (per errorem typographicum XXX.) 11, 12: — *ita ut etiam super languidos deferrentur a corpore Pauli sudaria et „semicinctia" et recedebant ab eis languores.* Verborem sententia igitur haec est: Iam vetusta saecla redintegrata crederes. Nam uti apostolorum aevo aegri semicinctiis Pauli vel umbra Petri sanati sunt, ita nunc caecus, qui vestem martyrum attigit, visum recepit.

Almi prophetae progenies pia p. 95. Mone III. p. 37. (Hs. zu Karlsruhe 14. Jahrh. Hs. der ambros. Bibl. zu Mailand M. 25. des 15. Jahrh.): *Das Lied gehört in die Zeit des h. Ennodius 6. Jahrh.*

Apostolorum passio p. 95. Mone III. p. 88: *Hs. zu Karlsruhe o. No. 14. Jahrh. Bl. 33. mit der Melodie. Hs. zu Admont No. 18. des 12. Jahrh. ad laudes. Hs. zu Stuttgart Brev. 98. des 11. Jahrh. mit Neumen: in natali s. Petri ad nocturnos. Hs. zu S. Peter in Salzburg V. 2. des 12. Jahrh. Hs. der ambros. Bibl. zu Mailand, M. 25. des 15. Jahrh. Hs. von S. Peter zu Karlsruhe o. No. des 15. Jahrh. mit der Melodie. Bei Tomasi wird dieses Lied dem h. Ambrosius zugeschrieben, und mit Recht, denn er hat nach dem Zeugniss des Ennodius Lieder auf die Märtyrer gemacht, und dieser vortreffliche Hymnus hat ganz den Charakter seiner Dichtkunst.* (Thesaurum cum scriptura Bebelii, Cassandri et Brev. Cisterciensis haud curavit V. D.) 5. aequales. 7. praesules. 13. fastigio. M.: vestigio *haben alle. Diese falsche Lesart steht auch in der Mauriner Ausgabe des Ambrosius, de interpellatione Job. 1, c. 1.* — Rursum miror Monii audaciam et fiduciam. Nunc ex Supplementis cognoscet, secundo quoque Ambrosii loco itidem fastigiis in vestigiis corruptum esse. Magis mirum etiam, quod diligentes Maurini ne varietatem quidem lectiones notant, neque offenduntur voce, quae, si Monii in mutando ardorem intuemur, ferri non posse videtur. Atqui profecto non hic quidquam mutandum. Vestigium enim hic ut multis locis est pars ima alicuius rei. (Plin. 7, 17: *quod sit hominum spatii a vestigio usque ad verticem.* Cic. Acad. 4, 123.) Pars infima crucis fit suprema, vel vice versa; haec planissima est sententia. — 21. M.: *Nach diesem Verse ist das Lied vor dem Gothenkriege Alarichs geschrieben, denn mit Bezug auf diesen sagt Augustinus (serm. 296, 6. 9.): iacet Petri corpus Romae, dicunt homines, iacet Pauli corpus Romae, Laurentii corpus Romae, aliorum sanctorum martyrum corpora iacent Romae: et misera est Roma, et vastatur Roma, affligitur, conteritur, incenditur. tot strages mortis fiunt per famem, per pestem, per gladium, ubi sunt memoriae apostolorum. Quid dicis? Ecce hoc dixi, tanta mala Roma patitur, ubi sunt memoriae apostolorum. Ibi sunt, sed in te non sunt; utinam in te essent, quisquis ita loqueris, quisquis ita desipis, quisquis vocatus in spiritu carnaliter sapis. — Audi, quare modo plus vastatur genus humanum, cum evangelium ubique praedicatur. Attendis, quanta celebri-*

tate evangelium praedicatur, et non attendis, quanta impietate contemnatur? — Equidem nihil video nisi hanc sententiam: martyriis principum apostolorum Roma facta est devotionis christianae caput.

Cod. Bern. 455. saec. IX. 2. saeculi. 5. aequales. 7. secuti. 10. gratiae. 17. senes. 18. et deest. 19. ibit. 21—28. desunt. 32. fides mag. Haud favet membrana coniecturis Monii.

Apostolorum supparem p. 103. Mone III. p. 386. *Das Lied ist von dem h. Ambrosius.* (Fortasse Ambrosiana hymni prosapia commendatur sermone S. Maximi de S. Laurentio: Nec immerito eum Apostolorum supparem praedicamus.) *(Hss. zu Karlsruhe 14. Jahrh. u. 15. Jahrh. Hs. der ambros. Bibl. zu Mailand 15. Jahrh.)* 2. archidiaconum. 8. sequere. M.: *Mit der Lesart sequeris hat diesen Vers Augustin in evang. Joh. 27. §. 12. und sagt dazu: accepit oraculum, vicit diabolum, pervenit ad triumphum.* — Verum sunt verba illa in passione S. Laurentii omnibus Christianis tradita, ut nihil sint documento, Augustino hunc hymnum notum fuisse. 23—26. M.: *Das Wortspiel zwischen* inopes *und* opes *ist zum Unterschiede des Christenthums vom Heidenthum wiederholt.* (?) 25. verae. 26. profecto.

In Thesauro II. p. 237. adscripsimus Sequentiae: Psallat concors symphonia carmen Nicolai Hermanni de S. Dorothea: Es was ein Gottfürchtiges. Idem poeta cecinit S. Laurentium. Et cum adeo rara sint eorum, qui restauratis sacris fidem dederunt, carmina in Sanctorum laudes condita, hoc loco adiicimus hymnum, sequentem modum: Kommt her zu mir spricht Gottes Sohn.

1. Jesus zu seinen Jüngern sprach:
So mir Jemand will folgen nach,
Sein Kreuz er auf sich fasse,
Und folg mir nach geduldiglich,
Viel guter Tag erwäg er sich
Und der Welt Freud verlasse.

2. Vater, Mutter, Mann, Weib und Kind,
Auch sein Leben schlag er in Wind,
Und sich nur drein ergebe,
Hie wird er han viel Angst und Noth,
Bis ihn auflöst der zeitlich Tod,
Und er dort mit mir lebe.

3. Solchs wusst der heilg St. Lorenz wohl,
Ein Mann des heilgen Geistes voll,
Und ein frommer Levite,
Christum liebt er für alle Ding.
Da sein Bischof in Kerker ging,
Schrie er: Ach, nimm mich mite.

4. St. Six sprach: Lorenz, lieber Sohn,
Jetzt will ich dich hinter mir lan,
Die Schätz zuvor ausspende
Der Kirchen, geh von Haus zu Haus,
Theil sie den armen Christen aus.
St. Lorenz thats behende.

5. Da ers mit Fleiss hat ausgericht,
Und man Sixtum führt für Gericht,
St. Lorenz auf ihn schriee:
Nimm mich mit, lieber Vater mein,
Die Schätz sehr wohl verwahret sein,
Lass mich nur gehn mit dire.

6. Sobald er nur der Schätz gedacht,
Gefänglich man ihn zum Kaiser bracht,
Mit Ernst er ihn befraget:
Hast du die Schätz in deiner Gwalt?
Sag, wo sie sein, gieb mir sie bald.
Darauf St. Lorenz saget:

7. Ja, so lass mir Frist nur zween Tag,
Auf dass ich sie versammeln mag,
Und sie zu dir herbringe.
All blinde und tauben Krüppl er nahm,
Mit Stummen, Höckrichten und Lahm
Zum Kaiser er zuginge.

8. Und sprach: das sind der Kirchen Schätz,
Die nehmen zu und wachsen stets,
Den hab ich alls gegeben.
Wer solchen reicht sein milde Hand,
Den wird Christus im Vaterland
Rühmen im ewigen Leben.

9. Decius gar für Zorn entbrannt.
Und flugs hin nach dem Henker sandt,
Liess ihn martern gar sehre,
Er sollt die Götter beten an.
St. Lorenz sprach: Das werd ich lan,
Christo gebührt all Ehre.

10. Dein Götter sind nur Holz und Stein,
Mein Christum bet ich an allein,
Der Alles hat erschaffen;
Er ist allein der lebend Gott,
Dein Götzen sind blind, taub und todt,
Verführer sein dein Pfaffen.

11. Zum Kohlfeuer ging er getrost,
Da wurd er auf ein eisern Rost
Gebunden und gebraten.
Er sprach: Kaiser, ein kleine Zeit
Brat ich, du wirst in Ewigkeit
Brennen, und die dirs rathen.

12. Und sprach: Komm her, Kaiser, und friss,
Mein halber Leib gebraten ist,
Lass mich einmal umkehren.
Das halbe Theil lass kochen dir,
Und kühl dein Müthlein wohl mit mir,
Gott wird dir kürzlich wehren.

13. Der Kaiser wurd drüber schamroth;
Darnach St. Lorenz schrie zu Gott,
Und danket ihm von Herzen,
Dass er ihn durch seins Geistes Kraft
Gestärkt und würdig hat gemacht,
Zu leiden seine Schmerzen.

14. Christo befahl er in sein Händ
Sein Geist und nahm ein seligs End,
Beschloss also sein Leben;
Gar viel ein Bessers hat ihm dort
Der Herr Christ laut seim göttlich Wort
Davor im Himmel geben.

15. O wie ein herrlichs Ansehn hat
Für Gott der Auserwählten Tod,
Die bei Christo fest stehen,
Und um seintwillen Leib und Gut
Wagen und vergiessen ihr Blut,
Vom Tod ins Leben sie gehen. Amen.

Bellator armis inclytus p. **108**. Mone III. p. **429**. (Hs. zu Karlsruhe **14**. Jahrh. Hs. zu Lichtenthal **13**. Jahrh.) **18**. aëre. *Bei Sulpit. Sever. de vita s. Martini c. 14. vis venti*. **27**. morbidos.

Iam his antiquissimis saeculis restant addendi hymni, quibus quae adiicerem in Supplementis non habebam, sed qui in tertio volumine operis Moniani offeruntur.

Decus sacrati nominis. Thes. I. p. 8. Is locus apud Monium III. p. 97. non leviter obstupefactum me tenet. Nulla mentio, hoc carmen Damaso adiudicari; nulla ratio de ulla editione Damasi, nec de syllogis hymnorum hoc carmen habentibus; Thesaurum memorare prorsus nolo. Et tamen illud factum oportuit eo potius, quod Monii codex (München Clm. 16119. 11. Jahrh.) initium praebebat corruptum: Diem sacrati hominis nomenque vitam exprimens, quorum loco Monius coniicit: dies sacratum hominem, nomenque vitam exprimit, vel etiam: et vita nomen. At quid opus est coniecturis, si vulgatus textus vera praebet? — 3. hinc. 7. 8. transpositi. 10—12. cui crux amata praeparat lucis futurae gaudia, figuram Christi imitans. 17. faveto.

Agathae sacrae virginis. Thes. I. p. 95. Mone III. p. 175. (Hs. zu Karlsruhe 14. Jahrh., zu Lichtenthal 14. Jahrh., Ambros. Bibl. M. 25. 15. Jahrh.) 4. sumit. 13. ministri.

Gesta sanctorum Martyrum. Thes. I. p. 98. Mone III. p. 315. (Hs. der Ambros. Bibl. 15. Jahrh. — Thomasium et Thesaurum haud inspexisse videtur.) *Der Hymnus ist wahrscheinlich für die Kirche San-Giorgio in Mailand gemacht worden, denn es gilt von ihm die Bemerkung zu dem Hymnus:* Miraculum laudabile. *Die Behandlung und die Sprachformen beweisen das hohe Alter desselben.* 4. canere gloriam. Addidit Monius Dei. 7. quia vana mundi respuit. 13. tunc. 15. Codex recte quos. Male correxit M. quae. Constructio κατὰ σημαινόμενον deos spectat saxeis figuris repraesentatos. 16. profundum. 18. iunexit. 21. contremuit. 23. sed magis. 29. ternis. 30. triumphatus principe. M.: mundi triumphans principem.

Magni palmam certaminis. Thes. I. p. 102. Mone III. p. 564. (Hs. der Ambros. Bibl. M. 25. 15. Jahrh. Iterum nec Thomasii nec Thesauri rationem habet.) *Das Lied ist schon nach der Schreibweise und ihren Fehlern sehr alt.* 15.

Cod. recte advectans, M. perperam advectos. 20. gladiali. At hoc adiectivum vix ac ne vix quidem occurrit. 27. Cod. et grat. 28. M. *An dieser Stelle ist die Hs. durchlöchert, ich habe die Lücke nach dem Zusammenhang ergänzt:* coro(nat illos) passio. Inspiciendum erat Thomasii hymnarium: legendum coronam dedit passio. 28—32. In Thesauro versum spurium duxi: genuinus est.

Christe cunctorum dominator alme p. 110. Thes. I. p. 107. Cod. Bern. 455. saec. IX. 3. pariterque. 7. redeunt colenda. 8. festa. 19. meror. 24. ocius. 26. inmsi. 27. que uitae. 28. omnis. 31. ledit piceas tenebras. 35. tui. 37. uite. 38. placideque. 41. hic quo. 42. perherne. 47. moduletur ymno.

Subfragare trinitatis unitas p. 111. Uti grata mente commemoravi in Prolegomenis, Antonii Schmidii benevolentiae erga me probatissimae debeo scripturam Codicis Vindobonensis (Cod. vet num 809. rec. 11,857. Chartaceus lat. saec. XVI. et XV. foliorum 316 f. quorum tamen multa vacua sunt.) Est liber Collectaneorum theologici argumenti. Hymnus continetur fol. 248. Codicis. Eius textum integrum tradimus.

Hymnum Lyrice.

Subfragare trinitatis unitas
Unitatis miserere trinitas
Subfragare mihi quaeso posito
Maris magni velut in periculo
Ut non secum trahat me mortalitas
Huius anni neque mundi vanitas
Et hoc idem peto sublimibus
Caelestis militiae virtutibus
Ne me linquant lacerandum hostibus
Sed defendant iam armis fortibus
Et me illi praecedant in acie
Caelestis exercitus militiae
Cherubin et Seraphin cum milibus
Gabriel et Michael similibus
Opto thronos viventes archangelos
Principatus potestates angelos
Ut me denso defendentes agmine
Inimicos valeam prosternere
Tum deinde caeteros agonithetas
Patriarchas quatuor quater prophetas

Apostolos navis Christi proretas
Et martyres omnes peto anathletas
Ut me per eos salus sepiat
Atque omne malum a me pereat
Christus mecum pactum firmum feriat
Timor tremor tethras turbas terreat
Deus impenetrabili tutela
Undique me defende potentia
Mei gr brae pernas omnes libera
Tuta pelta protegente singula
Ut non tetri daemones in latera
Mea librent ut solent singula
Gigram cepphale cumiaris et conas
Patam liganam scnnas atque michi: nas
Chaladum charassum madianum talias
Datem exugiam atque binas edumas
Meo ergo cum capillis et vortice
Galia salutis esto capiti
Fronti oculis et cerebro triformi
Rostro labio faciei tympori
Mento barbe superciliis auribus
Pupillis rotis palpebris tautonibus
Gingis auele maxillis et faucibus
Gurgulioni et sublingua cervijj
Capitali centro cartilagini
Collo clemens adesto tutamini
Deinde esto lorica tutissima
Erga membra erga mea viscera
Ut retrudas a me invisibiles
Dudum clavos quos figunt odibiles
Tu ergo deus forti lorica
Cum scapulis humeros et brachia
Tege ulnas cum cubis et manibus
Pugnos palmas digitos cum unguibus
Tege spinam et costem cum artubus
Terga dorsum nervosque cum ossibus
Tege cutem sanguinem cum renibus
Cata rinas nates cum femoribus
Tege gambas surra femoralia
Cum genuclis poplites et genua
Tege talos cum tibiis et calcibus
Crura pedes plantarum cum basibus
Tege ramos ramescentes decies
Cum mentagris ungues binos quinquies

Tege pectus iugulam pectuscutum
Mamillas stomachum et umbilicum
Tege ventrem lumbos genitalia
Alvium et cordis vitalia
Tege triphidum iecor et ilia
Marfim reniculos sethrem cum obligia
Tege toliam toracem cum pulmone
Venas fibras fel cum bucliamine
Tege carnem unguinem cum medullis
Splenem cor ricosis cum intestinis
Tege vesicam adipem et pentes
Compaginum innumeros ordines
Tege pilos atque membra reliqua
Quorum forte preterivi nomina
Tege totum me cum quinque sensibus
Et cum decem fabrae factis foribus
Ut a plantis usque in verticem
Nullo membro foris egrotum
Nec de meo vitam possint trudere
Pestis febris languor dolor corpore
Donec iam dante deo seneam
Et peccata mea bonis deleam
Ut de carne viis imis caream
Et ad alta evolare voleam
Et miserto deo ad aethera
Detur vehar regni refrigeria. Amen.

Huius textus originem maxime affinem esse codici a Monio edito fere omnia persuadent, nihil fortasse planius, quam duo illa puncta, quibus v. 34. verba (scilicet si sunt verba) *michi nas* sunt interstincta in utroque codice. Varietas scripturae non paucis locis deterior apparet codice Moniano; quam tamen singulatim excutere in tantis tenebris parum idoneum videtur. Vocem *singula* e v. 30. esse delapsam in v. 32. nemo non videt; et unum versum (45.) intercidisse, absque altero codice esset, ipsa carminis ratio satis indicat. Itaque differenda videtur huius hymni cura et medela, donec fortuna alia, et fortasse antiquiora pro ipsius hymni antiquitate, exempla obtulerit.

Haec scripseram. Subito cunctanti et dubitanti ex vitiis carminis nova emergit lux, qua tenebrae possint dissipari. Fortasse latent sub latinarum vocum monstriis 33—36 verba hibernica, latino sermoni adaptata. At vero cum ipse Celticarum linguarum prorsus ignarus sim, adire ausus sum Henricum Leonem, neque defuit roganti Summi viri humani-

tas. Itaque in re maxime tortuosa afferuntur si non certa, verosimilia tamen. Haec enim Hibernicorum vocum vestigia Leo deprehendit:

„gioghraun, ebenes Land (das o ist nur grammatisches zeichen und wird nicht gelesen), capall, ein pferd, cuimeir, wohlgebaut (das erste i nur grammatisches zeichen und wird nicht gelesen; eir in der endung verwandelt sich in manchem casus in ear), coin, hunde (das ist blosz grammatisches zeichen), bath, kühe, kuhheerde (p und b werden von Irländern vielfach verwechselt im schreiben, da sie in der aussprache so wenig wie von Düringern unterschieden werden und nur etymologischen und grammatischen werth haben; doch wäre irisch path für bath schreibfehler), lioghadh, sanft (das o ist nur grammatisches zeichen, was nicht gesprochen wird — das dh am ende ein bloszer hauch), scine, älter (das i wird nicht gesprochen), muicin, ein kleines schwein, callaid, die schafhürde, der zaun (das i gramm. zeichen), caoire (ehemals caire), das schaaf sum demonstratives suffix, welches das wort hervorhebt, madhana, wiesenländerei, talla, ein haus, eine halle, beathmhan, eine biene, easgaith, behend, fleiszig (beide a sind blosze grammatische Zeichen — und das auslautende dh ist ein sanftes j), binn, helltönend, eattadh, fliegen, eathaidh, vögel, eiteaccail, geflügelt, eiteach, flügel, eun (contr. aus eathan) der vogel, das huhn, eunadan (aus eathanadan) das vogelhaus, das hühnerhaus, eoin (aus eathain), die vögel, hühner."

Itaque stropha vexatissima ex mea sententia hoc modo accipienda videtur:

Das ebene land, die pferde, die wohlgestalteten Hunde
gigram capphale cumiaris conas
die Kühe die sanften, die ältern und die kleinen schweine
patam liganam sennas atque michinas
die schafhürde die schaafe auch, das wiesenland, die häuser
chaladum charassum madianum talias
die biene die fleissige und die helltönenden hühner
batma exugiam atque binas edumas.

Et sane optimus apparet carminis ordo et οἰκονομία. Postquam imploravit poeta Summum Deum triunum, dein angelorum et Sanctorum patrocinium v. 29 petit, ut protegat Deus suae gibrae i. e. sui ipsius vel personae pernas i. e.

bona et possessiones. Nam et huius versiculi sensus a Hibernico sermone repetendus videtur. Primo rogat ut quasi pelta Deus tueatur agros, domum et pecora: dein galeam exposcit, capiti ac membris quae capiti proxima sunt: denique orat ut lorica Deus tegat totum corpus cum omnibus partibus.

Marsim v. 72 hibernice eben so auch.

v. 8. legendum militiae.

Conditor alme siderum p. 118. Thes. I. p. 74. Cod. Bern. 7. seculum. 9. vesperet. 11. in gressus onestiissima. 14. flectentes. 15. caclestia. 21. agie. 24. noctis.

Vetustissimus Bernensis liber contra Monium patroci natur scripturae vulgatae.

Ad coeli clara non sum dignus sidera p. 127. Cod. Bern. 455 saec. IX. 3. pondera. 6. crimine. 7. nullum clausum. 9. cuncteque. 10. arene conculis. 14. confusus quem. 15. litta. 29. facula. 30. succensa, 34. inanes o. transvolavi. 45. vitis. 50. quidpiam. 54. terramque. 55. rosolis. 58. bestie silvicule. 61. quoquidi fl. 62. prolis. 66. alius patri. 71. clementia. 74. carismatum. 76. meis de. 78. certus sum. 79. regis — solida. 80. impendis. 82. ortodoxo. 87. adsensi — simonii. 89. zelum pro. 90. me scamni lacte namque. 95. meum — per saeculum. Deest vox omnia. In fine additur Amen.

Christe qui virtus sator et vocaris p. 137. Mone III. p. 11 (Hs. zu Stuttgart Breviar. No. 98. 11. Jahrh.): Dieses Lied ist vielleicht von Othlo. — 8. personat. 12. pie. 25. dignam. 27. numerum. 33. ut — magistris. 38. praesultet.

Virginis proles et
Iesu corona virginum p. 140. in Cod. Bern. saec. IX.

Martyris Christi colimus triumphum p. 140. Mone III. p. 388 (Hs. zu Stuttgart Brev. 101. 15. Jahrh. Bebel. Brev. Mogunt. 15. Jahrh. Brev. Constant. 1495). 5. Xystus. 13. mundi. 23 laniaque, sed laniando omnes Monii libri.

Martine confessor Dei p. 142. Mone III. p. 430. (Hs. zu Stuttgart Brev. 101. f. 83. 15. Jahrh. (A) Hs. zu S.

Peter in Salzburg V. 24. des 12. Jahrh. (B). Bei Bebel f. 22. (C) Hs. zu Gratz 40/7 des 12. Jahrh. (D) Nach seiner metrischen Genauigkeit und Behandlung gehört das Lied noch in das 5. Jahrh. Daniel 1, 260., der davon den Anfang giebt, setzt es viel zu spät in das 14. Jahrh., was schon gegen die alten Hs. verstösst. — (Iam supra emendavimus quod peccatum est in Thesauro). 8. reformas. 9. fert probabilem. 10. ferit. Stropha: Qui laetaris, quam male tribuimus Ludeco, occurrit in codd. et libris Monii AC, deest in antiquioribus. Et Monius stropham uncis inclusit.

Christe redemptor omnium p. 143. Mone III. p. 27 (Hs. zu S. Peter in Salzburg, V, 2. des 12. Jahrh. (A) Hs. zu Verona No. 103. des 13. Jahrh. (B), für die Nocturnen und Vesper). 16. inferte nos. Mo: nos ferte in haben alle gegen die Sprachregel. Minime vero. Nihil magis latinnm quam referre in numero Deorum et similia. 17. sacrarum. 23. Christi laudes. Mo: Christo nicht gut, denn dies bedeutet, dass man Christo für die Entfernung der Ungläubigen danken wolle, obige Lesart aber drückt aus, dass man den schuldigen Gottesdienst ungestört vollbringen könne. Die gens perfida sind nicht die Albingenser etc., wie Daniel meint, denn dafür sind schon die Hss. des Liedes zu alt, sondern die Mohammedaner, und es gehört in die Zeit, wo die Moslemim anfingen, die europäischen Küsten des Mittelmeers zu überfallen. Die Albigenser konnte man nicht eine gens perfida nennen, sondern haeretici, und so bedeutend waren sie nicht, dass obige Strophe auf sie passen könnte. — (Albigenses e Thesauro expello: in reliquis errat Monius. Epitheto perpetuo haeretici vocantur perfidi (ex ingenti locorum numero sufficiat Ambrosius de Fide I. c. 6: Haeresis velut hydrae fabularum vulneribus suis crevit — aut velut quaedam monstruosi Scylla portenti in varias formas distincti perfidiae) — nec video quid inepti sit in scriptura Christo.

Iesu redemptor omnium perpes p. 143. Cod. Bern. saec. IX. Versus de Confessoribus.

Cum natus esset Dominus p. 143. Mone III. p. 32. (Hs. zu Gallen No. 381. 11. Jahrh.) 16. lactentium. 23. scrutantur. 33. lactens. Neque Canisii neque Thesauri (III. p. 294), in quem transscripta est lectio Codicis Berolinonsis saec. XI., apnd Monium ulla fit mentio.

Salve lacteolo p. 143. Mone III. p. 34. (Hs. zu München 14854. 12. Jahrh.) 9. vatum. 10. dudum. 13—18. omissi. Iterum Monius singulari incuria praeterivit Canisium et Codicem nostrum Berolinensem undecimi saeculi.

Salve festa dies p. 143. In Thesauro stropham sextam ita dedimus:

Mobilitas anni mensium, lux alma dierum
Horarum splendor, stridula puncta favent.

At haec monet Nealius: „Versum quem refinxisti paulo aliter legendum censeo. Nobilitas Anni, Mensis decus, aura Dierum, Horarum splendor, stridula puncta. (Nobilitas ap. V. Hilddectum legitur.) Quinque partitam temporis rationem, ut mihi quidem videtur, voluit poeta." Valde nobis arridet Viri Docti coniectura.

A solis ortus cardine p. 144.
Hostis Herodes impie p. 148. tu Cod. Bern. sc. IX.

Post Petrum primum principem p. 162. Mone III. p. 96. e codd. XIII. XIV. XV. saec. 9. dilaniatur. 9. Aegeata dirissime.

Ut queant laxis p. 163. Thes. I. p. 209. Cod. Bern. 455. saec. IX. 4. iohannes. 5. nuntius. 13. abstruso. 16. pandit. 19. saltim. 30. iohanne. 46. luvione. 49—52. desunt. 53—56.

gloria patri genitaeque proli
et tibi compar utrinsqne semper
spiritus almè de omni tempore
seculi amen.

At vero cum G. Thilo in alio Bibliothecae Bernensis Codice No. 363, aetate illo superiore carmen invenerit, et hanc varietatem benevolo calamo adscripsit. Versus Sancti Iohannis baptistae. — 4. Iohannes. 5. nuntius olimpo. 7. gerende. 13. abstrus. 16. pandit. 19. saltim. 22. bideutis. 28. cor uetr. 27. auferentem Christum agnum. 30. Iohanne. 31. laeuantem. 32. limphis. 35. heremique. 43. planans. 46. luvione. 49—52. desunt. 55 et 56. spiritu sancto simul atque magnam laudem et honorem.

Aurea luce et decore roseo p. 164. Thes. I. p. 156. Monio (III. p. 90) Codices saec. XIV. et XV. patuerunt. 12. qua. 16. gemimus. 18. maxime. Itaque exoptatissima est Cod. Bernensis No. 455. saec. IX. scriptura. 4. haec. 11. resolvet. 12. qua caelum. 16. gemimus. 18. maximae. Additur in fine: Amen.

Christe sanctorum decus p. 165. in cod. Bern. saec. IX.

Nunc incipiendum est p. 165. ad II. 2. Iam in Vita Sanctorum Kiliani, Kolomanni et Totnanni Martyrum, quam Canisius e membranis monasterii Windheimensis et Rebdorfensis eruit, fortasse ab Egilvardo Monacho conscripta, commercium indicatur inter Columbanum et Kilianum: „Beatus itaque Kilianus urbem (Romam) egressus, peracto itinere cum Kolomanno Presbytero et Totnanno Levita ad locum sibi destinatum pervenit, Columbano in Italia relicto. Nam Romam pergens Gallum in Alemannia febre gravatum dimisit." — Vides et Egilvardum tempora Columbani et Kiliani confudisse. Quod evenisse opinor, quia inter Columbani socios fuit Kilianus quidam, dein quia Kolomanni et Columbani nomina sibi affinia sunt.

Iste confessor Domini sacratus p. 176. legitur in Cod. Bernensi saec. IX: Versus de S. Germano.

Quod chorus vatum p. 176. in Cod. Bern. saec. IX.

Collaudemus Magdalenae p. 245. Poeta expressit Gregorium Magnum Homil. 33 in Evangel.: — *lavanda ad fontem misericordiae cucurrit; convivantes non erubuit. — inter epulas lacrimas obtulit.*

Lipsiae ex Officina C. W. Vollrath.